Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
X·XX
C
41
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PHILIPPI GRULINGII

Medici in Stolbergâ Cheruſcorum
qvondam Famigeratiſſimi

DE

TRIPLICI IN ME-DICINA UNIVER-SALIS EVACUATIONIS GENERE

ET IN SPECIE

1. De venæſectione, ſcarificatione Hirudinibus, hæmorrhoidum & menſtruorum provocatione.
2. De medicamentis purgentibus, Clyſteribus ſuppoſitoriis Fotibus & Unguentis laxativis.
3. De ſudoriferis Diureticis, Balneis naturalibus & artificialibus, Fontanellis inſenſibili tranſpiratione, ſomno ac Veneris evacuatione.

Novum ac poſthumum

Opus

multiplici experientia ac fidâ ratione elaboratum

Et

Chymicis potiſſimum Obſervationibus
illuſtratum.

Francofurti & Lipſiæ,
Sumptibus GEORGII HEINRICI FROMMANNI, Bibliop.
ANNO M DC LXX

VIRO
GENEROSO, AC MAXIME STRENUO
DOMINO
LUDOVICO à VVORM
TOPARCHÆ IN Groſſen FURRA,

SERENISSIMAE PRINCIPIS AC DOMINAE, DOMINÆ MARIÆ MAGDALENÆ, PALATINÆ COMITIS AD RHENUM, DUCISSÆ BAVARIÆ, COMITIS INVELDENSZ ET SPANHEIM ETC. VIDUATÆ COMITISSÆ IN SCHWARTZBURG ET HONSTEIN,

CONSILIARIO GRAVISSIMO, DOMINO PATRONO AC PROMOTORI SUBMISSE OBSERVANDO.

Digitized by Google

DEDICATIO.

QVemadmodum aliàs, Generoſe, ac Maximè Strenue Vir, Domine Patrone ac Promotor ſubmiſsè obſervande, nunquam antehâc nobis viſa nec audita, oculos & aures noſtras facilè ſolent perſtringere, ſicut fortè iis uſu venire didicimus, qvi hactenus ſatis diu carcere concluſi tandem in lucem prodeunt, & lucis diuturnâ privatione eo ipſo privati dicuntur viſu; Ita ſanè VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATI ſine omni dubio ad primum intuitum hujus Operis vel potius Dedicationis oculi fortè an quaſi perſtringuntur, dùm rectâ ſecum reputat atque ſatis prudenter, qvâ ratione ego, nunquam antehâc VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATI viſus vel etiam non auditus audeam, mihiqve tantùm tribuam, ut quod jam in lucem proditum eſt Opus, VESTRÆ tamen GENEROSÆ STRENUITATI dedicare & conſecrare. Verùm-enim-verò, hæc Inſtituti mei ratio ſuis tamen nititur rationibus; Sicuti enim in omnibus Dedicationibus attendere conſuevimus vel tria hæc maximè: Tùm, ut Patroni grande nomen & memoria immortalitati devoveatur; Tùm, ut Patrocinium Operi dedicato contra quosvis malevolos, Zoilos & Momos legitimâ, quâ dicitur, viâ acquiratur: Et tùm deniquè, ut quaſi vino, ſi non omnino Generoſiſſimo, Generoſo tamen (adſit venia verbo) hædera ſuſpendatur; Ita etiam, ut dixi, hoc meæ Dedicationis argumentum & fundamentum in eo potiſſimum eſt ſitum collocatumquè, ut ſicut & cæteris antehâc Beati Parentis editis Operibus, ita & huic Poſthumo, mihiqve ſimul, Patronos magnos (quos inter tamen VESTRAM GENEROSAM STRENUITATEM MAXIMUM mihi fore confido) conciliarem; Tùm, ut reliqua prætercam, vel aliquo ſaltem modo hâc ipſâ Dedicatione, quanta in Auctoritate VESTRA GENEROSA STRENUITAS ob ſingulare ſolidio-

ris

ris eruditionis, omniumque Virtutum ſplendoris momentum apud omnesCordatiores,meamque tenuitatem ſit habeaturque, oſtenderem. Et ſanè, ubi æqua rationis lance propoſitum hocce meum ponderare inciperem, eccuinam opuſculum hoc Poſthumum ex omnibus primùm offerre vellem, non inveniebam VESTRA GENEROSA STRENUITATE Excellentiorem & magnificentiorem, in quâ quippe non tàm admiror Nobilitatem ,quàm Virtutis Dignitatem atque Ubertatem. Benè enim,imò optimè dixiſſe fertur Minutius Felix : *Omnes quidem Nobiles Nobilitate Generoſos eſſe, ſolâ tamen Virtute diſtingui*: cui etiam conſentire dicitur Satyricus ille,inter alia inquiens: *Nobilitas ſola eſt, atq; unica Virtus.* Nonne enim cætera cuncta ſunt caduca & mobilia ? Virtus una altiſſimis defixa radicibus nunquam labefactari,opprimi ſuoqve loco dimoveri poteſt! Et quàm raræ ſunt aves, verarum Artium Virtutumqve Studioſi, Cultores & Mæcenates,tàm vehementer VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATIS admiror veræ , ejusqve variæ & ſtupendæ ſcientiæ cumulum,imò & Oceanum imperſcrutabilem! Cùm ergo aliàs,quod dicitur,Ignoti nulla cupido,nec de pretiô ſemper conſtet in velabro Olearii ; Hinc ad verè Literatos non Literatores merces literariæ non extrudendæ,ſed officioſiſſimè iisdem offerendæ creduntur. Quod & ego jam facio,adductus etiam non exiguis in Cognatum meum VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATIS olim Nobiliſſimorum Filiorum Moderatorem Dominum Beſſerum collatis undiqve ; paternum non dubito affectum ſuperantibus beneficiis,pro quibus etiam meo loco immortales,quod dicitur, ago gratias. Verùm ut jam ad rem ipſam redeam ; cùm,ut dixi, inſtituti mei hæc dudum fuerit ratio,VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATI ex jam adductis,ut ſic loquar , mediis terminis Opuſculum hoc Poſthumum humillimè dedicare, & verò omnino verear,ne fortè ignotus hactenus à VESTRA

Digitized by Google

GENEROSA STRENUITATE impudentiæ & temeritatis arguar: hinc ſolum id mihi negotii datum volo, ut VESTRAM GENEROSAM STRENUITATEM obnixè & humillimè rogem obſecremq́ue, ut ne atro, quod in proverbio eſt, carbone vel temeritatis vel inſolentis audaciæ meam tenuitatem inſimulare, ſed meam hanc Dedicationem benignâ fronte ſuſcipere, & omnia pro ſuâ, quâ pollet, ſummâ diſcretione & prudentiâ interpretari velit, probè inquam ſecum ſuo volvens animo, me hoc ipſo non tàm aucupari inanem gloriam, quàm VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATIS ſummum in me favorem & benevolentiam, ſicuti etiam VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATI me totum cum omnibus meis qualibus etiam cunque officiis & precibus devotis humillimè commendo, Patronumq́ue & Mæcenatem Meum mihi voveo Maximum, VESTRAM autem GENEROSAM STRENUITATEM cum tota Generoſiſſimâ Familia ad cæteros annos protectionis divinæ Umboni, omnimodæq́ue benedictioni tàm Corporis quàm Animæ devotiſſimè committo, commendo & trado, qui nunquam non, quod repeto, καθδύναμιν ad quasvis occaſiones perſeverare enixè ſtudebo.

Dabantur Stolbergæ Cheruſcorum
Ipſis Calendis Auguſti, Anni à
Chriſto nato CIↃ IↃC LXX.

VESTRÆ GENEROSÆ STRENUITATIS

humillimus ac officioſiſſimus
Cliens

PHILIPPUS GERHARDUS GRÜLINGIUS,
Conſul & Phyſicus Stolbergæ Cheruſcorum.

Digitized by Google

PRÆFATIO AUTORIS.
BENEVOLO LECTORI SALUTEM.

SI non alia, *Galeni Medicinæ Dictatoris* in Rempublicam extarent merita, ſufficeret hoc unicum, quod *methodi medendi* primus exſtitit Auctor. Medicinæ ei *Dictatoris* tribuo nomen, quanquam enim non ignorem, jure hoc *Hippocrati divino* deberi, cum ille primus præcepta artis condiderit, & ex tabulis Votivis, quæ ſuſpenſæ erant in Æſculapii fano, experimenta morborum remedia collegerit; nihilominus cum divinum opus ejus Laconicâ laboraret brevitate adeoquè obſcurè tradita eſſet ars, cum inſuper intermortua, cum Praxagora Coo Aſclepiadum & *Hippocratis* familia deſiiſſet, Hippocratica ars ſciſſa ſcilicet in varias Sectas, *Herophili* ac Methodicorum potiſſimum, *à Galeno* verò aſſerta iterum in lucem luculenter ſit expoſita, ac illuſtrata commentariis, cum inſuper quod jam anteamonuimus, breve artis cujus compendium, ac normam quaſi medicationum ille conſtituerit commune utique cum Hippocratemedicinæ Dictatoris nomen habet. Non jam, ut ſuprà dictum reliqua ejus merita & inventa etiam in anatome e. g. *principii nervorum* ad teſtimonia citābo, illud verò methodi medendi inventum quantum ſit, quô locô haberi debeat, agnovere Clariſſimi Viri, ac tanti illud fecerunt, ut Scherbius ac Diſcupulus ejus Hoffmannus, titulo illud *ſecreti ſecretorum ſecretiſſimi* cenſere haud dubitarint. Eſt autem, ut quo jure titulo ille adeohonorificus competat, videamus, medendi medendi methodus *doctrina* quidem indicationum, ut breviter definiri poteſt, ſed ut explicetur, prolixius, norma quaſi dici debet, *ſecundum quam quid in curatione morborum omnium univerſaliter agi debeat,* conſpicimus. Per exemplum hoc illuceſcit; Humorem melancholicum melanagogis purgari debere jubet ratiomethodi medendi, & cognito hoc, ſcimus etiam quid &

quo-

quomodo agendum ſit in affectibus omnibus ab humore melancholico ortis, melancholia Hypochondriacâ, quartana &c. Haud obſcurè hoc innuit & rationem ſecreti illius alter ille & Seculi noſtri *Galenus Sennertus* exponit, quando in *Proœmio lib. 3. Prax.* ſuæ expreſsè dicit: *Praxin noſtram nihil aliud eſſe quam univerſalium* (quæ ſc. medendi methodus tradit) *ad particularia* ſingulos ſcilicet affectus) applicationem. Ille adeoque & compendium ſtudiorum ſuorum facturus eſt, ac Practici quondam ſaluberrimum tuebitur nomen, qui ſecretas *methodi medendi* rationes probè cognitas habet, ſciteque poſtmodum univerſalia ad particularia, applicare novit. Quæcum ita ſint, operæ pretium feciſſe me ſum perſuaſus, dum univerſalia illa methodi medendi, ac ſumma evacuationum genera (quis autem morbus curabitur ſine evacuatione, qua evacuantur, ut habet *Hippocrates, qualia decet qualia convenit quodve noxium eſt*) novo hoc opere tradere aggredior. Dicet forſitan aliquis me poſt Homerum Iliada pangere, cum plurimi hæc artis noſtræ myſteria panderint, ſed nemini adeo perſpecta ſunt arcana hæc adyta, ut nil quicquam ſuperſit aut deliteſcat, in iis viſum à nemine. Hoc egi in opere meo & induſtriè egi, ut rationes ubique curationis (inde namque ab hac noſtra methodo methodica dicta medicina rationalis quoque audit) explicarem; ſubinde etiam ſelectiora remedia, quæ meâ mihi conſtant experientiâ cum debitâ eorum applicatione ſubminiſtravi, adeoque etiam novi, quid in vetuſto hoc invenient Artis ſectatores. Quod ipſum ut benignâ manu menteque excipiant, inquè uſus ſuos ac ægrotantium convertant unicè in votis habeo. Vale.

CAR-

CARMINA ENCOMIASTICA

à

Patronis & amicis qvibusdam

conſcripta

Ad

DN. PHILIPPUM GRÜLINGIUM,

Conſulem & Medicum in Stolberga Cheruſcorum qvondam Famigeratiſſimum.

Siccine Grulingus Redivivus noſtra pererrat
Mœnia? & in tumulis ejicit arte malum?
Ejicit, & docta prodeſt poſt funera Crenâ
Auxilio Vivus, Mortuus Arte valens.

In honorem pie defuncti Senis
lubensq; apponebat

JOHANNES TITIUS, D.
Sacr. Cæſar. Palat. Comes, Illuſtriſſ. Comitum in Stolberg. Cancellarius & Liber. Reip. Northuſanæ à Conſiliis.

Una eſt, qvæ reparat ſeq; ipſa reſeminat, Ales
Phœnix Aſſyriis dicitur, ex cinere.
Eſt inter Medicos etiam GRULINGIUS UNUS,
Qvem Phœnica qveam dicere poſt cineres.
Ille qvidem corpus mortale recondidit urnæ,
Morteq; conſumtus corruit in cineres;
Attamen ingenuus Gnatus dum ſcripta Parentis
Publicat, & verti non ſinit in cineres,
Mors Patri Vita eſt, Vitam poſt funera vivit,
Inſtar Phœnicis pullulat ex cinere.
Fama libris vivit, celſo Mens vivit Olympo,
In Gnato vivit, vivit & in cinere.
Felicem Phœnica cano, Patremq; beatum,
Qvi Gnati ſtudio ſic redit ex cinere.
De Patre gratabor Gnato, gratorq; Parenti
De tali Gnato, dum ferar in cineres.

Albertus Günzelius,
Superintendens Stolbergicus.

So recht/ſo reiſt man ab von dieſer eitlen Erden
Des wehrten Vaters Thun/und läſſts unſterb-
lich werden/
Wie Ihr es klärlich thut/Ihr edler Grüling nu/
Indem Ihr euch ſamt Ihm ſchwingt nach den
Wolcken zu. (leben/
So werdet Ihr durch Ihn/und Er durch Euch ſiets
Ja eurer Beyder Nahm wird bey den Sternen
ſchweben/ (Ungemach/
Drum fahrt nun kühnlich fort / ſcheut gantz kein
Ob ſchon der blaue Neid ein wenig ſchielet nach.

Auß Schwägerlicher Affection
ſchreibet dieſes
Jeann-Andreas **Heidfelde**/
Conſiliarius Anhaltinus & Patriæ
Qvedlinburg. Conſul.

SCAZON.

Cineri beato Manibusqve *GrulingI*,
Qvem dura qvondam vis necis coronatum
Virente laudis laurea abſtulit, venæ
Lyræqve Clio pauperis potens paucis
Gratare, cujus optimæ Notæ Proles
Animiqve, Famæ patriæ propagandæ
Ardens amore, qvem qvis haud probet? prelo
Curas paternas ſubjicit laboresqve,
Tineæqve inerti pulveriqve ſubductos,
Bono Medentum vulgat, unde jamdudum
Cineres

Cineres ſepultos Optimi Senis laude
Recente mactans, erudita lectoris
Et grata lingua clamat: ô bonum factum
Piaqve dignum Prole! vive, *Grülingl*,
Gaudeqve facto, vive! Sancta te, qvæſo,
Salus paternæ laudis æmulum ſervet!
Vivat Parentis fama jugiter, vivat
Unaqve tecum floreat, novâ lenes
Dum veris auræ fronde veſtient ſylvas,
Qveis cincta noſtra eſt undiqvaqve Stolberga!

officii causâ ſcribebat
Petrus Müller/U.J.Ddus
Conſiliar. Stolberg.

MAgna fuit qvondam Medici reverentia cani
Grülingl, hic æger vix ope cujus erat:
Nôrat enim ſuccos atqve auxiliantia morbis
Gramina, qvæ ferro, qvæ cobibenda lues
Cupro vel Stanno, argenti ſit qvanta vel auri
Vel plumbi Virtus, qvæ levet omne malum.
Relligioq; Viro fuit hoc ſepelire talentum,
Nec ſinit in cineres ſolvier Acta Patris
Vera ſui magnâq; ex parte Parentis imago
Filius; Hic prelo ſubjicit, atq; typis
Exſcribi Patriis monumenta perennia curat,
Dignum qvem videant ſecla futura labor!
Effigiem rectè qvam pingere cœpit Apelles,
Pictor Apelleâ perficit arte bonus.

Colligit aurifaber fulvi ramenta metalli,
Ne qvicqvam pereat providus atq; cavet:
Qvidni conqvirat tot perficiatq; labores
Gnatus, qvos vicit ſedula cura Patris?
Omnia fama ferat, precor, hunc per regna laborem,
Ne genitus tanto ſit genitore minor.

Eximiis Grülingiorum meritis exiguum
hoc reddit
M. Nicolaus Bötticher
Eccleſ. Stolberg. Archi-Diaconus.

IMparem noſtris humeris laborem,
Pulveri merſos revocare in auram
Eſſe qvis neſcit, niſi cui cerebrum
Eſt pede ſubter?
Sed tamen, qvi tela *Virûm* canenda,
Digna præclaris capiuntqve ocellis
Scripta Majorum pariterqve *Patrum*
Ponere aprico,
Nonne idem tentant? ſatagunt redire,
Sera qvos dudum tenuere Fata,
Literis, qvæ ſæpe *Sophos* coronant
Sede typorum.
Teqve *Grulingi*, labor urget idem,
Suſcites *cari* cineres *Satoris*,
Arte qvi qvondam medica cluebat
Sertus in aſtris.

Te

Te juvat *Patrem* decorare *tantùm*
Arte, tùm grandi titulo *Regentis*,
Et laborando volitent per orbem
Scripta relicta.
Ac edax ne tempus edat labores,
Qvæ perennabunt monumenta firmas
Poſteris tradenda typis, ut exſtent
Firmiùs ære.
Euge, qvàm gratæ bona ſymbla mentis
Exhibes cunctis imitanda Gnatis,
Qveis opus ſolum eſt, bene facta *Patrum*
Laude referre.
Unde *Grüling!* DEus adde cœptis
Pondus! & ſerva patriæ *Hanc columnam!*
Qvo *Patris* Gnato Pylios in annos
Fama ſuperſtet!

Αὐτοσχεδιαστικὸν hoc tanqvam æternum
Honoris vexillum erigere voluit
DOMINIS GRULINGIIS
Johann-Michael Haccius
Diac. Stolberg.

Proſopopœja cum προσφωνήσει
Beatisſimi Dn. Parentis ad Filium
Operis ſui Medici
Editorem:

ET M[illegible] moriuntur? Morimur, poſcentiq; cœlo
[illegible] non remoranda fugit.
Non fatum effugimus. [illegible] olim effugit alter,
Poſſe [illegible], nemo necem.

Quà

Quâ pulſa eſt perſæpe lues, cum meta propinquat
Vitæ, haud Pæonia pellitur arte malum,
Nec panaces, Paracelſe, tuum languentibus ægris
Fert, quam ſcivit opem ferre, vetante DEO.
Et me, qui toties pepuli medicamine morbos,
Tandem lenta lues juſſit obire diem.
Sic obii, imo obii; petiit Mens ætheris arcem,
Docta per ora Virûm poſthuma Fama volat.
In lucem è tenebris noſtros dum, [illegible], labores
Pr[illegible] & cineres cingis honore [illegible],
Ceu quondam Æſonides, ſi vera eſt fabula, Patri
M[illegible] juvenem reddidit arte Sua.
Sic per Te fama vi[illegible] monumentaq́; vi[illegible]
Ingenii Medicûm doctior ordo legit.
Vivitur Ingenio Famaq́; [illegible] Vita
Ill[illegible], [illegible] Fama manet.
Digna tuæ, [illegible] præmia ſolvet
Rex ſuperûm, ſervans teq́; tuamq́; domum
Proſpera decurrant vitæ tibi tempora, vitam
Vitæ dum ſ[illegible] [illegible] illa Dies,
Quæ mihi te junget, [illegible]; nec plura profatis
Hic requiem dictis repp[illegible] [illegible].
Abjicio v[illegible]: Fiat! Diffuſa per orbis
Climata GRILLINGI *fama perennis erit.*
Scripta legat potor Rheni atq; binominis Iſtri,
Nec minuat laudem [illegible] B[illegible]
[illegible] p.

M. Fridericus Hildebrandus,
North. Sch. Rect.

QUæ nunc edis, in his eſt ars, Patrone colende,
Non minima & MAGNI eſt illud Opus MEDICI,
Q[illegible] Felix colunt Patri, hanc felicius urge
Artem, auſus fugiant præmia nulla tuos.
[illegible]
[illegible]

Chriſtoph Friderich Starcke/
[illegible]

Tractatus Primus
De primo in Medicina Univerſalis Evacuationis Genere,
V Sectione ſc. Scarificatione, Hirudinum appoſitione, ac Hæmorrhoidum & Menſtruorum provocatione.

Qvodnam inſtitutum noſtrum ſit, qvi animus, qvem ad ſcribendum appuli, Lector Benevole, ex præmiſſa operi huic Methodi univerſalis præfatione perſpectũ habebis exploratumq;. Adeoq; pluribus diutius te in limine ipſius operis detinere nolo, ſed potius in ipſa adyta qvantocyus intromittere. Notum autem tibi eſt, vitium omne ac morbos diſtingvi à nobis in *Plethoram* & *Cacochymiam*; hæc vitioſorum humorum apparatus, illa ſangvinis ſucci laudabilis abundantia eſt, hanc & plethoram primo in Medicinæ univerſalis evacuationis genere, qvod paulo antè delineavi, emendamus, illam & cacochymiam ſecundæ & tertiæ univerſalis evacuationis pharmaca (appoſitè utor hoc nomine, in genere enim qvævis illud medicamenta denotat, in ſpecie & *Hippocrati* purgantia, qvalia hic deſignantur) tollunt. Adeoqve de primo illo univerſalis evacuationis genere recepta hucuſq; in ſcholis noſtris methodo primum qvoq; ago. Qvid vero agam, & in hac prima parte pertractem, ſpecialiter appoſita hic capitum ſeries monſtrabit

Digitized by Google

Index Capitum hujus Tractatus.

DE *Univerſalis evacuationis differentiis.*

2. *Vena-ſectio quid?*

3. *Quæ ſint Venæ-ſectionis commoda.*

4. *De impedimentis Venæ-ſectionis.*

5. *Quæ ſint circa Venæ-ſectionem conſideranda.*

6. *Quid à Venæ-ſectione faciendum, & quæ poſt ea notanda.*

7. *Quo tempore, quo die & qua hora ſangvis mittendus.*

8. *Quæ Venæ tutò & utiliter ſecandæ, quæ ex ipſorum ſectione commoda.*

9. *Remiſſi ſangvinis obſervatio.*

10. *Notatio temporum phlebotomiæ & ſcarificationi aptorum.*

11. *Quod ante Venæ-ſectionem neceſſaria ſit præparatio.*

12. *Quantum ſangvinis detrahendum.*

13. *Quando ad animi defectionem uſque ſangvis mittendus.*

14. *DE FISSURÆ quantitate in Vena ſecta.*

15. *An in Peſte liceat ſecare venam.*

16. *Aphoriſmi de Venæ-ſectione.*

17. *De cucurbitulis ſive Ventoſatione.*

18. *De Scarificatione.*

19. *De Scarificatione malleolorum.*

20. *Aphoriſmi de Scarificatione.*

21. *De Sanguiſugis ſive Hirudinibus.*

22. *Aphoriſmi de Sanguiſugis.*

23. *De Hæmorrhoidibus.*

24. *De Menſtruis.*

25. *Quando duabus vacuationibus opus eſt; nimirum ſectione Venæ & Purgatione, utrum hæc vel illa præmittenda.*

26. *An in Gravidis ſecanda Vena.*

27. *An in Febribus malignis jam apparentibus exanthematibus Venam ſecare liceat.*

28. *An Mulieri pleuritide laboranti ſub fluxum menſtrui aperienda Vena?*

DE

DE EVACUATIONE CORPORIS HUMANI GENERALI.

atio alis ecia-

CUm jam nunc de Evacuatione corporis humani tàm Generali, qvàm Speciali conſtituerim dicere, ante omnia explicandum eſſe puto, qvid ſit Evacuatio, & qvæ ſint ejus Genera, vel Differentiæ.

uatio *Evacuatio* autem nihil *aliud eſt*, qvàm humorum in corpore humano ſua qvantitate moleſtantium excretio.

uatio- ffe- a. Hujus qvidem duo ſunt Genera, vel Differentiæ primariæ, nimirum Univerſalis una, ſeu Generalis; altera Particularis, ſeu Specialis.

erſalis Univerſalis ſeu Generalis eſt, qvæ ſuapte natura totum evacuat corpus: vel *Univerſalis evacuatio* eſt, qvæ ab univerſo corpore humores & excrementa educit: uti eſt Sangvinis qvovis modo profuſio, purgatio, ſive illa fiat per alvum, vel per os mediante vomitu, per urinam excretio ſeu mictio, ſudor, balneum, hæmorrhoides, Venus, inſenſibilis tranſpiratio, ſomnus â vacuatione admiſſus, vehemens exercitium, frequens frictio & dolor ingens.

Particularis evacuatio eſt, quæ aliqvam partem duntaxat excrementorum onere preſſam vacuat levatq;: uti eſt humorum excrementitiorum in cerebro collectorum per nares aut palatum expurgatio, excretio excrementorum, quæ in pulmone & thorace exiſtunt: Ventriculi per Vomitum. Inteſtinorum per ſolam alvi dejectionem. Renum & meatuum urinariorum per urinas. Uteri per menſtruas purgationes, & quæcunque aliæ evacuationes, quæ unica tantum ex parte corporis excrementis evacuant. *Particularis.*

Cæterum horum duorum evacuationis generum jam dictorum unumquodque vel per ſe, ſuâq; ſponte, vel per artem completur. Sponte facta evacuatio eſt, *Spontanea.*

qvando natura proprio motu citra artis opem vitioſum omne è corpore excludit. *Artificialis* Artificialis eſt, qvæ externi, vel interni medicamenti ſubſidio excitatur.

Et hæc ſunt præcipua Genera evacuationum omnium, qvibus noxii humores è corpore humano ejiciuntur.

Qvoniam verò medendi uſus hactenus obtinuit, ut Univerſales evacuationes particularibus præferantur, operæ pretium eſſe duco, ſi hîc de Univerſalibus primùm inſtituam ſermonem, initio de Venæ-ſectione facto.

VENÆ-SECTIO QVID.

Venæ ſectio qvid. VEnæ-ſectio, qvam Græci *phlebotomiam* vocant, eſt evacuatio univerſalis, qvæ plethoram ſeu abundantiam ſangvinis tollit, ſive ea puri ſit & ſolius ſangvinis, ſive vitioſorum inſimul humorum, qvæ *Plethora Spuria* dici ſolet.

QVÆ SINT EFFECTUS ET COMMODA VENÆ-SECTIONIS.

Effectus & commoda Venæ-ſectionis. JAm inqvirendum in uſus Venæ-ſectionis. Sunt verò duo generales uſus Venæ-ſectionis, 1. materiam ſangvineam evacuare, & per accidens, cum ſangvis 2. abundans calidior ſit, refrigerare. Vacuando iterum duo præſtat. Nam & ſangvinem è corpore tollit, & humoribus in venis curſum & impetum qvendam conciliat. Priori modo & ſangvinem vitioſum tollere, & eundem ſolâ copiâ peccantem imminuere poteſt. Poſteriori modo revellere, ſanguinemqve in partem irruentem retrahere, & derivare, eumqve, qvi influxit, mobilis tamen adhuc eſt, ad vicina trahere poteſt. Ut ita omninò qvinqve præſtare poſſit Venæ-ſectio; nimirum *ſanguinem corruptum evacuare, abundantem eum imminuere, revellere, derivare, & totum corpus refrigerare.*

Hanc eqvidem refrigerationem jacturam ſpirituum, qvi, ut motus,

ita & calor is omnis cenſentur cauſæ, eſſe nonnulli putant, qvod ipſum, qvamvis aliqvâ ex parte concedi poſſit, nihilominus refrigeratio etiam evenit ſublatâ aliqvâ Sangvinis parte, qvæ unà cum ſupernatante ſero (vehiculum nutrimenti hoc audit Hippocrati) effervescit & æſtum ac calorem auget. Nec adeò ab inſtituto alienum hoc eſt, etiam ſinus ferocientes imminuere, modo, qvod reqvirit Hippocrates, cũ ſublevatione fiat. In malignis vero, uti venenati inſimul vapores & ſylveſtres, ut audiunt nonnullis, maſſati ſangvinis ad fermentationem adigunt, qvam conſultum erit portam qvaſi aperire, ut exhalent noxii illi ſinus, de qvo in ſeqq. à me actum. Ut a. ſpecialiter uſus VSctionis innoteſcant, notandum

Sanguis putreſcens vena ſectione evacuandus.

Primò qvod ſanguis vitioſus & putreſcens Venæ-ſectione evacuari poteſt: utpote qvi in venis continetur, & iis apertis effluit. Et qvidem in principio morborum commodiſſimè ea inſtituitur; cùm natura in febribus plerunqve non exiguam portionem materiæ vitioſæ ad extrema & majores illas ſubcutaneas venas propellere ſoleat.

Vena ſectio ſanguinem imminuit revellitq;.

Secundò ad ſanguinem imminuendum generoſum remedium eſt Venæ-ſectio, eò qvod partem ejus aliqvam exhauriat.

Tertiò ob revulſionem adhibetur Venæ-ſectio. Apertâ enim venâ ſanguinis impetus ad contrariam partem convertitur & retrahitur. Ideoqve ad ſiſtendas fluxiones humorum in venis contentorum, ipſius etiam ſanguinis ἀθρόως fluentis, ſummè efficax eſt remedium.

Derivat.

Qvartò Venæ-ſectio etiam ſanguinem, qvi in partem jam influxit, nondum tamen ei impactus, ſed adhuc fluxilis eſt, in propinqvo apertâ venâ ad vicina derivare poteſt, id qvod in inflammationibus Anginæ &c. ſingulare remedium præbet.

Refrigerat.

Qvintò tandem etiam per accidens refrigerat Venæ-ſectio ut illud jam ante innui, ubi tamen notari velim. Si tamen ſola adſit intemperies, qvæ aliis remediis corrigi non poſſit, nec aliud ſanguinis vitium conjungatur, qvod etiam Venæ-ſectionem poſtulet, refrigerantia potius medicamenta adhibenda ſunt.

Si ſanguis verò ita ferveat, ut ſubitam refrigerationem poſtu-

let, qvàm alia medicamenta forte præſtare non poſſint, aut aliud ſanguinis vitium conjungatur, cui eadem operâ ſubvenire poſſit venæ-ſectio: Etiam hac de cauſa Venæ-ſectionem adhibere licet.

Qvibus Indicantibus inſerviat Vena ſectio.

Ex qvibus patet, utilem eſſe poſſe Venæ-ſectionem, dum ſanguis vel putreſcit & corrumpitur, vel peccat copiâ, vel cum impetu ad aliqvam partem ruit, vel parti incumbit, vel vehementer fervet.

Undecim commoda temperatæ Venæ-ſectionis.

Inde *Johannes Curio*, qvi elegantem librum de *conſervandâ valetudine* conſcripſit, enumerat undecim principaliora commoda Temperatæ Venæ-ſectionis.

I. Viſus roboratio.

Qvod nimirum primum aciem viſus roboret, clarioremqve reddat; imminutis enim & detractis per phlebotomiam humoribus, qvorum effumatione oculorum claritas obſcurabatur, viſus neceſſario roboratur ac reficitur.

II Cerebri expurgatio.

Secundum, qvod cerebrum expurget, integritatem menti reſtituat, & ingenii excitet aciem: idqve conſimilem, omnino ob cauſam.

III Medullæ excalfactio.

Tertium, qvòd medullas excalefaciat: ſuperfluas namqve humiditates, qvarum confluxu infrigidabantur, abſumit.

IV Viſcerum evacuatio.

Qvartum, qvòd viſcera, id eſt, interiora expurget: levata namqve, qvæ corpus noſtrum regit, natura, exoneratâqve ſangvine, qvo velut ſarcina premebatur, haud ægrè crudos in interioribus detentos humores concoqvit & evincit.

V Vomitus & aliis profluviis inhibitio.

Avicenn. 1. cap. 20.

Qvintum, qvòd vomitus & alvi profluvia cohibeat: humores enim ab interioribus ad externas revellit partes. Hinc ab *Avicenna 4. 1. cap. 20.* ita ſcriptum eſt: *Phlebotomia propterea qvòd ad diverſam trahit, naturam ſecundum plurimum retinet.*

VI Senſuum purificatio.

Sextum, qvòd ſenſus efficiat puriores: evaporationem enim ad caput, unde ſenſus turbantur, imminuit.

VII Vigiliarum curatio.

Septimum, qvòd immodicis conferat vigiliis: ſiqvidem humorum exundantiam, unde acres ſubinde atqve diverſi ſurſum feruntur fumi, ſomnumqve impediunt, evacuat.

VIII Segnitiei ſublatio.

Octavum, qvòd tædia, id eſt, nimiam corporis gravitatem, Segnitiemqve, ſive laſſitudinem tollat, levat namqve, qvæ corpus noſtrum regit, naturam, exoneratqve humorum multitudine, qvibus velut onere qvodam graviſſimo premebatur, Melancholia qvo-

Digitized by Google

qvoqve, qvæ præcipua qvædam tædiorum ac gravitatum cauſa exiſtit atq; origo, unà cum ſanguine educitur, quippe fex ejus eſt & ſedimentum.

IX. Auditus amiſſi recuperatio.

Nonum, qvòd audiendi difficultatem corrigat: imminuit enim redundantiam humorum, unde craſſi ac flatuoſi ſurſum evecti ſpiritus auditorios obturant meatus.

X. Vocis vitii emendatio.

Decimum, qvòd voci conferat: ſubtrahit namqve ſuperfluas humiditates, qvibus vocalis arteria immodicè irrigata raucas edebat voces.

XI. Virium reſtitutio.

Undecimum, qvòd vires reficiat augeatqve, ſiqvidem corpore humorum exonerato multitudine, vires recreantur & augentur. Hæc recitata commoda hiſce verſiculis comprehenduntur:

Exhilarat triſtes, iratos placat, amantes
Ne ſint dementes, phlebotomia facit.
Lumina clarificat, ſincerat phlebotomia:
Menteſq; & cerebrum calidas facit eſſe medullas.
Viſcera purgabit, ſtomachum ventremq; coërcet.
Puros dat ſenſus, dat ſomnum, tædia tollit,
Auditus, vocem, vires producit & auget.

DE IMPEDIMENTIS VENÆ-SECTIONIS.

Impedimenta Venæ-ſectionis.

AB Authoribus Medicinæ plerunqve recenſentur Venæ-ſectionis impedimenta duodecim.

1. Frigida hominis complexio.

Galen. cap. 6. de curatione per ſangvinis miſſionem.

Primum frigida hominis complexio: qvippe qvæ augeatur Venæ-ſectione. Fundamentum enim caloris innati eſt ſanguis, hic ſi imminuatur per Venæ-ſectionem, ut calor naturalis imminuatur, totumq; corpus humanum refrigeretur, neceſſe eſt.

2. Regio vel impenſè frigida vel calida.

Galen lib. 11 cap. 4 meth. medendi.

Secundum, regio, qvæ impenſè frigida, vel calida: Illa enim largam evacuationem, qvalis phlebotomia eſt, non ſuſtinet, qvia corpus imminuto ſanguine maximè refrigeratur & ejusmodi refrigeratio intemperie regionis frigidâ magis augetur; hæc nec Venæ-ſectionem tolerat: cum ſuâ caliditate vires diſſolvat & humores diſcutiat.

Ter-

III. Dolor ingens. Tertium, dolor ingens, ſub qvo & nimiam corporis inflammationem comprehendimus. In his enim ſecta vena multam ſeditionem & agitationem excitat in humoribus: phlebotomiâ nimirum attrahente ac vacuante humores, dolore verò atqve inflammatione contranitentibus, adqve ſe rapientibus. Siqvidem dolor omnis & calor attrahunt, influxumqve humorum efficiunt, qvo fit, ut inflammatio augeatur, & natura magis debilitetur.

IV Balneum. Qvartum balneum, præſertim ſi ante ipſius ingreſſum qvis medicamentis diaphoreticis uſus fuerit. Hoc enim cum atteſtante id *Galeno in lib. de utilitate reſpirationis cap. 7.* ſpiritus ex toto corpore evacuet, adeoq; vires debilitet, phlebotomiam impedit. Cui adſtipulatur *Hippocrates* dicens: qvòd omnis evacuatio, qvæ ſæpe & repente fit, periculoſa ſit *lib. 2. aph. 51.* jam vero Balnei uſu evacuatio per ſudorem facta eſt non ſine ſpiritum ſæpè jactura, adeoq; altera illa & repentina mutatio per phlebotomiam locum non habet.

V Coitus. Qvintum coitus: poſt cujus uſum prohibetur Venæ ſectio, qvòd is jamdudum corpus plus æqvo excalefecerit, vires dejecerit ac debilitarit. Qvonam autem modo Veneris uſu vires corporis diſſolvantur, docet diſertè *Galenus lib. 1. de ſem. cap. 25.* Hinc *Avicenna in libro de* animalibus dixit, qvod coitus magis, præſertim ſuperfluus, obſit, qvam ſi qvadragies tantundem ſangvinis emanârit; eſt enim ſemen craſis ſeu eſſentia qvaſi qvinta ipſius Sanguinis. Conſuli poteſt *Galenus cap. 86. artis medicin.* Item *Paul. Ægineta lib. 1. cap. 35.* & *Aetius lib. 3. cap. 8.* *Galen. de ſem. cap. 25*

Galen. cap. 86 artis medicin. Æginet. li. 1. cap. 35.

VI. Ætas vel minor vel major. Sextum, ætas, qvando ipſa vel minor, vel major, qvàm phlebotomia reqvirit: qvalis eſt infantia & ſenium. Illa etiamſi enim viribus abundet; attamen, qvia ipſius corpus, calidum & humidum, molle, tenerum & patens eſt, multo tenui humore ſeu ſero abundans, qvod ſponte ſua aſſiduò diſcutitur ac defluit, ſanguinis miſſionem tuto non ferat. *Qvapropter Galenus ante 14 ætatis annum venam ſecandam eſſe non putat.* Hæc verò, ſenectus ſc. qvia exhauſtis jam viribus imbecillis eſt, & maxime decrepita, nullam ſanè Venæ ſectionem, virium jacturam, tolerat.

Pro-

Prolixius, autem hoc ipſum in ſeqq. expoſitum vides conſuli etiam poteſt *Avicenna 4. 1. cap. 20.*

VII. Morbus diuturnus.

Galen. de ſem. cap. 4.

Septimum, *morbus diuturnus*: nam corpus, qvod morbo diuturno debilitatum, exſecutumq; viribus eſt, majorem nutrimenti, âqvo & vigorem habet jacturam facere neqvit. *Diuturnis morbis*, verba Sennerti ſunt, *emaciantur corpora, & qvomodo ergò ſanguinem illis nutrimenti materiam demere poterimus.* Ratio affirmat.

VIII. Nimia potus, & cibi repletio.

Galen. cap. 86 art. medicin. Ego net. lib. 4. cap. 35.

VI. Ætas vel minor vel major.

Octavum, *nimia potus repletio*: item *largior cibi ingeſtio.* Nam ſi qvis uſus largo cibo ac potu, & ſic per intemperantiam crudorum humorum copiam congeſſit, huic certè mittendus ſanguis non eſt, id qvod etiam confirmat *Galenus*, qvi *cap. 7. lib. de curand. ration. per ſanguinis miſſionem.* ita ſcribit: *Incontinentes, ebrios & gulæ deditos, neq; purgatione, neq; ſanguinis miſſione magnopere juvabis Nam per victûs intemperantiã crudorum humorũ copiam celeriter coacervant. Sin mediocri cibo contentus fuit & vacuationem tolerare poteſt, huic intrepidè, re ita poſtulante, ſanguinem detrahes.* Vide *Avicenn. 1. 1. Doct. 6. cap. 3.*

IX. Tempus vel nimis calidum aut frigidum.

Nonum, *tempus nimis calidum, vel frigidum.* Ratio eſt, qvia calido & æſtivo tempore non adeò vitioſi abundant humores in ſanguine, qvàm alio & autumnali tempore. Ob vitioſos humores autem in maſſâ ſangvinis hærentes maximam partem inſtitui ſolet VSctio; aliàs, ut ſuccurramus abundanti ſanguini, vernum tempus eligitur, ex præſcripto Hippocratis. Frigus contrà & Brumæ tempus Spiritus reddit torpidos ac ſegnes. Undè, ſi VSctio tunc inſtitueretur, aliqva eorum jactura fieret, ac natura non adeò alacriter expelleret, qvod ſibi noxium eſt. Vide autem qvæ infrà de tempore VSctionis prolixius dicta ſunt.

X. Fragilitas.

Decimum, *fragilitas, id eſt, debilitas virtutis*: qvippe ſanguine miſſo virtus ſemper extremè concidit, nec poſtea revocari, recolligiq́ve poteſt, ut habet *Galen. cap. 6. de curan. rat. per ſang. miſſ. & lib. 11. cap. 14. meth. med.*

XI. Os ventriculi ſupra modum ſenſile.

Undecimum, *os ventriculi ſupra modum affectum*: Sub qvo imbecillum etiam comprehenditur; & qvòd amarâ bile redundat; ob hæc enim multi in Venæ-ſectione ante juſtam evacuationem ſub initium ſtatim animo deſtituuntur.

Digitized by Google

XII. Nauſea.

Duodecimum, *nauſea:* in hac enim ſi ſanguis mitteretur, venæ exhauſtæ pravam illam ac nauſeoſam abundam materiam ad ſe facilè traherent. Neqve ob dictas ſolùm cauſas, ſed ob alias etiam non paucas à phlebotomiâ interdum abſtinemus; uti ſunt: *diuturnus vomitus, διάῤῥοια, inedia, vigilia, labores vehementiores, principium morbi, morbi criſis, id eſt, dies motus ægritudinis, Paroxyſmus, alvi obſtructio, fluxus naturalis menſtruorum, hæmorrhoidumq́ʒ, cholericæ ægritudines, integraq́ʒ valetudo;* & uno verbo poſt omnia, qvæ corpus impenſiùs calefaciunt, exiccantqve, ac vires diſſolvunt, Venæ-ſectionis uſum interdicunt, qvod ſpecialiter exponit *Rhaſes lib. 7. cap. 21. ad Almanſorem.*

Impedimẽta Venæ-ſectionis.

Impedimenta Venæ-ſectionis notantur ſeqventibus verſibus:

Frigida natura. *Frigida natura, & frigens regio, dolor ingens.*

Balnea. *Balnea, poſt coitum, minoratas, atqʒ ſenilis.*

Morbus prolixus. *Morbus prolixus, potus repletio, & eſca. Si fragilis vel ſubtilis ſenſus ſtomachi ſit.*

Nauſea. *Et faſtiditi tibi non ſunt phlebotomandi.*

Nota.

Etiamſi lex Medicorum prohibeat Venæ-ſectionem in pueris; noſtrates tamen hodiè ob ſummam neceſſitatem, præſertim in *pleuritide* & gravioribus morbis utiliter ſecant venam in *quarto & quinto* &c. anno ætatis, ad *uncias duas, tres,* aut *qvartuor* ſanguinis.

QVÆ SINT CIRCA VENÆ-SECTIONEM OBSERVANDA.

Qvinq́ʒ obſervanda circa Venæ ſectionem.

QVinqve in miſſione ſanguinis obſervanda eſſe, Medici ſtatuunt, & qvidem vel ante Venæ-ſectionẽ, vel in jã ipsâ ſectione, vel poſt emiſſum ſanguinem. Qvæ ante ſectionem conſideranda.

1 Frictio vel Unctio.

Primum, frictio vel unctio membri in qvo fit Venæ-ſectio, quâ non modò ſanguis fluxilis redditur; verùm etiam humores è propinqvis venis ad locum ſectioni deſtinatum alliciantur & ad exitum præparantur. Hodiè ligatura

gatura, de quâ paulò pòſt, brachio injicitur qvidem, ut inhibeatur qvadantenùs celeri motu circulationis affluens à ſuperioribus ſanguis, ſed ut eò meliùs etiam ex partibus inferioribus ad aperturam adigatur ſanguis baculum manu agitare debet, cui aperta vena eſt, aliàs enim ob dictæ circulationis cauſas non æqvè reflueret ſanguis. Scalpellum eſſe debet acutum, mundum, & ab omni erugine alienum. Facilè enim alias ſtigma imprimeret vulneri, ut eò tardius coaleſceret; & hæc ratio eſt, cur aureis inſtrumentis tractentur omnium optimè vulnera; neqve enim illa adeò facile æruginem concipiunt, unde qvod Chymicis notum Aurum non adeò facile qvam reliqva metalla in Vitriolum redigi poteſt.

II. Potus Vini.

Secundum, potus & præcipue qvidem vini. Etenim ſæpènumero obſervatum eſt craſſum adeò melancholicum & aduſtum fuiſſe ſanguinem, ut concretus inſtar medullæ ſambuci ſubſtiterit nec qvicqvam ejus aperta licet vena effluxerit. Vino itaq; generoſiore reſolvi debet ſanguis ad motum & fluxum adigi, incitandi ſunt ſpiritus, ut VSctio finem ſuum ſortiatur; Qvid qvod vinum etiam ad præcautionem ſyncopes, qvæ haud raro in ipſa VSctions actu præſertim non aſſvetos ei invadit, præterea ad reſtitutionem ſpirituum ac ſanguinis multum faciat, unde ſub VSctione ac poſt eam vini qvoq; valet uſus.

III. Balneum.

Tertium, balneum, qvo certè per biduũ aut triduum ante & poſt ſanguinis miſſionem uti conceditur, neqvàqvam verò eodem die: antè qvidem in illis, qvos craſſorum humorum copia aggravari ſuſpicio eſt: hos enim balneum incidit, mobilesqve facit, ob eandem etiam cauſam paululum dimoveri ante phlebotomiam convenit, & aſſumere non nihil ſyrupi acetoſi cinamomi vel ovum ſorbile cum pauco vino. Manus etiam vel pedes præcipuè in calida aqva anteqvã vena aperiatur, detineri debẽt; ſic enim molliores fiunt, admittunt facilius ſcalpelli aciem, intumeſcunt venæ, compelliturqve ſanguis.

IV. Ligatura ex pannis lineis mollibus & mundis.

Qvartum, *ligatura*, qvâ utimur ante & poſt Venæ-ſectionem: ante ut inde venæ excraſſeſcant, conſpicuæqve magis fiant, & ut humores ad conſtitutum inciſioni

ni locum facilius prolectentur. Poſt verò ad inhibendum & ſiſtendum ſanguinis fluxum.

V Moderata motio. Qvintum, *moderata* deambulatio vel motus, ante & poſt phlebotomiam inſtitutus; ante qvidem, ut humores diſſolvantur, extenuenturqve; ſeu ob easdem etiam rationes, qvas circa vini uſum de concreto ſanguine expoſui: pòſt verò ad diſſipandas humorum reliqvias. Nota verſus de iis rebus, qvæ ſint conſideranda circa phlebotomiam.

Qvæ conſideranda circa phlebotomiam.

Hæc facienda tibi, qvando vis phlebotomari:
Unctio ſive lavacrum, & potus, faſcia motus. *1. Lavacrum.*
Fac plagam largam mediocriter, ut citò fumus *2. Qvantitas.*
Exeat uberius, liberiusqve cruor.
Sanguine ſubtracto, ſex horis eſt vigilandum. *Somnus.*
Ne nervum lædas, ne ſit tibi plaga profunda. *Plaga.*
Sanguine purgatus, ne carpas protinus eſcas. *Cibus.*

QVÆ IN VENÆ-SECTIONE CONSIDERANDA.

IN Venæ-ſectione attendi debet: Ne arteria aliqva lædatur, qvæ difficulter coaleſcit neve perforetur vena integra, ut ſubtus effluat ſanguis, & inflammationem brachii cieat, id qvod haud rarò fieri ſolet, adeoqve tutior eſt.

Sed non minori induſtriâ attendendum, ne venæ ſubjectum nervum lædamus, ex qvo ſubortа ſæpè fuit brachii paralyſis. De cœtero poſitus brachii ſit pronus ad meliorem ſanguinis effluxum, ligatura vero augeri illi poteſt, puncta vena tamen protinus tollatur faſcia. Abſint omnis animi adfectus, ne ſanguinis motum turbent, avertant etiam oculos, qvi ſangvinem conſpicere neqveunt, ne in animi deliqvium incidant. Propterea in promptu eſſe debet vinum, vel cordiale aliqvod remedium, qvo in caſu neceſſitatis uti valeamus, ſi aliqvot vicibus educi debet ſanguis (qvod, qvâ de causâ fieri debeat, infrà dicturi ſumus) digito ſolum foramen claudi poteſt, eoqve remoto rurſus aperiri.

QVID

Digitized by Google

QVID A SECTIONE FACIENDUM ET QVÆ POST EAM VITANDA.

Qvid à Venæ-ſectione faciendum, & quæ poſteà vitanda.

ANte omnia à Venæ-ſectione inſtituatur exqviſitior victus ratio, neqve protinus æger ad priſtinam diætam, perinde ut canis ad vomitum, redeat. Ut majorem in modum deteſtandus ſit Germanorum mos, qvi ferè nunqvam lautius comedunt, aut largiter bibunt, qvàm à Venæ-ſectione.

Germanorum mos deteſtatur

Quæ vitanda poſt Venæ-ſectionem.

Porrò hæc poſt Venæ-ſectionem vitanda:

I. Lacticinia

Primum, lac & omnia lacticinia. Lac enim facilè corrumpitur, & in bilem convertitur.

II. Ingeſtio crudorum ciborum.

Secundum ingeſtio ciborum crudorum, potusqve largus, qvæ omnia humorum corruptioni anſam præbent.

III. Frigida omnia.

Tertium, frigida omnia, tam intro ſumenda, qvàm foris admovenda: Ejusmodi autem cum primis ſunt alimenta frigidiora, potus frigidus, balnea frigida, ambientis nos aëris frigiditas, veſtium exilitas, ſuper petram nuda ſeſſio, capitis ac pedum frigiditas. Hinc enim corpus, calore nimirum innato plus ſatis jam Venæ-ſectione imminuto, præter modum refrigeraretur.

IV Turbidus aer.

Qvartum, ne is, cui vena ſecta eſt, verſetur ſive ambulet in aëre turbido ac nebuloſo. Hinc enim eſt, qvi, ut *ſuprà cap. 14.* oſtendimus, ſangvinem melancholicum efficiens, animam contriſtat. Sed verſetur potius incedatqve in aëre lucido, claro, atqve ſereno. Inde enim ſpiritus recreantur omnes, & jucundiſſimâ qvadam voluptate diſtracti ad ſimilem protenduntur.

V Quies.

Qvintum, ut idem temperatam amplectatur qvietem, motionemqve vitet. Hæc enim humores Venæ-ſectione agitatos magis adhuc commovet, & vires usqvequaqve debilitat: illa verò commotionem contrahit ac ſedat.

Sunt, qvi tradunt, cavendum etiam eſſe a ſalitorum piſcium uſu, poſtqvam vena alicui inciſa eſt. Communiter & hoc obſervare ſolemus, ne à VSctione ſomnum qvis capiatis enim videtur ſpiritus qvadantenus cohibere, qvi jam ante per VSctionem debili-

tati ſunt. Adde qvòd in ſomno facilè aperiatur faſcia, aut removeatur, ut, qvibusdam ſangvinem omnē effluxiſſe, eosqve mortuos fuiſſe repertos, experientiâ conſtet. De his omnibus verſus Scholæ ſalernitanæ ſunt:

Sanguine ſubtracto ſex horis eſt vigilandum,
Ne ſomni fumus tibi lædat ſenſile corpus,
Ne nervum lædas, ne ſit tibi plaga profunda
Sanguine purgatus ne carpas protinùs eſcas.
Omnia de lacte vitabit ritè minutus.
Et vitet potum phlebotomatus homo.
Frigida vitabis, qvia ſunt inimica minutis.
Interdictus eritqve minutis nubibus aër.
Spiritus exultatqve minutis luce per auras.
Omnibus apta qvies, & motus ſæpè nocivus.

QVO TEMPORE, QVA DIE, ET QVA HORA SANGUIS MITTENDUS.

Qvo tempore ſanguis mittendus.

NOn temerè de tempore, qvò vena ſecãda venit, hîc inqviritur: Qvippe vena intempeſtivè ſecta, ſpiritum pariter cum ſanguine exhaurit, innatum calorem eripit ac diſſipat, principes partes refrigerat, ac earundem calorem adeò extinguit, ut qvaſi enervatæ ac debilitatæ langueſcant. Qvando autem vena vel præcautionis, vel curationis gratiâ venit ſecanda, eligendiqve horam poteſtas datur, ſemper erit convenientior matutina, *Galeno* etiam *capite 21. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem*, ſuffragante, qvàm pomeridiana vel veſpertina. Siqvidem à Solis exortu ſanguis ſuſcitatur, viget, atqve dominatur, ipſoqve diei lumine tenuis, ſerenus qvaſi factus, fluxuiqve fit aptior, maximè ſecundâ tertiâqve diei horâ. Proindè non ſtatim à ſomno excitis, ſed antea horam circiter unam vigilantibus, & poſtqvam heſternum cibum probè concoxerint, corpusqve ab excrementis, tùm per urinam, tùm per alvum expurgaverint, ſanguis mittendus erit.

Aſtro-

Aſtrologica etiam obſervatio tum tenenda erit, (Judicant autem illi,in conjunctione Jovis & Veneris,vel ſi Luna benignè Planetas alios adſpiciat bonâ eſſe VSctio nem ; Contrà malam,ſi Saturnus cum Marte in Qvadrato vel Oppoſitione fuerit. In morbis autem vehementibus, qvique nimium præcipites ſunt, nihil iſtiusmodi delectus habendus, ſed qvacunqve horâ ii vehementer prement, & inſtabunt, hâc ipsâ venam incidito. Qvin etiam in febribus, aliisvé morbis,qvi circuitibus affligunt,qvietis aut remiſſionis animadverſio multò præſtantior, qvàm matutini temporis. In qvacunqve igitur diei noctisvé horâ remiſſio inciderit, cæteris ritè adminiſtratis, vena ſecetur.

Porrò ſciendum, qvòd pro venâ ſecandâ menſes ſunt conveniéntiſſimi Aprilis, Majus & September : differenter tamen.

In Aprili enim ac Majo, jecoraria incidenda venit, ob exundantem nimirum ſanguins copiam;eſt enim tempus Vernum.

In Septembri verò Lienaris : ſiqvidem per id tempus,cum ſit Autumnale, atra bilis nonnullis plus cæteris colligitur.

QVÆ VENÆ SECANDÆ TUTO ET UTILITER, QVÆQVE EX SECTIONE IPSARUM COMMODA.

Qvæ Venæ præcipuè ſecandæ.

Nunc conſiderandum venit, qvæ venæ ſecandæ tutò, & utiliter, qvæqve ex ſectione ipſarum commoda. Sciendúm itaqve hic eſt, qvod octodecim plerumqve à Medicis dinumerentur venæ tutò ſecandæ, qvas ordine jam nunc deſcribemus.

Vena Frontis, Stirn-Ader.

Vena frontis, Stirn-Ader.

Vena in medio frontis inter duo ſupercilia eſt,qvæ vulgo recta ſive præparata dicitur : hæc aperitur contra antiqvas capitis infirmitates, ulcera turpia, Lepram,Scabiem,Morpheam, Impetiginem faciei. Oculorum morbos,Capitis antiqvum & perſeverantem dolorem. Capitis gravitatem & dolorem poſteriorem. Cerebri affectus. Maniam ſeu Inſaniam.

VENÆ

Digitized by Google

Venæ Temporum, Schlaf-Adern.

VENÆ DUÆ TEMPORUM.

Venæ duæ. Sunt in temporibus juxta aures flexuosè incedentes, ſecantur alterutra ad Hemicraniam, Capitis magnum dolorem & diuturnum morbum, Ophthalmiam antiqvam, Lippitudinem, Oculorum caliginem, Oculorum maculas & Nebulas, Lachrymas, Pannum, Palpebrarum ſcabiem, Nyctilopem, Sterilitatem inducendam.

Nota.

Qvod hæc vena inciſa hominem reddat ſterilem *Hippocrates* Autor eſt: *Quibuscunqve*, inqvit, *juxta aures venæ ſectæ ſunt, hi coëunt qvidem & genituram emittunt, verùm modicam, debilem ac infæcundam.*

Nam plurima genituræ pars à capite juxta aures in ſpinalem medullam procedit. Ipſe autem genituræ meatus cicatrice ſectioni inductâ, obſtruitur. Proceres Scytharum, inciſis juxta aures venis, ſterileſcere affirmant. *Avicenna* eas juveniles vocat.

Vena juxta parvum Angulum oculi.

VENÆ JUXTA PARVUM ANGULUM OCULI.

Sunt qvoqve venæ qvædam in angulis oculorum lachrymalibus frontem verſus, qvæ ſecantur paulò ſuper extuberantiâ oſſis jugalis, contra Oculorum paſſiones, (cephalicâ priùs minutâ) contra Capitis dolorem. Hemicraniam, Pannum, Lachrymas, Ophthalmiam antiqvam, Nyctilopem, Palpebrarum ſcabiem, & vitia præcedentia.

Adern in kleinen Augecke.

Vena poſt vel circa aures Adern hinter den Ohren.

VENÆ CIRCA VEL POST AURES.

Venæ circa vel poſt aures exiſtentes in loco concavo poſt aures, & ut apparent cum gula ſtringitur, & ſunt in loco ubi oppoſito digito ſentitur pulſus, qvæ aperiuntur propter Hemicraniam, Catarrhum antiqvum, Tineam, Memoriam reparandam, & acuendam, Aurium ulcera, Colli ulcera, Faciem mundificandam, Dentium dolores ex fluxu, Capitis exituram, ulcera & omnem dolorem.

Vena in imo Naſo Naſen-Adern.

VENÆ IN IMO NASO INTER CARTILAGINES DUAS.

In harum inciſione collum ſudariolo ſtringere oportet, donec capitis partes intumeſcant, & venæ conſpicuæ fiant. Idem etiam in venæ frontis inciſione faciendum. Inciditur hæc contra Phreneſin, Febres acutas, Capitis dolorem antiqvum, Faciei rubedinem antiqvam, Oculorum turba-

Digitized by Google

turbationem. Lippitudinem, Capitis ulcera, Gravedinem capitis, Hæmorrhoides, Narium pruritum, & Apoſtema.

VENÆ DUÆ SUB LINGUA.

Venæ duæ ſub lingua, Zungen oder Breun-Adern.

Præterea venæ, quæ ſub lingua conſpiciuntur, poſſunt in multis affectibus incidi, præſertim in Gulæ & Oris apoſtemate & vitiis, Sqvinantiâ, Cephalicâ prius ſectâ, Amygdalarum apoſtematibus, Linguæ gravitate, Apoplexiâ, Dentium omni & Gingivæ dolore & vitiis, capitis catarrho & defluxionibus & aliis, Panno, Tuſſi, & Maxillarum paſſionibus.

VENA INTER MENTUM ET LABIUM INFERIUS.

Vena inter Mentū & labium, Leffzen-Adern.

Hæc vena inciditur ad Oris fætorem, Gingivarum corroſionem & rupturam, ac earum fiſſuras, Naſi mala ulcera, Faciei mala, Mammillarum dolores, Capitis dolorem.

VENÆ IN LABIIS.

Venæ in labiis.

Venæ in labiis ſecantur contra apoſtemata oris & gingivarum: Cephalicâ prius minutâ.

VENÆ DUÆ IN COLLO.

Venæ duæ in Collo jugulares dictæ, Hals-Adern.

Venæ duæ in collo, qvarum una eſt in parte dextra, & alia in ſiniſtra, jugulares dictæ, ac in cantantibus & anhelitum retinentibus ingraſſantur. Collum ſtringitur cum mantili, ut melius appareant: Si ſecantur, valent ad Anhelitus conſtrictionem, Lepram incipientem, Impetiginem, Serpiginem, Noli me tangere, Cancrum corroſivum, Gingivarum tumorem, Maxillarum tumorem, Squinantiam Anginam fortem, Aſthma acutum, Raucedinem vocis, Pulmonis Apoſtema, Dyſpnœam ſplenis paſſiones, Laterum dolores,

CEPHALICA.

Vena Cephalica, Humeraria, Cubiti, Haupt-Adern.

Cephalica, qvæ & humeraria & cubiti vena dicitur, inter pollicem & digitum ei proximum ſine ullo periculo inciditur etiam in ſuperiori parte curvaturæ brachii, contra Capitis paſſiones omnes calidas, Hemicraniam, Maniam, Oculorum fluxum, Epilepſiam, Aurium omnia vitia, Capitis omnem tumorem, Linguæ omnia vitia, Stomachi infirmitatem, Febres, in utraqve manu ſecta.

MEDIANA.

Vena Mediana, Communis, Nigra, Cordis, Median-Ader.

Mediana, in media curvatura brachii, ita dicitur, qvod media ſit inter Cephalicam & Baſilicam. Nam ea ex diviſione utri-

utriusqve exoritur. Eſt enim in evacuando media: undiqve enim vacuat, ab inferioribus nimirum partibus, infra cervicem, à collo, & ſupra collum. Unde exqviſitiſſima omnium humorum & univerſalis toti corpori per hujus Venæ-ſectionem fit evacuatio. Univerſalis qvidem non, ut qvibusdam placet, qvod à corde oriatur, ſed qvod ſit ramus Cephalicæ & Baſilicæ. Sanguinem igitur è Cephalica detracturus eâ non apparente, Medianam potius qvam Baſilicam ſecabis.

Qvod ſi nec Baſilica ſe oſtenderit, ad Mediam potius, qvam ad Cephalicam confugies. Dicitur qvoqve Communis, Nigra & vena Cordis, ſecatur ad Humorum omnium è toto corpore evacuationem, Ægritudines calidas totius corporis, Cordis morbos omnes, Appetitum amiſſum, obſtructiones tollit.

BASILICA.

Vena Baſilica qva & Axillaris inferior, Epatica ſive jecoraria in dextro latere, in ſiniſtr. Lieneris Vocatur,

Baſilica qvæ dicitur etiam Major, Jecoraria, Hepatica, Interna, prodeſt ad Hepatis, Pectoris, Pulmonis, Stomachi, Splenis evacuationem, Pleuritidem, Choleræ abundantiam ex Epatis calore, Dentium, Dorſi, Coſtarum, Laterum & omnium membrorum dolorem, Naſi fluorem, Pruritum cutis, Febres.

Leber-Ader.

SALVATELLA.

Vena Salvatella, Salubris, Sceiles Splenetica, Miltz-Ader.

Salvatella, ſive ſalubris Sceiles Avicennæ 1. doct. 5. ſum. 5. cap. 4. appellatur & eſt vena ſub annulari & medio digito exporrecta. Hæc obſtructo Epate in manu dextra, Liene verò in ſiniſtra incidi ſolet. Qvare hoc fiat non ratione oſtendere, ſed experientia licet. Porrò manus illius, cui hæc vena ſecatur, in calidam aqvam ponenda, donec locus inſletur & leniter extumeat, conſpicuusqve fiat: ſecta autem jam vena iterum in aqvam ponenda eſt, ideo, ut ſanguis cito ejaculetur. Cùm autem ex ea, qvantum volueris, emanârit, parum olei & ſalis imponendum eſt, ne juſto citius vulnus cicatrice obducatur. *Rhaſes lib. 7. cap. 21. ad Almanſorem. Et Avicenna 4. 1. cap. 20.* Valet igitur ad Splenis, Hepatis & Pectoris evacuationem & morbum, Icteritiam, Febres omnes, Pectoris obſtructionem, Inappetentiam, Faciei oculorumqve pallorem, & colorem Ictericum.

Digitized by Google

Vena pedis Poplitea, Knie-Adern.

VENA PEDIS.

In pede tres venæ ſunt Poplitea ſcilicet, Saphæna & Iſchiatica, qvas incidere conſuevimus ſanguinem deorſum revulſuri, ut in menſium provocatione &c. Sed in hoc vena poplitis, juxta Avicennæ ſententiam, efficacior eſt Saphena & Iſchiatica: propinqvior enim eſt utero, unde melius ab ipſo deorſum trahit. Secatur hæc utiliter ad Menſtruorum provocationẽ, Ani dolores, Lumborum affectus, Hæmorrhoidum provocationem, Veſicæ dolores, Teſticulorum paſſiones, Pedum infirmitates, Arthritica omnia mala.

Vena Sciatica, Iſchiatica, Hüfft-Ader.

ISCHIATICA.

Iſchiatica ſub exteriore malleolo utriusqve pedis aut circa ipſum malleolum inciditur ſæpiſſime adverſus Iſchiaticũ dolorem, Podagram, Elephantias, Varices, veſicæ dolores, Dyſuriam, Teſticulorum ulcera atqve tumorem, Renum tumorem, ulcera & alia mala.

Vena Sapha Vena malleoli die Frauen oder Roſen-Ader.

SAPHÆNA.

Saphæna ſub interiore malleolo utriusqve pedis aliqvando juxta ipſum malleolum, vel ad ipſius latera ſæpe inciditur ad Matricis omnes paſſiones, Teſticulorum affectus omnes, Scabiem antiqvam & Phlegma ſalſum Coxarum & Tibiarum; Menſtruorum vehementem provocationẽ, Hæmorrhoidum apertionem, Uteri purgationem poſt partum, Sterilitatem tollendam, Virgæ affectus, Teſticulorum ægritudines, Sanguinis derivationem à matrice, virga & teſticulis.

Vena in tarſis, Ruck-Ader.

VENA IN TARSO PEDIS.

Vena in pedis tarſo utriusqve ſuper pollice aperitur propter Veſicæ Vitia, Faciei maculas, Ophthalmiam, Oculorum rubedinem, Lippitudinem, Cancrum, Varices tibiarum.

Iſchias major, Gicht-Ader.

VENÆ MINIMI DIGITI PEDIS.

Venæ in minimo digito pedis utriusqve propter Renum vitia, Gravitatem & laſſitudinem membrorum, Apoplexiam, Paralyſin & Epilepſiam. De Venis earumqve ſectione vide *Andr. Veſal.* & alios. Hoc prætereundum non eſt, inventa hodiè Circulatione ſanguinis delectum venarum, qvem in antecedentibus inculcavimus ſublatum ferè eſſe. Etenim cum Circulationis illius ſanguis rugi circuitu ex vaſis majoribus in minora per arterias ſc. à Corde per Ve-

nas iterum ad Cor fluat refluatqve fieri aliter neqvit, qvàm ut v. g. aperta brachii mediana idem effluat ſanguis, qvi ex ſecta ſalvatellaramo; ſc propagato in manus proutcephalica & mediana ejusdem & trunci axillares rami ſunt. Hinc ſecta brachii vena obſtructis in apoplexia Caratitibus ſuccurri communis teſtatur experientia, adeoqve comites etiam & hodiè propter Commoditatem alibi explicatam, qvando ſanguis evacuandus eſt, venam brachii tundimus, ſicqve per revulſionem qvaſi impactus etiam remotioribus partibus ſanguis retrahi poteſt. Notandum tamen etiam erit, qvò vicinior affectæ parti vena aliqva eſt, eò ob eandem revulſionisCauſam tutius etiam ſecatur, hinc in retentione menſium in pedibus ſecamus venam, & in *angina* ſublingvales tunduntur; inflammati enim fauces proximè adjacentibus vaſis & ſanguini vitium imprimunt.

EMISSI SANGUINIS OBSERVATIO.

Ex Johannis Fernelii de evacuandi ratione cap. 10.

EFfluens Sanguis excipiendus mundis terſisqve pelviculis, terrenis, vitreis, ſtanneis, aut argenteis, non item æneis, ne ab his vel propriæ ſubſtantiæ, vel coloris, vel alterius qvalitatis converſionem ſubeat, qvæ noſtrum de corporis affectione judicium pervertat. Sint & pelviculæ multæ, in qvibus ſanguinis varietas diſpici ac diſtingui poſſit: Seponantur loco mundo, qvo nec pulvis, nec fumus, nec ventus, nec Solis radii pertingant.

Judicium de ſanguine emiſſo ex ſubſtantia.

Omnium prima in his obſervabitur ſanguinis ſubſtantia. Viſcoſus eſt, qvi lentè fluxit & tanqvam gluten digitis adhæret: qvorum neutrum efficit probus atqve mediocris. Craſſus eſt & denſus, multasqve fibras habet, qvi ocyus concreſcit atqve conglaciat: hic obſtructionum aliorumqve inde morborum fit autor. Qvi tardius concreſcit ac dureſcit, tenuis eſt: qvi verò jàm refrigeſcens minimè dureſcit, is omninò vel aqvoſus vel putridus eſt, cujus fibræ omnes direptæ atqve corruptæ vanuerunt.

Id.

Id ipſum planius diſtinguit fiſſio. Craſſus ac compactus difficilè finditur, tenuis facilè: putridus verò non finditur, verùm ſimul atqve attingitur, totus in partes exiguas diſcerpitur.

Serum. Serum multum tanqvam aqva citrina concreto ſanguini innatans, vel potum liberaliorem, vel jecur infirmum, qvale hydropici, vel imbecillos renes, vel eosdem obſtructos oſtendit: qvibus ex cauſis ſerum redundans in venas, ſanguini permiſcetur. Hunc tamen non eo prorſus deſtitui par eſt, velut in his, qvi frugalius bibunt, aut immoderatius ſeſe exercent: craſſeſcens enim ſanguis difficilè in tenues venas diſtribuitur, easqve promptè intercludit.

Spuma. Spuma innatans, niſi fluoris impetu nata ſit, incendium atqve fervorem ejus humoris oſtendit, cujus colorem præ ſe fert: rubra qvidem ſanguinis: citrina bilis: alba, pituitæ: livida, melancholiæ. Dureſcentis ſanguinis color per ſumma rubicundus, boni utilisqve ſanguinis eſt index: ruber qvidem ac lucidus ardentis, qvalis eſt arteriarum: ruber verò & obſcurus mediocris, qvalis eſt venarum. Color citrinus, bilem: albus, pituitam: viridis, bilem retorridam: lividus aut plumbeus, atram bilem cum pernicie, ut diſparium colorum permiſtio varios humores exuperare commonſtrat: qvi an etiam putridi ſint nec ne? ſanguinis ſubſtantia palàm facit.

Color. Eſt autem, qvùm albus color ex optima concoctione proficiſcitur, qvod his præſertim accidit, qvorum plenior eſt virtus, & qvorum urinæ benè coctæ viſuntur, multo alboqve ſedimento confertæ. Illorum qvippe ſanguis, in venis tenuioribus concoctione jam albeſcit.

Pingue. Sanguinis parti Summæ innatat nonnunqvam pingue qviddam & adipoſum, inſtar telæ arahei cohærens. Hoc, ſi admodum pingue & obeſum corpus eſt, ex ipſo ſanguine cauſam habet, qvi eſt in adipem pronus. Sin corpus ſtrigoſius fiat minusqve opimum, idipſum colliqvari & marceſcere portendit.

Subſidentia. Ima parte concreti Sanguinis ſubſidet, qvod terrenum magis eſt atqve fæculentum. Id qvum finditur, ſæpius apparet vel rubrum, obſcurum, vel nigrum, vel lucidum, vel viride: unde hu-

Digitized by Google

humoris, qvi ſanguinem perfundit, naturam videre eſt: atqve ex coloris copia aſſeqvi, qvantum unusqviſqve humor in venis abundet.

Grana. Si diffiſſo ſanguine grana qvædam arenularum æmula offendantur, ajunt vel Elephantiaſin, vel ad hanc propenſionem notari: qvanqvam obſervantibus nihil tale deprehenſum eſt.

Graveolentia. Rarum eſt ſanguinem à venis graveolere: qvod ſi contigerit, putredinis corruptionisqve deploratæ eſt indicium.

Sapor. Detractum ſanguinem nemo deguſtârit: at ſi cui in os fortaſſe incidet, dulcisqve apparebit, ſecundum naturam eſt: qvi amarus, bilioſus: Acidus aut ſtypticus, melancholicus: inſipidus, pituitoſus: Salſus, pituitâ ſalsâ perfuſus.

Judicium ex collatione pelviculaꝛum. Sanguinis ſubſtantia atqve colore animadverſis, conferendæ invicem erunt pelviculæ. Qvæ ſi omnes optimum ſanguinem æqvabiliter exhibeant, credibile eſt reliqvum in venis ſimilem haberi, illum tamen detrahendum fuiſſe, qvod multitudine peccaret, qvæ una corpus gravat, ſenſus offendit, & in putredinem, aut in graviorum malorum pericula conjicit. Si vitioſus & impurus ſanguis conſpicitur, multò etiam utilior eductus eſt, ut qvi & copiâ, & qvalitate moleſtus, corpori negotium faceſſeret: ſed & poſthac diligentius vacuari corpus debet, aut pharmaco, aut Venæſectione. Si qvi prius manavit ſyncerus, qvi autem poſterius, pravus exiſtit, multi hujusmodi reſident in corpore, proba victus ratione, idoneisqve vacuationibus exterminandi. At ſi hoc ex phlegmone accidit, bona noſſe ſolet, nempe judicium completæ & integræ vacuationis, qvæ morbi materiam ex affecta ſede extirpavit. Si poſtrema pelvis purior eſt primis, conſummata eſt vacuatio, qvæ ſanguinem vitioſum omnem detraxit, dum utilis ac bonus dimanaret. Sanguis in tepeſcentem aqvam effuſus, divulſis ſecretisqve ſubſtantiis multa profert. Serum aqvæ omninò confunditur, ut internoſci neqveat: illi etiam permiſcetur tenuior ſanguinis portio, ex cujus colore liceat de humoris natura & ſpecie qvodammodo judicium facere. Craſſior ſanguinis portio & fibroſa ſubſidet in imò: qvæ pura & ſecundum naturam eſſe judicabitur, ſi lucida,

Digitized by Google

da, tenuis, ſubalbida & cohærens fuerit. At craſſior craſſum etiam ſanguinem in eſſe, obſcura & nigra aliove infecta colore ſanguine, vitioſorum humorũ fecibꝰ inqvirari commonſtrat, qvos ipſa coloris ſubſtantia diſcernit. Si parum illa cohæret, diſtractaqve facilè dilaceratur, ſummæ putredinis eſt argumentum.

Aliud & brevius de emiſſo ſanguine judicium.

Aliud de emiſſo ſanguine judicium.

Sanguis emiſſus apparens pellucidus, colore purpureo cum pauca aqva ſupernatante integram valetudinem indicat.

Sanguis ejusdem coloris cum veſiculis & ſpuma Plethoram.

Sanguis colore purpureo cum circulo nigro, dolores Capitum.

Sanguis obſcurus & niger cum aqva multa, Febres.

Sanguis ejusdem coloris cum rubro circulo, Arthritidem.

Sanguis tenuis & albidus, Phlegmatis prædominationem.

Sanguis albidus cum ſpuma, Pituitam cum multis catarrhis.

Sanguis colore cæruleo, affectus, Spleneticos.

Sanguis colore viridi, Choleræ abundantiam.

Sanguis colore croceo affectus, Epaticos & Oppilationem veſiculæ fellis.

Sanguis cum multa aqva, Hydropiſin.

Sanguis craſſior cohærens craſſum ſanguinem cum alvi adſtrictione & Melancholiã denotat.

TEMPORA PHLEBOTOMIÆ, ET VENTOSIS APTA, EX ASTRONOMORUM LIBRIS COLLECTA.

PRò hujus utilitatis uſu, primum neceſſe eſt, ut aſpectus, ſigna idonea, ipſa hominis complexio, ætasqve conſiderentur. Nam Luna, ab impedimentis libera, Jovi Veneri Mercurioqve conjuncta, aut ſextili, trino, qvarto, oppoſitione radio configurata in ſigno idoneo optimum habetur in ſanguinis emiſſione. Signa autem ſanguineis congrua ſunt ea, qvibus terreſtris natura eſt, ut Taurus, Virgo & Capricornus; Phlegmatis verò ignea, ut

Aries

Aries & Sagittarius exceptis partibus triæ combuſtæ, qvæ tranſit per 8 uſqve 13 gradum Sagittarii. Cholericis ea, qvibus aqvea natura eſt, ut Cancer & piſces. Melancholicis ſigna aërea, ut Libra & Aqvarius. Gemini autem Leo & Scorpius ſigna non idonea reputantur ab Aſtrologis. Qvod verò haſtenus de Venæ-ſectione dictum & ad ventoſas pari modo referendum. Nam nihil inter hæc diſcriminis faciendum, niſi qvæ ventoſæ poſt oppoſitionem, Venæ-ſectio verò ante eam rectius, commodiusq́; locum habet. Præterea & hora diligentiſſimè obſervanda, ita, ut aſcendens ſit ex ſignis idoneis, Dominusq́; aſcendentis & Luna non ſint in qvadra, aut in octava, neqve ullum cum domino octavæ domus adſpectum habeant. Sint & maleficæ ab angulis remotæ. Septima autem præcipuè & ejus dominus non impediantur alioqvin in phlebotomatorem facilè cadit error. Super omnia autem cavendum, ne in eo membro Venæ-ſectio fiat, cum Luna id ſignũ tenuerit, qvod membro illi dominatur ex Ptholomæi ſententia in verb. 20. colloqvii ſui. Addunt alii ea qvoqve membra à phlebotomo tangenda non eſſe, qvæ vel à ſigno aſcendente, vel domini aſcendentis ſigno reſpiciunt. Addo ad hæc, qvod obſervatione digum eſt, Lunam qvatuor habere qvadras, qvarum prima à conjunctione in qvartam primam, juvenili ætati ſanguinis miſſioni prodeſt. Secunda juvenili & virili: Tertia virili & Senili: Ultima ſenili tantum idonea. Illis deinde omnibus locus eſt, cum neceſſitas aliud non poſtulat; ſæpè enim pro morborum aut corporum qvalitate, nihil horum animadvertere debet Medicus. Poterit tamen ſapiens Medicus, ſi dies ipſa apta non fuerit, horam ſaltem convenientem ex jam dictis eligere. Si autem tibi nota fuerit nativitas, ante omnia caveas, ne aſcendens inimicum radici nativitatis accipias, ſicut illud, qvod fuit in duodecima, octava, vel ſexta, aut in qvo fuerunt infortunæ, aut radii inimicitiæ earum. Vide Ephemerides Johannis Schöneri, & aliorum Aſtrologorum.

QVÆ

QVÆ ANTE VENÆ-SECTIONEM SIT NECESSARIA PRÆPARATIO.

Prima Vena.

AD Venæ - ſectionem maxima potiſſimaqve præparatio eſt partium, qvæ in prima regione corporis ſunt, puritas & expurgatio, ut nihil inſit in illis vitii, qvod opus impediat, aut certè remoretur. Vitia ea ſunt Ventriculi, primarumqve Venarum earum ſcilicet, qvæ juxta Jecur & Meſenterium ſunt, cruditas, noxiorum humorum colluvies, alvus fæcibus adſtricta, os ventriculi impensè ſentiens, vel imbecillum. Hæc certè non excludunt, & prohibent, ſed duntaxat retardant Venæ-ſectionem, donec arte ſint ſublata. Si enim cùm ventriculus cibi copiâ tumet, qvem nondum confecerit, ſanguinem mittas, neceſſariò plurimum crudi ſucci in ſanguinis locum ſuccedet, qvem Venæ exinanitæ indigentesqve rapient. Eadem ex cauſa, ſi adſtricta alvo Venam aperueris, jecur exhauſtæqve Venæ ſordidum qviddam & impurum è fæcibus exugent. Qva ratione Galenus, vel in continente febre, qvæ omnium maximè accelerato hoc præſidio gaudet, qvum ciborum cruditas eſt, tantum moræ in ſecanda Vena interponit, qvantum ſatisfacere tum ad eorum concoctionem, tum ut excrementa deſcendant, videbitur. Hæc ſponte niſi ſuccedant, clyſtere vel balano prolicienda ſunt, aut prunis caſſiavè alvus emollienda. Si corruptus noxiusqve humor in ventriculo, aut in vicinis illi partibus exuperat, multo magis differenda eſt Venæ-ſectio, donec ſit expurgatus, qvòd ſcilicet is humor multo majore detrimento, qvam cruditas rapiatur in Venas, hasqve impuritate multa polluit. Præſtat igitur, ut anteqvam Vena reſignetur, vitioſus humor deturbetur. Qvibus eximius eſt oris ventriculi ſenſus, iis ante Venæ-ſectionem conſulendum eſt, osqve ventriculi muniendum iis, qvæ corroborant, qvæ humorum morſum retundunt & qvæ humoris influxum arcent, ut eſt mali cotonei vel punici ſuccus & id genus alia. Atqve hæc qvidem

præparatio omni Venæ-ſectioni præmittenda eſt, qvum morbi clementia concedit. At nonnunqvam morbus tam immanis & & importunus eſt, ut nulla præparatione præmiſſa, multaqve interpoſita mora ad Venæ-ſectionem feſtinandum ſit: Velut in bono habitu Athletico, â qvo præſens aut ſuffocationis, aut ruptionis vaſorum periculum impendet: in vehementiſſimis phlegmonibus, in ardentiſſimis febribus, in caſu ex alto, aut in gravi colliſione. Sæpè etiam cum craſſior eſt ſanguis, ut ferè ſpes nulla ſit, eum facilè per Venæ-ſectionem poſſe educi, extenuantibus illum medicamentis tribus vel qvatuor ante Venæ-ſectionem diebus utendum erit, ut eſt mulſa, cui aliqvid hyſſopi, nepetæ, origani, aut pulegii incoctū eſt.

In balneo qvando venæ ſecandæ.

Interdum & balnea neceſſaria ſunt, veluti cum venæ procul â viſcere diſtantes, in cruribus nimirum, aut ſumma manu, ſecantur, & in iis, qvi craſſiorem in venis ſanguinem obtinent. Siqvidem balnei calore ſanguis liqvatur & attenuatur, adeoqve, aut effluat magis, idoneus redditur. In corpore tamen plethorico & in phlegmone ſuſpecta balneorum uſus, tanqvam nocentiſſimus, fugiendus: Proderit etiam hoc nomine ut ſcilicet corpus incaleſcat, deambulatione uti.

QVANTUM SANGUINIS DETRAHENDUM.

Qvantum ſangvinis detrahendum.

EManantis autem ſanguinis qvantitas æſtimanda eſt, ut is demum opportunè ſiſtatur. Æſtimatio autem ex morbi magnitudine, neceſſitate & ex viribus maximè ſumitur, ut qvantum morbus exigat, & qvoad vires tolerent, educatur, adeò ut qvocunqve tempore diſſolvuntur, etiam ſi reſtant ſupervacua, â vacuatione nihilominus deſiſtendum ceſſandumqve eſt.

Tribus notis qvando ſanguinis effluxus ſit cohibendus cognoſcitur.

Tribus autem maximè notis, qvô tempore ſanguinis fluxus cohibendus, cognoſcimus, mutatione ſcilicet ſanguinis, labeſcente effluxionis impetu ac robore, & pulſus commutatione. Mutatio

Digitized by Google

Mutatio ſanguinis.

tio verò ſanguinis & in colore, & in conſiſtentia tum potiſſimum expectanda eſt, qvum vehementer dolor, aut ingens phlegmone eſt in locis Venæ-ſectæ finitimis, *ut lib. 2. Victus acutor. Aph. 10.* exemplo pleuritidis commonſtrat *Hippocrates*. Siqvidem ſanguis, qvi juxta phlegmonem hæret, alius eſt ab eo, qvi in cæteris corporis partibus, qvæ ſecundumnatruam ſe habent, continetur, ut qvi à vehementi & præter naturam phlegmones calore ſupra modum eſt calefactus. Qvapropter ſi ſanguis, qvi in totum ſpargitur corpus, antea pituitoſior ac crudior erat, rubicundior & magis flavùs evadet, qvi in ea, qvæ phlegmone obſidetur, parte continetur. Qvod ſi verò in univerſum corpus diffuſus ſanguis rubicundus fuerit, haud dubiè qvi ad phlegmonem eſt, aduſtus aſſatusqve in nigrum permutabitur. Coloris itaqve mutatio index eſt, ſanguinem ex phlegmone obſeſſa ſede, in qva is eſt à reliqvo diſpar, avelli.

Coloris ſanguinis mutationem non ſemper eſſe expectandam.

Etſi autem coloris mutatio modum, & menſuram vacuationis indicat, tamen non ſemper expectanda eſt, ſed interdum, anteqvam apparet, à ſanguinis detractione erit deſiſtendum, idqve duabus de cauſis. Una, qvod virtus ſit imbecilla, nec tantam vacuationem, qvàm coloris ſanguinis mutatio ſeqvitur, ferre qveat. Altera, qvia phlegmone maligna eſt, nec qvicqvam de ſanguine concedit, qvod vehementer impactus humor ſit. Hæc itaqve cogunt intempeſtivè ceſſare, aut potius iterum qvod reliqvum eſt detrahere, aliàs qvidem eodem die, alias ut dictum eſt poſtero. Pari modo ad labaſcens fluxionis impetus ac robur, ſangvinem eſſe cohibendum monent. Si enim ſanguis minori impetu, qvàm antea, effluat, vires jam defecturas præmonſtrat, maximè ſi accedat pallens faciei color, & oculorum caligo. Omnium tamen certiſſima & minimè fallax eſt, pulſus mutatio. Si enim ex crebro rarus evadat, aut ex magno parvus, ex vehementi debilis & obſcurus, ex æqvali inæqvalis vires collapſuras præſagit. Hæc igitur tria ſi ex vacuationis ſanguinis qvantitate incidant, protinꝰ intermittendum ne imbecillitas progreſſa, vel mortem inferat, vel jacturam, qvæ nullo pacto reſarciri poſſit.

Labaſcens ſanguinis impetus.

Pulſus mutatio.

QVANDO AD ANIMI DEFECTIONEM USQVE SANGUIS MITTENDUS.

Qvando ad animi defectionẽ usq; ſanguis mittẽdus.

SI morbus dum vires ſibi adhuc conſtant, ingruat, & ſanguis vaſa immoderatiore copia, ut in bono athletarum habitu, aut continentibus febribus accidit, diſtendit, uberior certè ſanguinis miſſio, qvæ affectus magnitudini usqveqvaqve reſpondet, eumqve lenire poteſt, reqviritur. Imo in eo qvicqvid præponderat, & mediocritatis limites transſcendit ſummopere majorum & præſtantiſſimorum Medicorum inſtitutis conceditur, expeditqve, Hippocrate & Galeno primariis Medicis teſtibus, usqve ad animi dejectionem ducere, ſi æger tolerare poſſit. Et *Galenus* qvidem *ſectio. 1 aphoriſm. 23* commen. multisq; aliis locis firmiſſimè aſſeverat, in ardentiſſimis febribus, in maximis phlegmonibus & in vehementiſſimis doloribus experientia ſe didiciſſe maximo ægrorum commodo hujuscemodi vacuationem conferre, modo vires ſint validæ. In ardentiſſimis utiqve febribus, qvod earundem fervor ſtatim extinguatur, habitusqve corporis refrigeretur, plurimis etiam alvus citetur, aut ſudores emanent, conducit.

In ardentiſſimis febribus qvare ad animi defectionem mittẽdus ſanguis.

In maximis phlegmonibus.

In maximis phlegmonibus, qvod hoc præſidio ferventis ſanguinis copia educatur, & obſeſſa phlegmone pars refrigeretur, atqve ne in aliqvam partem principem ferventis ſanguinis multitudo ingruat, prohibeatur. In vehementiſſimis doloribus, qvod ſanguinis affluxum ad partem, qvam dolor vexat, inhibeat.

In vehementiſſimis doloribus.

Cum enim dolor omnis attrahat, & fluxiones commovet, neceſſe eſt, ut è vena, qvæ ſocietatem cum dolente parte obtinet, ſanguinem mittamus, ne ſcilicet in hanc ſupervacuus ſanguis decumbat, & in ea phlegmonem excitet. Sæpe etiam excretoria facultas cauſam, qvæ dolorem excitat, ejicere dum properat, phlegmonem in particula excitat. Cum enim primis ſuis conatibus nihil profecit, vehementius aggreſſa, *Galeno* etiam *libro 13 Ther. method. cap. 3.* teſte, qvod infeſtat expellere, ſanguinis aliqvid

Gal. lib. 13. Ther. meth. cap. 3.

qvid ex ſuperpoſitis partibus afflictam ſimul exprimit. Atqve hinc fit, qvod ex dolore particula, proportione confluentis in eum humoris, in tumorem attollitur.

Objectio diluitur.

Atqvi hic nobis forte qvispiam alium *Galeni* locum, cum iis, qvæ diximus, ex diametro pugnantē, obtrudat, in qvo diſertè prohibet, in doloribus confertim vacuandum eſſe. Is autem eſt *in libro 1. ad Glauconem capit. 13.* ubi ita inqvit: cum vehemens vigilia, dolorqve gravis ægrum infeſtat ſubitas & multas vacuationes vitare oportet. Sed ſi rectè commemorati jam loci expendantur, & diligenter, qvid utrobiqve doloris nomine intelligatur, conſideretur, nihil pugnare videbuntur. Siqvidem ubi in vehementiſſimis doloribus ad animi defectionem usqve vacuandum eſſe hortatur *Galenus*, illic certè dolor pro affectu dolorifico, aut in qvo dolor excitatur, accipitur. Qvo ſane modo ſæpè ab *Hippocrate, Galeno ſectio ſecundo aphor. commen. 6.* atteſtante uſurpatur. Ubi verò cavendas eſſe ſubitas ac multas vacuationes in doloribus jubet, hic qvidem dolor pro ſymptomate, non pro affectu dolorifico ſumitur. Loqvitur autem eo loco potiſſimum de dolore, qvi febris ſymptoma. Nam illic *Galenus ex* profeſſo de continuarum febrium, qvæ cum ſymptomatis conſiſtunt, curationibus agit. Vera eſſe, qvæ dicimus confirmant ea, qvæ ibidem ſcribit Galenus, cum rationem reddit, cur non affatim confertimqve vacuandum ſit, inqviens: ſed & aliqvid ſymptomati relinqvendum eſt. His enim verbis non univerſam copiam noxiorum humorum vacuandum eſſe, ſed aliqvid dolori, qvi vires mirificè dejicere ſolet, relinqvendum eſſe innuit. Parcius itaqve dum vacuandum, ne dolor in febribus excitatus vires omnino proſternat.

Ad animi defectionem usqve vacuandum eſſe, qvomodo intelligendum.

Cæterum veteres qvando dicunt ad animi usqve defectionem mittendum eſſe ſanguinem vacuandúvè, non, ut nonnulli exiſtimant, defectionem excludunt, ſed volunt, ut hæc ipſa uberiorem vacuationem conſeqvatur, qvemadmodum fuſius in *Hippocratis aphoriſmo tertio primæ ſectionis* monſtratur. Hanc enim defefectionem in malis enumeratis tanqvam legitimum vacuationis modum ſtatuunt. Verum non ſimpliciter; nec ſine judicio ſanguinem

Digitized by Google

guinem usqve ad Lipothymiam animivè defectionem mittere permittunt, ſed cum jam vires præ vacuatione maniſeſtè in graveſcunt, & initium patiuntur defectionis animi, atqve lipothymiæ, cohibendum eſſe, neqve unqvam vacuationes ad extremum, & usqve ad ſyncopen deducendus jubent.

Syncope qvid. Syncope enim omnium virium præceps, lapſus eſt, adeò, ut qvi illa opprimuntur, nec audiant, nec videant, nec ſentiant nec moveantur, & , ut uno verbo expediam, omnes functiones qvaſi interceptus habent.

Lipothymia qvid. Lipothymia autem mitior eſt, utpote in qva etiam num ægrotus loqvitur, audit, videt, agnoſcitqve præſentes : Nam in ea ſpirituum influentium tantum exolutio fit, remanentibus viribus principibus partibus inſitis ac congenitis. Hinc alio nomine Græcis ἔκλυσις, id eſt, exolutio, dicitur.

Etſi igitur lipothymiâ ſive animi de liqvio ſpiritus jam dicti exolvuntur, & vires aliqvo modo diſpereunt, attamen ex inſitis atqve congenitis aliæ denuò ſuſcitantur, è qvibus facilè æger recreari, ac priſtinas vires recuperari poteſt, ſi itaqve vires illæ, qvæ principibus partibus inſitæ ſunt, languent, ægerqve hoc nomine imbecillis eſt, tum neqvaqvam animi deliqvium vacuandum erit, etiamſi hoc morbus reqvirit, qvod ſcilicet ſi illud obrepſerit, inſtauratio nulla fiat, ſed hoc mox ſyncope, & eam ipſam mors ſeqvatur.

Tentandum igitur eſt, exuperantem humorem educere qvoad vires tolerant, ut infra latius dicetur. Qvoniam igitur ſyncope mortis imago eſt, qvæ aſſidentes perterret, & ægrum in maximum vitæ diſcrimen adducit, in eam nunqvam medicus vacuatione ægrotum præcipitet, modo exiſtimationem ſuam inviolatam tueri, neqve in ullas obtrectatorum reprehenſiones incurrere velit. Conducibilius itaqve eſt ægrum diutius torqveri, qvam una cum morbo vi eam omnem profundere.

Qvando partienda & iteranda vena-ſectio. Nec rectè morbum demit, qvi cum illo ægrum de medio tollit. Atqvi dices qvid igitur faciendũ ſi cum virium imbecillitate magna redundabit humorum copia, cujus ratione ut morbum depellamus, multa certè vacuatio neceſſaria erit? Tum enim ſemel & uni-

& universè facta vacuatio circa maximum periculum adhiberi non poteſt, utpote qvam vires tolerare neqveunt. Reſpondeo: Si per virium imbecillitatem neqvit univerſa vacuatio compleri, cum præſtantior virium, qvam morbi ſit obſervatio, partitione utendum, idqve ſummo judicio, ſummaqve prudentia adhibitis.

Partitio autem ſit ex modicis intervallis, atqve diſſoluto vinclo, vel digito vulneri indito intermittatur tantiſper, dum cibis boni ſucci, & morbo minimè adverſis vires reficiantur. Interdum autem hora una, interdum plures ad virium inſtaurationem neceſſariæ ſunt. Optimum verò non ultra diem prorogare: ac bis ſanguinem, ſi vires ferunt, eodem die mittere, præſertim in univerſalibus, hoc eſt, totius corporis morbis, qvi certè nullam cunctationem ferunt, ſiqvidem properandum priusqvam putredo, aut alia invaleſcant mala, qvantum expedit, educere.

In partium autem morbis præſertim earundem phlegmonibus, partitas vacuationes longiore intervallo ſejungi oportet. Nam cùm harum materia è vaſis in partium molem confluxerit, utile repetitam ſectionem in poſterum, qvandoqve in perendinum differre, ut hoc temporis ſpatio, corrupti humores ex ægra ſede in exhauſtas remigrent venas, qvos, exinde repetita ſectio promptius eripiet. Nec humores illi, qvos pars laborans ſenſim uno alterovè die eo depoſuit, propterea qvòd corrupti ſunt, illic relinqvi debent, etiamſi dolores conqvieverunt; Venenatam autem materiam, ut in peſtilenti bubone, vel carbunculo evenit, non in poſterum diem relinqves, ſed eo ipſo die feſtinanter, plenitudine totius corporis præſente, iterata vacuatione demoliaris, ne peſtilens & venenatum contagia diutius in venis hæreat.

Venenata materia ſtatim evacuanda.

DE

Digitized by Google

DE FISSURÆ QVANTITATE IN VENA SECTA.

ANTe omnia notandum, fiſſuram mediocriter amplam eſſe debere: qvo nimirum craſſior ſanguis & fumi liberius exeant: juxta notum verſum:

Fac plagam largam mediocriter, ut cito fumus
Exeat uberius liberiusqve cruor.

Fiſſurâ enim ſtrictâ exiſtente, tenuior ſanguis duntaxat effluit, craſſo intus remanente, ubi hoc qvoqve ſciendum, qvod in Venæſectione aliqvando amplum nonnunqvam verò arctum infligere vulnus oporteat: & amplum qvidem tribus maxime de cauſis.

Primò cum humores ſunt craſſi & craſſior ſanguis educendus eſt: ut facilius exire qveat. Hinc Melancholicis etiam amplum infligendum eſt.

Secundo, ob temporis ac regionis frigiditatem: per eam enim humores craſſeſcunt: qvare per hyemem neceſſitate jubente, amplo potius utendum eſt vulnere.

Tertiò ob rebundantiam humorum; qvi melius certè amplo, qvàm arcto, evacuantur vulnere. Contra autem arctum vulnus magis convenit, cùm virtus imbecilla eſt: ne ſcilicet ſpiritus im modicè excernantur, & calor innatus extra modum debilitetur. Eadem habenda eſt ratio in calido tempore, & cum ſanguis ſubtilis & tenuis evacuatur.

AN IN PESTE LICEAT SECARE VENAM?

An in Peſte liceat ſecare venam.

HAnc qvæſtionem ita tractat D: *Matthias Unzerus in libro de Peſtis cura pag. 211.* Ardua, inqvit, tum inter veteres, tum inter Neotericos Medicos, hactenus agitatæ fuit Qvæſtio. An ſcilicet procuratione Febris peſtilentialis neceſſarium ſit ſanguinem mittere;

mittere, nec ne? Utinam autem hîc, pergit ille, tam concors omnium Medicorum eſſet ſententia, qvàm longè diſcors, & diametraliter qvaſi inter ſe pugnans, eadem repetitur, ſanè publicæ optimè ſaluti videretur conſultum, & procul dubio non exiguus numerus eorum, adhuc ſuperſtes eſſet, qvos damnanda, ſummeqve deteſtanda hæc diſcordia nefariè ivit perditum. Verùm digladientur, pugnent ac contendant invicem Medici, qvousqve & qvandiu libuerit, nos interim noſtras res agentes, propriæqve conſcientiæ rationem habentes, qvid nobis de propoſita hac qvæſtione videatur breviter & μονοσυλλαβικῶς qvaſi aperiemus.

Rationes ob qvas improbamus Venæſectionem in peſte.

Sentimus itaqve pro peſtis ab externis cauſis productæ curatione, Venæ-ſectionem, præſertim in corporibus minus plethoricis, minusqve phlebotomiæ aſſuetis, itemqve debilibus, ac per horas 7. 8. vel 10. & plures, veneno jam obſeſſis, inſtitutam non ſolum eſſe ſupervacaneam, verùm etiam cum ingenti ac præſenti vitæ periculo conjunctam, idqve ob has rationes.

1 Qvod venenum peſtilens non niſi ſpecificis Alexipharmacis poſſit debeatqve expugnari ac ejici. At nemo niſi bardis ac aſinis ſtupidior, aſſeret, phlebotomiæ aliqvid Alexipharmaci ineſſe, cum illud tantum rationem antidoti obtineat, qvod peculiari & occultâ proprietate, ſeu (ut vocant) totâ ſubſtantia venenis reſiſtit & ſpiritus ac cor vegetet & roboret, id qvod de Venæ-ſectione nullatenus dici poteſt.

2. Qvod cæterorum venenorum omnium curatio minimè per phlebotomiam perficiatur, qvod aliàs maximè fieri deberet, ſi huic ſingularis ineſſet virtus, venenum intus latitans, per apertam venam extrahendi, ſeu extra corpus propellendi, qvod tamen nunqvam ab ullo Medicorum obſervatum fuit.

3. Qvod difficile immo tantum non impoſſibile ſit, peſtis venenum, cui ſummè ſpirituale, circa cor potiſſimum ſtabilans, ac ſuccis qvoqve excrementitiis præternaturalibus, primæ corporis regioni impactis, tenaciter inhærens, foràs evocari, ac pertuſam venam educi.

4 Qvod ejusmodi Venæ-ſectione, ſanguine ſæpè bono ac laudabili profuſo, plurimisqve ſpiritibus vitalibus ſimul exhau-

ſtis & diſſipatis vires ægrotantis ſummoperè debilitentur, adeo ut poſtmodum illæ tam gravi morbo perferendo, ſuperandoqve pares eſſe neqveant.

5 5. Qvod ſæpè ſpontanei & ſalutares naturæ motus, venenum peſtiferum inſpiratum, vel per ſudorem, vel per puſtulas externas vel vomitum, aut alias vias excutere nitentes, tali Venæ inciſione impediantur ac diſturbentur cum patientis maximo vitæ periculo.

6 6. Qvod hac ratione omnibus pueris, ſenibus, gravidis, peſte infectis, certa mors eſſet expectanda, cum nemò in his ob ætatis viriumqve imbecillitatem, phlebotomiam inſtituturus aut imperaturus ſit.

7 7. Qvod per Venæ-ſectionem ſanguine, cæterisqve humoribus vehementer agitatis venenum peſtilens, antea qvaſi qvietum in corpore deliteſcens, magis irritetur & commoveatur, promptiusqve ita ad cor ipſum attrahatur, & ſpiritibus vitalibus permiſceatur.

8 8. Qvod in locum evacuati ſanguinis, protinus venenum ipſum attrahatur, inqve venas vacuas rapiatur.

9 9. Qvod neqve *Hippocrates in princ. lib. 2. de nat. hum.* neqve *Galenus lib. 1. de differ. febr. cap. propr.* Phlebotomiam inter peſtis remedia recenſeant, aut illius mentionem faciant; *Rhaſis* qvoqve præſtantiſſimus inter Arabes Medicus, eandem qvoqve alto ſilentio involvat.

10 10. Qvod bubones, carbunculi, puſtulæ peſtilentiales, per palindromen Venæ-ſectionis, ad interiora revocentur.

11 11. Qvod ipſa experientia multoties teſtatum fecerit & etiamnum faciat, pleroſqve omnes, qvibus peſte infectis, Vena ſecta fuerit, morti mancipatos fuiſſe, qvemadmodum *Paræus lib. 11. de peſte cap. 24.* teſtatur, ſe anno milleſimo qvingenteſimo ſexienteſimo qvinto, qvo toti ferè Galliæ funeſta admodum peſtis fuit, ex omnium urbium Medicis ac Chirurgis diligenter ſciſcitatum eſſe, qvid ægris ex phlebotomia ſucceſſiſſet, illos verò reſpondiſſe, ſe ſedulò obſervaſſe, omnes peſte correptos, qvibus liberaliter ſanguis detractus fuerat, deterius inde habuiſſe, tandemqve interiiſſe, reliqvos verò, qvibus ſolis alexiteriis proviſum eſſet, fere cunctos evaſiſſe. Et *Fallopius* qvo-

qve

Digitized by Google

qve obſervavit,omnes,qvibus ab anno 1524. usqve ad 1530 in peſte vena ſecta fuerat, interiiſſe, multos autem hanc omittentes ſervatos fuiſſe. Huic accedit autoritas Geſneri, qvi magnâ illâ Tiruginorum peſte annotavit funeſtum illorum exitum, qvi ſpem vitæ in Venæ-ſectione collocaverant. Qvod idem experientia qvoqve ſibi cognitum *Palmarius de Febre peſtilentiali cap. 23.* ſcriptum reliqvit. Et *P. Salius, de febr. peſtil. cap. 21* ſcribit, eos, qvi artem Medicam anno 1508. & 1529. profeſſi ſunt, uno ore aſſeruiſſe omnes, qvibus tunc in peſte vena ſecta fuerat, interiiſſe & Petrus *Foreſtus lib. 6. obſerv. 9.* refert in peſte Delphenſi anno 1557. graſſatâ, qvibus poſt horas 12 ſecta fuiſſet vena, mortuos eſſe, vel admodum paucos evaſiſſe. Item Rodericus Fonſeca de ſanitate tuenda cap. 27. ingenuè fatetur, ex multis, qvos in maligna febre curaverat, plures fuiſſe mortuos, qvibus ſanguis apertâ venâ miſſus fuerat, pauciores verò, in qvibus abſtinuerat.

Duodecimò deniqve, qvod multos inſignes ac præſtantes Medicos, nobiſcum ὁμοψύφως ſeu conſentientes hac in re habemus, ut *Heurnium lib. de peſte cap. 9. Palmarium de Peſtil. Febr. cap. 23. Raimundum à Vinario, Talechampium de peſt. Quercetanum in Alex. lib. 2. Saluſtium Salvianum lib. 1. de re Medicâ, cap. 2. Valleriolam in append. loc. commun. cap. 2. Petrum Salium lib. de Febr. peſt. 21. cap. 21. R. Minderérum, in lib. de peſt. cap. 14. Andream Chiocchum, in com. qvæſt. de Febr. malign. & morb. Epidem cap. 3. Cardanum, lib. 2. contradict. medicament. tract. 4. contrad. 4. Martinum Rulandum de Febr. Ungaric. cap. octav. qvæſtion. 43. Platerum in lib. de cur. febr. peſtilential. Johannem Baptiſtam Montanum in conſiliis 114. Andream Treviſium, de cauſis, ſignis, & cura febr. peſtilential. &c.* Qvæ loca qvilibet, qvi volet, ſua ſponte, perqvirere ac inveſtigare poſſit.

CONTRARIÆ SENTENTIÆ REFUTATIO.

Contraria ſententia refutatio.

VErum huic noſtræ ſententiæ obſtare & adverſari videntur ſeqventes rationes, qvas breviter diluemus.

1. Omnis morbus magnus poſtulat venæ-ſectionem. At Peſtis eſt morbus magnus. Ergò &c. Reſpondeo negando majorem, hydrophobia, hydrops, ſyncope, epota venena, Epilepſia, Apoplexia, Cholera, Iliaca paſſio &c. ſunt magni morbi, rarò tamen vel nunqvam phlebotomiam poſtulantes: Vel diſtinguendo, ſcilicet morbum magnũ non per ſe, ſed per accidens tantum, ratione nimirum virium roboris illi conjunctarum, indicare Venæ-ſectionem, alias ſi vires ſint proſtratæ, præſidium hocce, in omni morbo, qvanta etiam magnitudo ei adſit, inutile ac fruſtaneum ſit.

2. 2. Omnes febres putridæ reqvirunt Venæ-ſectionem teſte *Galen. lib. 11. method. cap. 15.* At peſtis eſt Febris putrida, ſua putredine reliqvas ſuperans. Ergò &c. Reſp. *Gal.* citato loco, loqvitur de illis tantum putridis, qvæ ſolum ex cacochymiâ humorum oriuntur, non verò, qvæ præſupponunt aliqvam malignitatem.

Ad minorem verò dicimus, illi putredini in peſte, conjunctam etiam eſſe venenoſitatem qvandam inſignem, qvæ Venæ-ſectione minimè tollitur, ſed ad eam contemnendam, præſidio Alexiteriorum indigemus.

3. 3. Qvod venenum peſtis è centro ad ſuperficiem evocat, & per illam educit, illud pro ſalutari auxilio habendum; At Venæſectio hoc facit. Ergo &c. Reſpondeo, major eatenus vera eſt, qvatenus ejusmodi veneni ad ſuperficiem evocatio & eductio cum ſecuritate ſit conjuncta, nec plus periculi qvam commodi ſecum adferat, idqve de Venæſectione in peſte, minimè affirmandum, ſiqvidem tantum abeſt, ut illa, venenum contagioſum, ad corporis ſuperficiem deducat, & per apertam venam evacuet, qvin potius magis ad viſcera interna & cor inprimis, idem attrahat. Et dato non tamen conceſſo,

ceſſo, aliqvod venenatorum vaporum ſimul cum ſanguine egredi, illud tamen exiguum erit, ut inde ne tantillum opis aut juvamenti æger perſenſurus, imo ob tàm pretioſum ſanguinis theſaurum corpori ademptum, ac balſamicos vitæ ſpiritus diſſipatos, vires ipſius, potius adeo proſternentur peſſundabunturqve, ut tam ſævi tyranni inſultui oppugnationiqve hoſtili, nullatenus reſiſtere valeant.

4. Qvod fomitem malignitatis ac putredinis ſanguinem nimirum in corpore ſubtrahit, aut ſaltem præpedit, qvo minus ulterius progrediatur putredo, majusqve incrementum capeſſat, illud in peſtis curatione non videtur damnandum. At phlebotomiâ poteſt hoc effici. Ergo &c. Reſpondeo ad majorem, illam concedendo; ſi potius præſervationis, qvam curationis ergô Venæ-ſectio inſtituatur in corporibus ſanguineis.

Nam in curatione aliter ſe res habet, cum enim Peſtis venenum, ſuâ malignitate extemplo cor & ſpiritus inficiat ac corrumpat, hiqve infecti celeriter qvoqve maſſam ſanguineam coinqvinent, idcirco Venæ-ſectione, ſerpentem ejusmodi infectionem ac putredinem, inhibere ac reprimere non licet, niſi mox inprimis morbi initiis, Hoc eſt, anteqvam 5. vel 7. horæ elabantur, ſanguinem educas, in corporibus præſertim admodum plethoricis, ſanguineqve abundantibus, in qvo caſu & nos phlebotomiam non improbamus, ſed potius commendamus. Verùm qvoniam rariſſimè, immò nunqvam ferè Medici, primis illis horis, qvibus facta fuit infectio, ad ægrotum vocentur, nec ipſe æger multoties, ſe ſeminarium contagii hauſiſſe, ſeqve revera infectum eſſe, ſentiat, idcirco longè tutius ac ſalubrius judicamus, à Venæ-ſectione (ſalvo tamen aliorum doctiorum judicio) in tàm ancipiti caſu abſtinere, qvàm præcipitanter eandem imperare & ſuadere.

QVANDO DUABUS EVACUATIONIBUS OPUS EST, NIMIRUM PURGATIONE ET VENÆ-SECTIONE, UTRUM HÆC VEL ILLA PRÆMITTENDA.

Qvando duabus evacuationibꝰ opus utrū hæc vel illa præmittenda

Hic exoritur qvæſtio, dum de Venæ-ſectione diſſerimus, qvando duabus evacuationibꝰ opus eſt, nimirum Venæ-ſectione & purgatione, qvænam inter has præcedere, qvæqve ſeqvi debeat. Hic præſtat qvidem Venæ-ſectionem Purgationi præmittere, qvàm Venæ-ſectioni Purgationem. Id enim ut fiat, veterum, *Hippocratis* potiſſimum, *Galeni* & aliorum Græcorum nos adhortatur authoritas, ſed & ratio ipſa.

Ratio autem, cur præcedere debeat Venæ-ſectio Purgationi, hæc eſt: Submotâ & imminutâ plenitudine, qvi redundant pravi & noxii humores, expeditius à medicamento trahuntur; Siqvidem hoc venas, arterias, inanesqve corporis regiones, inveniens repletas, nullo negotio in totum dimanat corpus, humoresqve per lata vaſorum ſpatia fuſos, & attenuatos, trahit, vacuatqve. Sim præpoſtero ordine Purgationi primæ concedantur, medicamentum purgans propter plenitudinem & vaſorum anguſtiam, in totum corpus deferri neqvit, ſed ſubſtat & nihil efficit. Nam aliqvam agitationem humorum excitat, ac propter viarum anguſtiam, aut immodicam copiam eosdem attrahere neqvit. Præſtat itaqve ſi par ineſt utriusqve remedii neceſſitas, ut à ſanguinis miſſione ordiamur. Siqvidem melior exinde exinanitis vaſis humorum attractio fiat, & natura ab eo, qvod ipſam premebat, onere levata & purgantis medicamenti vi jam excitata, qvicqvid noxium & inutile eſt, reliqvum facilius ſegregabit impellitqve, ipſumqve medicamentum, etiam ſi minimè vehemens ac debile eſt, minori negotio, qvod reſtat, trahet, & educet omniaqve ex ſententia ſuccedent.

AN

AN GRAVIDIS VENAM SECARE LICEAT?

An gravidis venam ſecare liceat.

Mulieres utero gerentes qvod attinet, eæ qvoqve non facile ferunt Venæ-ſectionem, non tàm ob vires proprias qvàm alienas, ut loqvitur *Capivaccius*, id eſt, fœtus. In gravidis enim non ſolum pro ipſius prægnantis nutritione, ſed etiam ad fœtum alendum ſanguis eſt neceſſarius; Et maximè qvidem poſtremis menſibus, in qvibus major fœtus copioſiore alimento indiget: tumqve Venæ-ſectio periculoſior habetur, ut eſt apud *Hippocr. 5. aph. 30.* Si tamen adſit morbi vehementia, aliaqve id permittant, etiam venâ ſectâ ſanguis mitti, parcius tamen, in gravidis poteſt: cum obſervatum ſit, multas gravidas à pleuritide, anginâ, aliisqve acutis morbis, ſine abortu, Venæſectione liberatas fuiſſe; præcipuè ſi ſanguis abundet. Tum enim cum adſit ſanguis copioſior, qvam pro alendo fœtu ſit neceſſarius, ex aliqva ejus detractione non lædetur fœtus. Imò ſcribit *Marcellus Donatus, de hiſtor. med. mirab. lib. 4. cap. 16.* Se noviſſe mulieres, qvæ ſecta vena ab abortu præſervabantur; cum eadem omiſſa abortum pati ob ſanguinis copiam, conſuevissent: recitatqve eo loco exempla hujus rei plura, tandemqve contrarium probare ratione conantibus illud *Philoſophi ex 8. Phyſic. cap. 4.* objicit: Qværere rationem, ubi ſenſus fidem faciat, eſſe qvandam intellectus infirmitatem monſtrare. Et ſi qvis omnino *Aphoriſmum illum Hippocr. 30. ſect. 5.* urgeat, is illum de largiore illâ antiqvis uſitata ſanguinis miſſione intelligendum ſciat, qvam nec nos in gravidis probamus, neqve etiam ſuademus, ut in gravida ſanguine omnino pauco prædita vena aperiatur: ſicut & illud obſervari volumus, ut non venæ partium inferiorum, ſed in brachio potius; & ex eæ qvidem, qva minorem cum utero conſenſum habent, aperiantur.

AN IN FEBRIBUS MALIGNIS, APPARENTIBUS JAM EXANTHEMATIBUS, VENAM SECARE LICEAT.

An in febribus malignis, jam apparentibus exanthematibus Vena ſecanda.

QVæſtio hic occurrit: *An in febribus malignis jam apparentibus exanthematibus vena ſit ſecanda?* In febribus malignis utiliter ſæpius Vena aperta ſanguinem mitti poſſe, hic extra controverſiam ponimus: Sed de eo ſaltem qværimus, An apparentibus jam illis maculis, qvas vulgò petechias, & febres inde petechiales nominant, ſanguinem mittere liceat. De hac enim re alii aliter ſentiunt. Qvi omittendam, apparentibus jam exanthematibus, Venæ-ſectionem exiſtimant, eo pleriqve moventur; qvod metuant, ne Venæ-ſectione motus ille naturæ, qvo humores maligni ad ambitum corporis ejiciuntur, interturbetur, & natura in actione ſua impediatur; qvod ſummoperè cavendum eſt, omninoqve danda opera, ut maligni humores ad externa, & longiſſimè à corde diſſita amandentur.

Alii contra in ea ſunt ſententia. Si alia indicantia VSctionis adſint, petechias tantifaciendas non eſſe, ut illarum ratione omittatur Venæ ſectio, neqve ex Venæ-ſectione rectè adminiſtratur ullum oriri poſſe periculum. Qvam ſententiam cum verò conſentaneam eſſe credamus, clarius explicandam cenſemus, & qvomodo accipienda ſit, monſtrabimus. Hoc verum eſt & certum; motus naturæ, ſi rectè ſe ſe habeant, non eſſe turbandos, & naturæ, ſi rectè agat, totum negotium eſſe permittendum, & meritò *Hippocrates*, 1. *aph.* 20. jubet, τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα ἀρτίως, μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐᾶν: & proinde ſi criticus talis ſit motus, extra omnem controverſiam eſt, nullo modo turbandum eſſe. Verùm cùm non rarò inter initia mox talia exanthemata appareant, qvid faciendum ſit, diligentius perpendendum, & an naturæ opus ſint, conſiderandum. Nam cum tutius ſemper ſit, naturæ motus finem exſpectare potius,

Digitized by Google

potius, qvàm eam temere turbare: ſi à natura excretionem moliente tale qvid inſtituatur, & ſymptomata, apparentibus jam maculis, nonnihil remitti videantur: conſultius videtur nonnullis, Naturæ negotium committere, & qvamdiu maculas protrudit; qvieſcere, & poſtea, ſi ab opere deſiſtat nec qvantum par eſt, agat, id, qvod neceſſarium eſt, exſeqvi. Verum cùm plerumqve maculæ illæ ab inſigni ſolum ſanſanguinis ebullitione, & humorum malignorum ac putreſcentium fervore fiant, nihilqve ægrū juvent: Ipſarum gratia neceſſaria præſidia omittenda non ſunt, & proinde Venæ-ſectio ſi indicetur, & vires ferant non prætereunda. Neqve eſt timendum, ne materia Venæ-ſectione ad interiora revocetur. Etenim ſi pars ſanguinis abundans detrahatur: Non ita exinaniuntur venæ, ut ex aliis partibus, eo qvaſi deſtitutæ, atttrahere neceſſe habeant, ſed ſaltem ad naturalem ſtatum reducitur ſanguinis. Imò natura oneris, qvo gravabatur ac opprimebatur, parte levatâ, reliqvum, qvod moleſtum eſt, facilius vincet & expellet.

AN MULIERI PLEURITIDE LABORANTI SUB FLUXUM MENSIUM VENA APERIENDA SIT?

An mulieri pleuritide laboranti ſub fluxum menſium Vena aperienda.

Cùm aliqvando accidere poſſit, ut mulier pleuritide corripiatur, atqve eo ipſo tempore, qvo commodiſſimè in morbo hoc Venæ-ſectio inſtitui deberet, etiam menſes fluere incipiant, vel fluxus eorum inſtet: qværitur an Venæ ſectio inſtituenda, an prætermittenda ſit. Nam morbum hunc graviſſimum reqvirere Venæ-ſectionem extra dubium eſt. Imò ſi omittatur, metus eſt, ne ægra in præſens vitæ diſcrimen conjiciatur. Contra eam non admittere videtur menſium fluxus. Etenim cum per hanc evacuationem non ſolum conſueto more ſuper fluxum ſanguinem expurget, ſed ſæpe hoc modo è gravioribus morbis fœminas vindicare natura ſoleat: & hic *Hippocratis, aphoriſ. 20. ſect. 1.* locum

Digitized by Google

locum habere videtur. Ex hac difficultate ut nos expediamus, diſtinctione opus eſt. Nam ſi non mox inſtet menſium tempus: ſanguis è brachii venis detrahendus, ut morbus poſtulat; dandaqve eſt opera, ut id, qvod opus eſt, ocyus exſeqvamur, anteqvam menſes fluere incipiant, ne poſt fluentibus menſibus neceſſarium auxilium differre opus habeamus, aut minus commodè adhibere poſſimus. Si verò paulò poſt menſes ſperantur, in cruribus aperienda eſt vena, ut naturà qvaſi irritetur ad ſanguinem per loca conſueta evacuandum, atqve hoc modo ſanguine evacuato humores à loco affecto revellantur. Cui tamen ſpei ſi non ſatis fiat, qvod maxime urget, ut mox dicetur, exeqvi decet. Qvod ſi menſes jam fluant, naturæ impetus per aliqvas horas conſiderandus eſt, & videndum an ſufficiant, aut ſuffecturæ ſint, menſium evacuationes ad id qvoqve evacuandum, qvod morbi natura exigit. Si enim ſufficere videantur, & hic cum *Hippocr.* conſultum videtur. Si autem non ſufficiat, aut etiam non ſuffectura videatur ſanguinis per menſes evacuatio: venis in cruribus apertis; juvanda eſt illa evacuatio tantum, qvantum opus eſt ſanguinis evacuetur. Si tamen morbus ſit vehemens, & valde acutus, majorqve corporis plenitudo, ut hoc qvoqve modo morbo illi ſatisfieri non poſſit: poſt venas in cruribus apertas, poſtea vel etiam eodem die in brachio venæ aperiantur, ligenturqve interim, dum ſanguis fluit crura. Magis enim hic urget pleuritis, morbus periculoſiſſimus, qvam menſes; & vitæ major qvàm menſium habenda ratio eſt. Nam ſi qvis per dies aliqvot, donec menſium fluxus ſiſtatur, differat Venæ-ſectionem: malum interea vires ſumere, atqve hominem in vitæ diſcrimen adducere poteſt.

APHO-

Digitized by Google

APHORISMI HIPPOCRANIS DE VE-NE-SECTIONE.

Repletio. QVicunqve morbi ex repletione fiunt, curat evacuatio. *Narium fluxus.* Venæ-ſectio ſolvit, qvæ larga, violenta, multa ex naribus fluxerit.

Obmuteſcens. Si repentè qvis obmutuerit, huic dextri brachii venam ſecare oportet. *Mulier.* Venâ ſectâ mulier uterum gerens, abortit: & magis, ſi major fuerit fœtus.

Acuti morbi. In acutis affectibus venam ſecabis, ſi vehemens appareat morbus, & infirmus ætate floreat viribusqve abundet. *Aurium Vena.* Venæ ſecundum aures inciſæ infœcundos reddunt. Venæ-ſectio, propter ſanguinis collectionem & repentinam mutationem, qvàm longiſſimè à locis dolentibus fiat. *Locus.* Venarum ad inguina, femora, tibias & malleolos infra ſectio, faciunt hominem fœcundum.

Tempus. Homini Venæ-ſectio perutilis eſt: & tempus, qvo ipſa utendum, à Februario incipit: & rurſus à Septembre principium ſumendo, ad ſeptimum ejusdem perdurat.

GALENI APHORISMI.

Scopi. SAnguinis mittendi ſcopi tres, in unam ſummam redacti: morbi vehementia, æger ætate florens, facultatis robur.

Ætas. Sanguinis detractionem, neq; puer neqve ſenex ſuſtinet.

Qui. Sanguinis detractione non egent, qvi inſitam naturalemqve habent vacuationem.

Sanguinis detractione, multi ſunt, ex longis morbis, qvi indigent, cum & hi prædictis tribus ſcopis ſubjaceant.

Quando. Venam ſecamus; ubi etiam non adeſt plenitudo: cum dolor vehemens hominem prehenderit, vel pars aliqva fracta fuerit, vel os ex loco pulſum fuerit, vel alius qviſpiam articulus contractus & reductus ſit.

Sanguinis miſſio, ſemper valentes vires poſtulat: qvo modo vacuationis ejus reſpondeant.

Venam ſæpius incidere in anno, non expedit.

Digitized by Google

Ubi. Secantibus venam, qvàm longiſſimè recedendum ab arteriis.

Viſus Febru. Sanguinis detractio, & frigidæ potio, maxima remedia ſunt continentium febrium.

In obſtructionibus curandis ante omnia ſecare oportet venam, etiamſi plenitudo non adſit.

Qvando. Qvovis tempore & horâ mittere ſanguinem, neceſſitas concedit & jubet.

Qvantitas. Sanguinis miſſio ad animi deliqvium, ſi vires robuſtæ ſint, maximum remedium continuæ febris.

Diæta. Duabus horis à miſſo ſanguine cibari poteſt æger.

Robur. Non dierum numerus, ſed unicum virium robur conſiderandum, in ſectione venæ febrium continuarum.

Menſes. Si tempore mittendi ſanguinis menſes moveri contigerit, ſive etiam hæmorrhois fluat, ſi inſpecto fluentis impetu, ipſi ſatis fore videbitur, qvi ſolus, qvod reqviris, vacuet, naturæ rem omnem permittes: ſin minus, tantum ipſe detrahes, qvò, ex conjunctis ambobus, perficiatur qvod poſtulas.

Incommoda. Immodicè miſſi ſanguinis incommoda hæc ſunt: virium reſolutio, habitus corporis deterior, temperamentum frigidius redditum, decoloratio totius corporis, & lapſus in morbos diuturnos & exitiales.

Febres. Sanguinem ab initio mittes omnibus, qvi febricitant: ſi valentes viribus ſint.

Sanguinis miſſione, exuperantiam vacuare, ſi jam febricitat æger, licet.

Sanguis, qvi ad jecur fluit in ipſius phlegmone, educendus eſt, internâ, in dextro cubito, ſectâ venâ.

Phlegmone. Vena, qvæ è directo eſt, in internis inflammationibus, ſemper ſecanda.

Incidenda vena ſtatim ab initio, in phrenitide & lethargo.

Carbo. Sanguinis miſſio facienda ad animi deliqvium, in carbone.

Sanguinis miſſio facienda ſemper in magnis morbis: conſideratis tamen ætate & viribus ægri.

Sanguinis miſſio, in laſſitudine phlegmonosâ, copioſiſſimè facienda: & interdum usqve ad animi deliqvium.

Qvando. A Sanguinis miſſione, non feſtinanter reficiendum.

A Sanguinis miſſione abſtinendum eſt, ubi ſanguis bonus exiguus

exiguus eſt, reliqvus verò ſuccus plurimus.

At ubi contra evenit, detrahendus eſt.

Sanguinis miſſionem, ſi qvis vel ob ætatem, vel timiditatem, detrectet, huic dejicienda largius eſt alvus.

Cum ſanguinis miſſione tantundem valet, vel hemorrhoides reſerare, vel menſtrua evocare, vel malleolos ſcalpello incidere: poſt hæc alvum dejicere.

Sanguinem mitti non ſtatim neceſſe eſt: ubi qvis in ſanguinis redundantis concurſu eſt poſitus: Imò aliis ſatis facit media, aliis cibi parcitas, aliis ſoluta alvus, vel purgatio, vel freqventius balneum: aliis ſola exercitatio, vel multa frictio.

Sanguinis detractione omiſsâ, alia vacuandi ratio qvæcunqve periculoſa, in qvibus vel cerebro vel in ſpiritus inſtrumentis excrementum ſubſiſtit.

Venæ-ſectio, circa initia morborum adhiberi debet: nonnunqvam verò & Purgatio.

Uſus. Venæ-ſectio, commune auxilium earum, qvæ ex plenitudine fiunt, diſpoſitionum.

Venæ-ſectio qvæcunqve & qvovis modo facta, æqvaliter totum corpus evacuat.

APHORISMI CORN. CELSI, EX LIB. 2. CAP. 9.

Morbi. NUllus pene morbus eſt, in qvo non mittatur ſanguis.

Pregnans. Sanguinem mitti junioribus, & fœminis uterum non gerentibus, vetus eſt.

Senex. In pueris verò idem experiri, & in ſenioribus, & in gravidis qvoqve mulieribus, vetus non eſt: ſiqvidem antiqvi, primam ultimamqve ætatem ſuſtinere non poſſe, hoc genus auxilii judicabant: perſuaſeruntqve ſibi, mulierem gravidam, qvæ ita curata eſſet, abortum eſſe facturam.

Poſtea verò uſus oſtendit, nihil ex his eſſe perpetuum, aliasqve potius obſervationes adhibendas eſſe, ad qvas dirigi curantis conſilium debeat: Intereſt

tereſt enim, non qvæ ætas ſit, neqve qvid in corpore intus geratur, ſed qvæ vires ſint.

Ergo ſi juvenis imbecillis eſt, aut ſi mulier (qvæ gravida non eſt) parum valet, male ſanguis emittitur.

Emoritur enim vis, ſi qvæ his ſupererat, & hoc modo erepta eſt.

At firmus puer, & robuſtus ſenex, & gravida mulier valens, tuto curantur Venæ-ſectione.

Maximè tamen in his Medicus falli poteſt imperitus: qvia ferè minus roboris illis ætatibus ſubeſt.

Mulieri prægnanti, poſt curationem qvoqve, viribus opus eſt: non tantum pro ſe, ſed etiam ad partum ſuſtinendum.

Non qvicqvid aut intentionem animi aut prudentiam exigit, protinus faciendum eſt: cùm præcipua in hoc ars ſit, qvæ non annos numeret, neqve conceptionem ſolam videat: ſed vires æſtimet, & ex eo colligat, poſſit nec ne ſupereſſe, qvod vel puerum, vel ſenem, vel in una muliere duo corpora ſimul ſuſtineat.

Intereſt enim inter valens corpus & obeſum, inter tenue & infiumrm.

Tenuioribus magis ſanguis, plenioribus magis caro abundat.

Facilius igitur illi detractionem ejusmodi ſuſtinent, celeriusqve ea, ſi nimium eſt pinguis aliqvis, affligitur.

Ideoqve vis corporis melius ex venis, qvam ex ipſa ſpecie æſtimatur.

Neqve enim ſolum hæc conſideranda ſunt: ſed etiam morbi genus, qvod ſit: utrum ſuperans aut deficiens materia læſerit, corruptum corpus ſit an integrum?

Nam ſi materia vel deeſt, vel integra eſt, illud alienum eſt.

At ſi vel copia ſui male habet, vel corrupta eſt, nullò modo melius ſuccurritur.

Ergo vehemens febris, ubi rubet corpus, plenæqve venæ tument, ſanguinis detractionem reqvirit.

Qvòd ſi vehemens febris urget, in ipſo impetu ejus ſanguinem mittere, eſt hominem jugulare.

Expectanda ergo remiſſio eſt, ſi non decreſcit, ſed creſcere deſiit, neqve ſperatur remiſſio tunc qvoqve, qvamvis pejor, ſola tamen occaſio non omittenda eſt.

Ferè

Xubus.

Ferè etiam iſta medicina, ubi neceſſaria eſt, in biduum dividenda eſt.

Satius eſt enim, primò lavare ægrum, deinde perpurgare, qvam ſimul omni vi effuſa, fortaſſe præcipitare.

Mitti verò is debet, ſi totius corporis cauſa ſit, ex brachio: ſi partis alicujus, ex ea parte ipſa, aut certè qvam proxima: qvia non ubiqve mitti poteſt, ſed in temporibus, in brachiis, juxta talos. *Ubi.*

Dicunt qvidam, ſanguinem qvam longiſſimè inde, ubi lædit, eſſe mittendum: Sic enim averti materiæ curſum, ac illo modo, id ipſum qvod gravat, evocari. Sed id ipſum falſum eſt. Proximum enim locum primo exhaurit. Ex ulterioribus autem ſanguis eatenus ſeqvitur, qvatenus emittitur: ubi is ſuppreſſus eſt, qvia non trahitur, ne venit qvidem. Videtur tamen uſus ipſe docuiſſe, ſi caput fractum eſt, ex brachio potius ſanguinem mittendum eſſe.

Si qvod in humero vitium eſt, ex altero brachio credo: qvia ſi qvid parum ceſſerit, opportuniores hæ partes injuriæ ſunt, qvæ jam male habent. Avertitur qvoqve interdum ſanguis, ubi aliâ parte prorumpens, alia emittitur. Deſinit enim fluere, qva volumus, inde objectis, qvæ prohibeant, alio dato itinere.

Mittere autem ſanguinem, cum ſit expeditiſſimum uſum habenti, tum ignaro difficillimū eſt. Juncta eſt enim vena arteriis, his nervi. Ita ſi nervum ſcalpellum attigit, ſeqvitur nervorum diſtentio eaqve crudeliter conſumit. *Cautela.*

At arteria inciſa, neqve coit, neqve ſaneſcit: interdum etiam, ut ſanguis vehementer erumpat, efficit. Ipſius qvoqve venæ (ſi forte præciſa eſt) capita comprimuntur neqve ſanguinem emittunt.

At ſi timidè ſcalpellus demittitur, ſummam cutem lacerat, neq; venam incidit.

Incidenda ad medium vena eſt, ex qva cum ſanguis erumpit, colorem ejus, habitumqve oportet attendere. Nam ſi is craſſus eſt & niger, vitioſus eſt, ideoqve utiliter effunditur.

Si rubet, pellucet, integer eſt. Eaqve miſſio ſanguinis adeo non prodeſt, ut etiam noceat: protinusqve is ſupprimendus eſt. *Color.*

Digitized by Google

Sed id evenire non poteſt ei Medico, qvi ſcit, ex qvali corpore ſanguis mittendus ſit.

Illud magis fieri ſolet, ut æqve niger aſſidue, ac primo die, profluat. Qvod qvamvis ita eſt: tamen ſi jam ſatis fluxit, ſupprimendus eſt.

Qvantitas. Semper antè finis faciendus eſt, qva anima deficiat, deligandumqve brachium, ſuperimpoſito expreſſo ex aqva frigida panniculo: & poſtero die, adverſo medio digito, vena ferienda, ut recens coitus ejus reſolvatur, iterumqve ſanguinem fundat.

Sive autem primo, ſive ſecundo die ſanguis, qvi craſſus & niger initio fluxerat, & rubere & pellucere cœpit, ſatis materiæ detractum eſt. Ideoqve protinus brachium deligandum eſt, habendumqve ita eſt, donec valens cicatricula ſit, qvæ celerrimè in vena confirmatur. Hæc Celſus.

APHORISMI ARNOLDI DE VILLA NOVA, EX LIBRO DE REGIMINE SANITATIS.

Tempus. POſt balneum & coitum, aut forte exercitium, nullo modo phlebotomentur.

Poſt longam ægritudinem cavendum à phlebotomia.

Servientes in balneis & ſtuphis, & artibus laborioſis, ac reſolventibus corpus, non phlebotomentur.

Tempore calidiſſ. & frigidiſſimo nullo modo fiat phlebotomia.

Tempus. Ver & Autumnus ſunt tempora aptiſſima phlebotomiæ.

Aëre exiſtente peſtilentiali, nebuloſo vel turbido, aut flante vento auſtrali non ſecetur vena.

In æſtate octava hora & hyeme meridies, eligantur phlebotomiæ.

In prima qvadra Lunæ juvenes, in ultima qvadra ſeniores minuant.

In prima qvadra phlebotomandi ſunt ſanguinei: in ſecunda, Cholerici: in tertia Phlegmatici: & in qvarta, melancholici.

Si Luna ſit in ſigno habente aſpectum malum, vel ad aliqvod membrum, non fiat phlebotomia de illo membro.

In Ariete igitur caput, in Geminis, cubitus; in Cancro, mediana; in Sagittario, crus: in Aqvario, tibia, & ſura: in Piſcibus, pedes vitentur. Cætera membra tuto ſecantur.

Si Luna fuerit in Tauro, Virgine, Capricorno, mala phlebotomia: In Cancro, Scorpio, Piſcibus, mediocris: In Ariete, Libra, Sagittario & Aqvario, bona eſt.

Ebrius, crapulatus, & ad nauſeam ſatiatus, abſtineat à phlebotomia.

Intermiſſa. Si qvis indigeat Venæ-ſectione, ac negligit, accident apoſtemata intus & extra, parva & magna ſcabies: & impetigo, ſerpigo, Synochus, variolæ, Apoplexia & paralyſis: Morbilli & ſputum Sanguinis, Synanche, peſtilentia, & univerſaliter omnes ægritudines ſanguineæ, vel de ſanguinis corruptione, vel ipſius multitudine, vel intenſione, contingere poſſunt in corporibus, etiam paratis ad tales ægritudines: non negligatur phlebotomia.

Phlebotomiæ etiam ſunt plurima nocumenta, qvando indebitè exercetur. Ex freqventi enim ſang. minutione, accidit malignitas oppilationis, hydropiſis, feſtina ſenectus, deſtructio appetitus ſtomachi, cordis & hepatis debilitas, tremor & paralyſis, & poſtremo omnium virtutum, naturalium, qvàm animalium, debilitas & imbecillitas per phlebotomiæ freqventiam, in qvibus & qvando, & qvoties non oportet, ſolet ſæpius evenire.

Qvi. Qvi eſt accidentaliter muſculoſus & carnoſus maximè, & extenuatus minimè, & ſimiliter utentes regimine multiplicante ſanguinem, ſicut viventes in ocio & gaudio, & habitantes in regione, ubi pauca ſit reſolutio: & multas carnes comedentes & aſſaturas, & dulcia bibentes bona vina: & balneo utentes, & carentes coitu, nec multum exercitantes: tales enim plus, ſunt phlebotomandi aliis. Et per oppoſitum, jejunantes, & comedentes cibaria melancholica, minimè ſunt phlebotomandi.

Qvando phlebotomia fit ad evacuandum, & ex loco propinquo morbo, puto ex ea parte, tunc primus ſanguis debet eſſe deterior ſecundo, & ſecundus tertio:

Digitized by Google

tertio: & ſi oppoſitum continget, adhuc eſt phlebotomiæ aut pharmaciæ neceſſitas. Sed in corporibus ſanis, qvæ minus indigent phlebotomiâ, ſæpe contingit, qvod primus erit melior ſecundo, & tunc eſt iteranda phlebotomia ſatis citò.

Præparatio.

Ante phlebotomiam bonum eſt aliqvantulum exercitari, moveri, evigilare: ut ſanguis ſit mobilior.

Membrum phlebotomandũ eſt fricandum & calefaciendum, cum aqva calidâ lavandum, ut vena ſit apertior, & ſanguis fluxibilior.

Eligendus eſt flammator juvenis, expertus, & boni viſus: non tremulus, nec ebrioſus.

Si phlebotomandus eſt puſillanimis, vel valde debilis, comedat prius panem, & bibat vinum ſtipticum.

Qvorum ſanguis eſt craſſus, immobilis, & in venis occultus, per aliqvot dies ante phlebotomiam balneandi ſunt: niſi corpus ſit valde plethoricum.

Ante phlebotomiam alvus & veſica exoneranda ſunt.

Qvantitas.

In patientibus apoſtema extrahatur tantum, donec ejus mutetur color, & virtus ſufficiat.

Sed qvando eſt ſimplex plenitudo ſine apoſtemate, non oportet expectare ſanguinis mutationem; qvia forte totus ſanguis eſſet bonus & uniformis.

Si ſanguis fuerit ſubalbicans, tenuis atqve ſubtilis, parum admodum mittatur.

In Ætate & Vere fiat phlebotomia in parte dextra: Autumno & Hyeme, parte ſiniſtra.

In materia venenoſa, debet fieri phlebotomia ex eadem parte.

Eadem die aperienda vena eadem bis, ubi adeſt neceſſitas magna, aut non ſatis ſanguinis extractum.

Si venâ apertâ ſanguis non exit, tum bonum eſt tuſſire, ſcreare, & ſuper ſcapulas percurrere phlebotomandum.

Sanguinis judicium.

Sanguis egrediens tangendus eſt, qvi ſi frigidus eſt, ſtatim eſt reſtringendus: & ſimiliter ſi calidus & ſubtilis valde: Nam in utroqve caſu dubitandum de Syncope.

Similiter ponatur una gutta ſanguinis ſuper unguem: tunc ſi fluat, & non conſiſtat, aqvoſus multum eſt, & ſtatim reſtringendus.

Aut projiciatur una gutta ſanguinis in aqva, & ſi ad fundum deſcen-

Digitized by Google

deſcendat, ſignificatur craſſities nimia: & ſi totaliter diffunditur, & ſupernatat, eſt nimis aqvoſus: & ſi medio modo ſe habet, bonus.

In die phlebotomiæ nullo modo exercitetur: ſed remaneat in domo cum ſociis, & in gaudio: etiam illa die non balneetur, neqve coëat, niſi qvartâ die: nec de die dormiat.

Subſtantia Sanguinis ſubſtantia etiam conſideranda eſt, qvæ melancholica eſt, phlegmatica, ſanguinea, pura, cholerica & aqvoſa.

Melancholicus ſanguis. Melancholia eſt fex ſang. qvæ eſt coloris nigri, & eſt in fundo ſcutellæ: & qvando eſt nimia qvantitatis hujus feculentiæ, non eſt bonum ſignum; tunc enim poſſumus judicare (ex complexione melancholica) talem hominem triſtem eſſe, invidum & curioſum, avarum & timidum, & puſillanimem. Et talis debet uti mundificantibus ſanguinem, & multiplicantibus bonum ſanguinem.

Phlegmaticus. Phlegma qvidem eſt album, mucilaginoſum, inſipidum: qvod eſt qvaſi ſimile albugini ovi, & debet eſſe in ſanguine in loco poſt melancholiam: & hujus non debet eſſe nimia qvantitas. Et ſi ſit talis humoris multa qvantitas; judicare poſſumus talem phlegmaticum naturaliter vel accidentaliter: & eſſe ſomnolentum, rudem & pigrum ad actiones, & multi ſputi. De iſto tamen humore plus debet eſſe, qvàm de melancholia.

Et deinde ſeqvitur ſanguis purus, cujus color debet eſſe purpureus vel ſubrufus aut rufus: & hujus humoris debet eſſe major qvantitas. Cujus humoris ſi ſit magna qvantitas, poſſumus judicare talem hominem eſſe ſanguineum & liberalem, & amabilem, & hilarem, & ridentem, & coloris rubei, ſatis audacem atqve benignum. *Sanguineus*

Deinde ſeqvitur cholera, qvæ eſt ſpuma ſanguinis crocei coloris, trahentis ad ſcintillantem rubedinem, & hujus humoris debet eſſe minor qvantitas, qvam ſanguinis & phlegmatis & major qvàm melancholiæ. *Choleriticus.*

Si igitur ſit magna qvantitas humoris hujus, poſſumus judicare talem eſſe cholericum & per conſeqvens verſutum, fallacem, iracundum & audacem, prodigum, & ad actiones promptum, vigilem & ſubtilem.

Digitized by Google

Aqvoſus. Amplius conſideranda eſt ſubſtantia aqvoſa, qvæ ſupernatat in ſanguine coagulato, ſicut ſerum in lacte cum coagulatum eſt, & apparet aqvoſitas ſimilis urinæ, ſi ponatur in urinali.

Et qvando talis aqvoſitas eſt ſimilis urinæ ſani hominis, cujus eſt ſanguis, eſt bonum ſignum: alias verò non.

Et qvando illa aqvoſitas à ſanguine perfectius ſeparatur, tanto melius, & melior digeſtio & decoctio in hepate ſignatur: & e contrà.

Hæc enim aqvoſitas debet eſſe in ſanguine, ad ſubtiliandum ſubſtantiam ipſius ſanguinis, ut liberius & facilius per venas magnas & parvas ad membra valeat pervenire.

Unde non eſt bonum, ſanguinem totaliter eſſe privatum tali aqvoſitate urinali.

Nam ex hoc ſignatur ſiccitas & craſſities ſanguinis, & paucus potus permixtus, delativusqve. Et talis aqvoſitatis privatio, ſolet eſſe in multum jejunantibus & vigilantibus, & in his, qvi utuntur cibis ſiccis & calidis, & in his, qvi multum exercitantur & ſtudent, & ſimiliter in convaleſcentibus.

Amplius non eſt bonum, qvod nimia hujus aqvoſitatis qvantitas ſit in ſanguine. Nam ex hoc ſentitur defectus digeſtionis, vel ratione ciborum & potuum, vel ratione membrorum cibum in ſanguinem convertere non potentium. Et ſignatur etiam nimia frigiditas & humiditas ſanguinis, & corporis debilitas.

Unde habentes ſtomachum frigidum & hepar frigidum, & ſimiliter venas, & ſimiliter utentes cibis frigidis & humidis, & multum comedentes, & bibentes ſpecialiter, & parum exercitantes, & non jejunantes, nec conſueti vigilare, talem habent ſanguinem ſæpiſſimè.

Item in ſanguine eſt qvædam ſubſtantia carnoſa, declinans ad albedinem. Nam ſanguis incipit in venis dealbari: qvia digeſtio ulterior, & convertatur in membra, dealbando procedit. *Carnoſum.* Et hæc digeſtio incipit in magnis venis, & per venas parvas terminatur finaliter ad membra digeſtionis tertiæ: ſcilicet ad membra exteriora ſolida totius corporis.

Nam hujusmodi ſubſtantia qvaſi carnea & manifeſtè apparet in ſanguine, poſt ejus ablutio-

ſionem: & qvanto ſanguis eſt pinguior, vel humidior aut aqvoſior, tantò minus eſt in eo de hujusmodi ſubſtantia: & qvantò eſt craſſior, niſi temperamentum excedat, & minus pinguis, & inaqvoſus, tanto plus percipitur de tali ſubſtantia.

Ex multa igitur qvantitate talis ſubſtantiæ albæ bonitas digeſtionis venarum ſignificatur, & ſanguinis obedientis ad converſionem in membrum: & ſpecialiter, ſi talis ſubſtantia inveniatur tractabilis manibus, nec in ea appareant contenta magna, nec ad tactum dura & qvæ digitis fricata qvaſi pulverizentur. Ex hoc enim ſignificatur diſpoſitio propinqva ad lepram.

Judicium. Amplius, ſi de totius ſanguinis ſubſtantiæ ſubtilitate certificari volueris, tunc, poſt ſanguinis coagulationem, incide cũ cultello aut ſubtili ligno ſanguinem. Si enim non reſiſtat ſed faciliter inciſioni obediat, ſubtilitas ſanguinis ſignificatur. Si autem difficulter dividatur & incidatur, tunc viſcoſitas & craſſities ſignatur ſanguinis.

Si autem ſanguis nullo modo ſuſtineat inciſionem, qvamvis faciliter dividatur, ſicut apparet in aqva & oleo, & cæteris liqvoribus, qvi faciliter dividuntur, ſed non inciduntur: talis enim ſanguis nimis eſt ſubtilis, & talis ſubtilitas arguit indigeſtionem.

Et qvando ſanguis de facili perforatur ſatis convenienter, ſed non inciditur: tunc arguitur ſanguinis viſcoſitas: & talis ſanguis ut plurimum eſt phlegmaticus.

Et qvando ſanguis inciditur, ſed cum qvadam reſiſtentiâ, tunc utiqve ſanguis eſt craſſus, non viſcoſus.

Item conſiderandum eſt circa colorem ſanguinis. Si enim ſecundum alium & alium ſitum ſcutellæ ſanguis appareat alterius & alterius coloris, ſicut apparet in collo columbæ, ſignatur ex hoc malorum humorum diverſitas. Color.

Ideò demum debemus conſiderare verum colorem & ſixum ſanguinis, qvi color ſit rubeus, purpureus, non obſcurus: qvi arguit bonum ſanguinem.

Et ſi ſit color ſcintillaris rubedinis, arguit dominium cholera, & ſi ſit croceus.

Si autem ſit ſpumoſus, arguit ventoſitatem.

Et ſi ſit albus vel lividus, arguitur frigiditas, & phlegmatis dominium: & ſpecialiter, ſi cum hoc ſanguis ſit viſcoſus, & cætera particularia, arguentia dominium phlegmatis, concurrunt.

Iſti etiam colores poſſunt provenire ex aduſtione, ſicut patet in extenuatis, & diſpoſitis ad lepram.

Color viridis atteſtatur aduſtioni, & ſpecialiter choleræ.

Color verò niger, & valde lividus, melancholiæ atteſtatur naturali, vel ex vitio aduſtionis.

Sapor. Item Sapor conſiderandus, ſi placet, qvia ſanguis debet eſſe dulcis: Si vero inſipidus, arguit dominium phlegmatis: Si amarus, choleræ. Si ponticus vel acetoſus melancholiæ aut phlegmatis aceto; & ſi ſalſus, phlegmatis ſalſi, & aduſtionem in humoribus arguit.

Odor. Amplius conſiderandus eſt Odor: qvia ſi ſit boni odoris & delectabilis, arguit bonitatem ſanguinis: & ſi fœdus, arguit magnam putredinem in humoribus.

Coagulati. Amplius, ſi ſanguis extractus citò coaguletur, nimia tunc craſſities ſanguinis ſignificatur: Et ſi tardè, nimia ſubtilitas & indigeſtio. Et ſi mediocriter, mediocritas ſubſtantiæ deſignatur.

ALIORUM APHORISMI: AVICENNÆ RHAZIS, AETII, MONTAG: SAVANOROLÆ DAMASCENI, &c.

Incommoda. QVi in juventute plurimum ſanguinem per phlebotomiam ejicere ſunt conſveti, eorum natura poſt ſexaginta annos in frigus reſolvitur, & ſuffocatur in eis naturalis calor: maximè vero ſi frigidæ fuerint complexiones.

Climata. Habitantes in qvarto aut ſexto climate, plus minuere ſanguinem expedit, qvàm in ſeptimo, aut primo, ſecundo vel tertio.

Qui. Qvi ventriculum debilem ac frigidum, cor, imbecille, jecur infirmum & frigidum habent, & frigidis morbis affliguntur, non ſecent venas.

Nec melancholici, niſi venis inflatis.

Nec

Digitized by Google

Nec pallidi, extenuati, famelici & veſcentes cibis melancholicis.

Nec multum exercentes venerem.

Nec luctantes dyſenteriâ, Iliaci, vel magna conſtipatione laborantes.

Nec, qvi corpus nondum præparârint & purgârint.

Ætas. Nec qvi attigerunt 70. annum: niſi vires ſufficiant, venæ latæ & plenæ ſint, conſuetudo repoſcat, & neceſſitas incumbat.

Qvi annos 60. habent, cephalicam non aperiant.

Qvi 50. annorum ſunt, venam nigram non ſecent.

Qvi item 70. ſunt annorum, caveant minuere nigram.

Tempus. Phlegmaticis utile eſt ſecare venam, ſi Luna eſt in Ariete & Sagittario.

Melancholicis, ſi eſt in Libra & Aqvario.

Cholericis, ſi in Cancro & Piſcibus.

In novilunio & plenilunio vitanda phlebotomia.

In prima qvadra Lunæ minuant adoleſcentes ab anno 14. aut infra, usqve ad annum 25.

In qvadra ſecunda, juvenes ab anno 25, usq; ad annum 35.

In qvadra tertia, ab anno 35, ad annum usqve 56, vel amplius phlebotomia conceditur.

Mane perficiatur Venæ-ſectio; exorto ſole, poſt unam, alteram vel plures horas ſomni.

Venæ capitis, manuum & pedum, incidantur à meridie; cubiti Venæ tempore matutino.

Qvi ſenes ſunt & ægroti, edant juſcula, & bibant bonum vinum, una vel altera hora ante Venæſectionem.

Qvi facilè & ſæpe ſudant, indigent Venæ-ſectione.

Sectio conſueta, niſi ratio temporis vel ætatis indiget, non ſine periculo intermittitur.

A ſectione venæ cibo tenui ac bono & vino ſubtili utimur: vitamus autem aqvam, mulſum, cerevisiam, piſces, & alia, qvæ generant malum ſanguinem. *Illarum in.*

SectioVenarum non urgente neceſſitate, obeſt potius, qvam proſit.

A Venæ-ſectione aër malus vitetur, cibus eſto panis albus & benè coctus, caro vitulina, gallinarum, pullorum, agnina, ova ſorbilia, & qvæ generant bonos humores ac ſanguinem.

Bibai-

Bibatur vinum bonum, clarum & tenue; Vitabitur caſeus, lac, olera, piſces, cereviſia, & aqva mulſa ira, triſtitia, & coitus.

DE CUCURBITULIS.

De cucurbitulis.

ABſoluto eo, qvod de Venæ ſectione dictum, pergimus jam nunc ad aliud evacuationis præſidium, nimirum illud, qvod fit per cucurbitulas: Cucurbitulæ autem ſunt inſtrumenta, qvibus ſanguis à profundo corporis attrahitur & elicitur.

Cucurbitula quid.

Genera cucurbitularum. Vide Celsū lib. 2. cap. 16.

Differunt autem cucurbitulæ tàm ratione materiæ, qvàm formæ; qvædam enim ſunt æneæ, vitreæ (qvæ omnium utiliſſimæ & tutiſſimæ) corneæ vel argenteæ; qvædam ſunt figurâ magnæ, qvibus in Vomitu & prolapſu uteri uti ſolemus, qvædam parvæ & ad ſanguinem attrahendum & eliciendum aptæ, de qvibus hic loqvimur. Cucurbitulas vel cucurbitas autem Latini à formâ appellãt, Ventoſas autē vulgò medicorum, qvòd ſpiritibus & Ventis proliciendis è corpore ſint accommodatæ. Applicantur plerumqve ſine, vel cum ſcarificatione.

Cucurbitulis quando utendū.

Porrò cucurbitulis non qvovis tempore, ſed tum ubi univerſum corpus evacuatum fuerit, utendum erit. Siqvidem alias locum, cui adhibitæ fuerint, totum replebunt. Qvod certè generatim in omnibus localibus remediis, qvæ certæ alicui particulæ ita adhibentur, ut à cœteris nihil perinde eliciant, perpetuò obſervandum eſt. Maximoperè itaqve cavendum, ne in plethoricis, ac cerebri ejusqve membranarum phlegmone, qvam privatim Græci phrenitidem nominant, in principio mali cucurbitulis utamur, qvemadmodum nec ulla alia in parte phlegmone obſeſſa. Qvippe tum à laborantibus partibus humorum influxus magis avertendus erit. Verum ubi jam nihil influit, totumqve corpus ante vacuatum eſt, atqve aut movere, aut moliri, qvod in laborante phlegmone particula exiſtit, aut foras trahere neceſſe eſt, cucurbitulas amovere optimum eſt. Qvum verò vitia adhuc fiunt, non iis partibus, qvæ laborare incipiunt, ſed iis potius, qvæ eis con-

Digitized by Google

conjunctæ ſunt, & continuæ, revulſionis gratiâ cucurbitulæ affigendæ.

Cucurbitularum admovendarum ratio duplex: Cucurbitulæ leves.

Cæterum gemina eſt cucurbitularum admovendarum ratio. Qvædam enim citra ſcarificationem, & cute adhuc integra corpori adaptantur, & hæ qvidem leves nominari conſueverunt, nulla alia, ut arbitramur, de cauſa, qvam qvod minori moleſtia, qvàm illæ, qvibus ſcarificatio accedit, adhibentur.

I. Cucurbitularum levium uſus.

Harum uſus primum eſt ubi ab aliqva particula revellere, aut fluxionem qvampiam reſtringere annitimur. Sic ſanè menſibus ſupra modum promanantibus cucurbitas ſub mammis affigimus, *Hippocrate* etiam monitore, qvi in *Aphoriſmis* ita ſcriptum reliqvit; Mulieri ſi velis menſes cohibere, cucurbitulam qvam maximam mammis appone; Pari ratione ſanguine ſupra modum è naribus erumpente leves cucurbitulas hypochondriis affigimus. Inſigendæ autem ſuper jecore, ſi ex dextra nare promanat ſanguis: ſi ex ſiniſtra, ſuper liene. Si verò ab utraqve nare profluit, ſub utroqve viſcere ponendæ ſunt.

II. Dein ut flatus intus abditus, doloremqve excitans foras eliciatur. Nam ad tollendum hunc dolorem unicè confert cucurbitulæ appoſitio. Qvod inprimis confirmant ea, qvæ *lib. 12. Therapeu. method. cap. ultimo* ſcribit *Galenus*, inqviens: Dolor, qvi ſpiritum flatuoſum comitatur, propriam qvandam curationem ſortitus eſt ex cucurbitula cum flamma copioſa multoties admota. Videbiturqve tibi præſidium hoc in hujusmodi malis incantamenti cujuspiam, ſimile qvid efficere, ſive ii in inteſtinis, ſive in qvavis corporis particula ſint excitati. Ilico enim admotâ cucurbitulâ qvi ſpiritu flatuoſo cruciantur, tum à dolore liberi, tum omnino ſani redduntur.

III. Tertiò, ut pars aliqva in locum ſuum, unde excidit, reducatur, uti dum ventri applicantur cucurbitulæ, ut inteſtina evoluta, recipiantur.

IV. Qvarto ut appetentiam naturalem excitent; Nam attractis humoribus, penuriæ ſenſum & ſuccionem in Ventriculo concitant.

V. Qvintò, imbecillum Ventriculum roborant, qvod ſcilicet naturalis ejus appetentia excitata, ut ſtatim nutritio ſeqvatur, efficiant. Nutritas autem partes reddi

robuſtiores, omnibus notum eſt.

VI. Sexto, ut animi deliqvium, ſanguinem & ſpiritum ad exteriora revocando, liberent.

VII. Septimo, ut fluxiones ex alto corporis ad ejus ſuperficiem transferant.

VIII. Octavo, ut facultates qvæ menſes corrumpant, id eſt, ut cauſas, qvò minus menſes ſtatis temporibus fluant, impedientes tollant, & è corpore ejiciant. Atqve ii ſunt levium cucurbitularum uſus, qvos *D. Martin Rulandus* paulò aliter in ſuo Tractatu de Venæ-ſectione, qvæ nos jam fecimus, deſcribit, ut ex ſeqventibus videre eſt:

Ventoſæ ſine ſcarificatione proſunt; Avertendo apoſtemtati de nobili membro ad ignobile.

Ad calorem attrahendum ad membrum, qvod ex frigiditate debilitatur.

Colicæ appoſitæ ſub umbilico vel ſupra.

Dolori ſedando.

Diſlocationi.

Flatibus evacuandis &

Humoribus.

Hæmorrhoidum fluxioni ſiſtendo.

Ad Membrum calefaciendum, caloremq́ue & ſanguinem ad ipſum trahendum.

Membro reducendo ad ſuum locum.

Matricis dolori; affixæ ſub umbilico, & mulier calidè inſideat cum eis.

Menſtruorum fluxui nimio appoſitæ ſub utraqve mammilla, ad horam vel amplius.

In Narium fluxu; poſitæ ſupra jecur, ſi dextra naris afficitur; ſi ſiniſtra, ſupra ſplenem.

Ad Peſtiferum apoſtema attrahendum à parte interiori.

Rupturæ inguinis.

Ad divertendum ſanguinem immoderatè fluentem ab aliqvo loco.

Stomachi fluxionibus ſiſtendis.

Sanguini ſiſtendo, oppoſitis partibus applicatæ.

Sanguini attrahendo.

Veneno extrahendo.

Ventriculo frigido, ſi figantur ad ipſum.

Ad Ventoſas removendas.

DE

Digitized by Google

DE SCARIFICATIONE.

De cucurbitulis, quæ ſine ſcarificatione fiunt, & leves dicuntur, diximus, nunc de cucurbitulis, quæ per ſcarificationem fiunt dicere nobis animus eſt.

Cucurbitulæ cum ſcarificatione. Cum ſcarificatione cucurbitulas applicamus, cum è propinquo leviter ac blandè evacuare conſilium eſt, virtute aut ætate, aut corporis teneritudine Venæſectionem non admittentibus. Hæ enim minori tum vi tum præſidio è minutis venulis aliqvid duntaxat exugunt, nulla virium aut nativi caloris jactura.

Qvod in pueris, in gravidis, in ſenibus, in morbo longinqvo fractis, aut acuto proſtratis, qvando alio conſilio uti non licet, attentamus. Atqve ad eum modum admovemus cucurbitulas, ubi phlegmone corrupta pars eſt, idqve ſtatim morbi initio; Particulæ vero ipſi, qvæ phlegmone laborat, inter initia, cum humores adhuc confluunt, cucurbitulæ cum ſcarificatione non adhibendæ, ſed tum potius ubi in parte firmati ſunt. Si enim cucurbitulis aut ſectionibus ſenſibiliter evacuabimus, plus excitati doloris ratione ad partem laborantem attrahemus. Non eſt ſub initium phlegmonis laborantem partem trahendum, ſed ab ea magis, & qvidem qvàm longiſſimè, avertendum. Phlegmonæ itaqve factæ ut jam impacti humores & adhærentes educantur, cucurbitæ ſunt applicandæ. Præterea cucurbitulas cum ſcarificatione admovemus partibus tenſis, ut tenſionem efficientes humores eliciant.

Tertiò partibus qvibus acris adjacet fluxio, ut ea evocata, partes ut antea, deinceps non irritentur ac moleſtentur. III.

Qvartò ut venenum, qvod à rabido cane aut ſcorpione injectum eſt extrahatur. IV.

Qvinto, ubi materiam ab una parte in aliam transferre animus eſt: ut ſi capite laborante ſuras vel crura ſcarificamus. V.

Sexto, qvando materiam in corpore abundantem minuere nobis placet, præſertim ſi redundantia ipſa à materia, qvæ ſtatis temporibus vacuari conſueve-

 rat,

Digitized by Google

Ante crurum ſcarificationem cur balneo utendum.

rat, provenit: velutiſi hæmorrhoides in viris ac menſes in mulieribus ſupprimantur, crura ſcarificamus, prius tamen balneo uſi, aut calida per ſpongiam ea imbutam foventes, ut ſcilicet ab ejus calore ſanguis tenuatus & ſolutus, ad tractum & evacuationem aptior ſit, vel fiat. Et affiguntur cucurbitulæ ferè cruribus, tanqvam partibus corporis ignobilioribus, qvo nobilioribus opem ferant. Hinc eſt qvod *Galenus in libello de ſcarificatione* ita ſcriptum reliqverit: *Scarificatione crurum crebrius aliàs etiam utendum, qvod ſepius in anno incidere venam non expediat: qvippe cum ſanguine copioſo una vitalis excernitur Spiritus. Eo autem copioſius abſumpto, univerſa corporis moles refrigeratur, omniaq; naturalia opera, deterius fiunt. Qvapropter ab ignobilioribus, utpote cruribus, detractionem fieri, convenit.* Prodeſt etiam ſcarificatio, Galeno eodem in loco teſte, oculis diutina fluxione vexatis, & capitis affectibus, thoraci & dorſo accidentibus malis. Ad hæc anginis, & multis aliis morbis. Item ad hæmorrhoides aut menſtrua provocanda cucurbita cum ſcarificatu poplitibus & cruribus applicata, confert: Idqve ſæpè utilius, qvam ſi vena malleoli tunderetur; Renibus oppreſſa, infernis benè facit partibus.

Natibus admota, lateribus ac lumbis, ipſiſqve etiam thoraci ſubvenit.

Mento applicata maxillarum & faciei malis ſanitatem pollicetur.

Inter utraſqve ſcapulas, in ipſo dorſo appoſita, qvod hodiè uſitatum eſt, thoracis malis auxiliatur.

Inter collum & ſcapulas ſpinæ admota, faciei morbis, ut impetigini, ſuccurrit;

In ſumma, cuicunqve particulæ cum cutis ſcarificatione affixa fuerit, hujus ſanguinem elicit, exſugit, vacuatqve.

Vide *Galen. lib. de curat. per ſanguinis miſſionem cap. 19. & 3. de loc. aff c. 4. Horat. Angen. l. 10. de miſſ. ſang. cap. 12. Oribaſium l. 7. coll. medic. cap. 16.*

DE

DE CUCURBITULIS CORNEIS.

Cucurbitula cornea.

SUnt è numero cucurbitularum qvædam è cornibus factæ, de qvibus ſupra mentionem fecimus,& ex utraqve parte patentes imponuntur ſine flamma, aëre ſuperiore parte, qva exiguum foramen eſt, ore extracto & foramine poſt ea clauſo. Cornearum uſus etiamſi hodie exoleverit: In tota tamen Arabia & Thracia freqvens eſt, de qvibus agit *Proſp. Alpin. de Medicam. Ægyptiac. l.2. c. 13.& 14*, ac *Johannes Thomas Minadous, diſpenſ. Med. 4.* qvi eas omnino in uſum revocandas cenſet; cum idem illis facere, qvando nimirum minore attractione & minore ſanguinis evacuatione opus eſt, æneæ & vitreæ non poſſint. Cujus opinioni ut planè non refragamur: ita etiam vitrearum & ænearum non unam plane vim in attrahendo & evacuando ſed diverſam, pro ratione magnitudinis & formæ, eſſe dicimus. Nam ſi minores ſint, cum minori flammâ paucioribus & minus profundis vulneribus applicentur: etiam debilibus trahent & minus evacuabunt.

DE SCARIFICATIONE MALLEOLORUM.

Scarificatio malleolorum.

ANtiqvis ad evacuationem totius, ſanguinisqve imminutionem præcipuè in uſu fuit malleolorum ſcarificatio; qvæ proximè ad Venæ ſectionem accidit. Qvæ autem ea fuerit malleolorum ſcarificatio non ita planum eſt; Nam malleolos ſcarificare vix conſultum videtur. Pars enim hæc exſanguis eſt, & per eam ſanguinis evacuatio, qvæ Venæ-ſectionis vices gerat, vix fieri poteſt. Eſt præterea pars hæc excarnis, nervoſasqve partes ſubjectas habet; ut ſine periculo vulnerari non poſſit. Qvi Ægyptum noſtris temporibus adierunt, ut ex *Proſ. Alpin. l. 3.*

de Medic. Ægypti videre eſt, teſtantur, iis in locis uſitatiſſimam furæ ſcarificationem ad qvam qvaſi ad ſacram anchoram in qvibusvis morbis deſperatis confugiant, & in qvavis, etiam ætate utantur. Eam autem hoc modo adminiſtrant. Partem ſcarificandam calente aqva fovent & perfundunt, manuqve & arundine verberant: Deinde ſub genu ligant, iterumqve aqva calida fovent & verberant, ut ſenſum qvaſi amittat.

Hinc tractim κατὰ στοῖχον, & κατὰ πληγὴν, ab ima parte verſus ſuperiorem, longis, æqvaliter diſtantibus, & multis vel qvadraginta, ſi ſanguinis evacuandi copia id reqvirat, inciſionibus partem vulnerant, & ita ſæpe ſine magno dolore magnam ſanguinis copiam evacuant; ut referant, Turcam qvendam hoc modo tres libras ſanguinis ægro extraxiſſe.

Verum an hæc illa antiqvis uſitata malleolorum ſcarificatio ſit, dubitare licet: cum Galenus τῶν σφυρῶν, malleolorum ſemper mentionem faciat: Ægyptii verò non malleolos, ſed ſuram, ſeu tibiæ partem carnoſam ſcarificent.

Qvæ tamen *Oribaſius libro 7. med. collect. c. 18.* ex *Antillo de ſcarificatione* ſcribit, ab Ægyptiorum ſcarificatione differre, non videntur. Et cum initium ſcarificationis ſemper fieri debet à partibus inferioribus, atqve hac ratione in crurum ſcarificatione à malleolis vicinis fiat; ea de cauſa hanc furæ ſcarificationem malleolorum ſcarificationem appellatum fuiſſe à Galeno, qvis exiſtimare poſſet.

VENTOSARUM SINE ET CUM SCARIFICATIONE USUS PER LOCOS ET PARTES.

Capitis. Commodant ventoſæ ſupra caput poſitæ Amentiæ, ſcotomiæ, canitiei, bothori, egreſſioni nuchæ & aliis ægritudinibus.

Incommodant autem Intellectui, memoriæ qvia ſtuporem faciunt & ſiccis canitiem accelerant.

Frontis. **In fronte ventoſæ commodant capitis poſterioris dolori, capitis gravi-**

gravitati & tumori, cerebri affe-ctibus, maniæ, inſaniæ.

Faciei infirmitatibus antiqvis. Impetigini, Ulceribus, Lepræ. Scabiei, Morpheæ in illo loco.

Oculorum morbis omnibus. Vertigini. Incommodant Rationi, Intellectui.

Menti. Sub mento affixæ ventoſæ commodant oris puſtulis & tumori, dentiū morbis & gingivarū.

Faciei maculis & vitiis aliis, capitis cuti, Gutturi, maxillarum malis.

Colli. Inter collum & ſcapulas admotæ ſpinæ ventoſæ commodant Capiti, Faciei, Colli Dentium, Narium, Oculorumq; ægritudinib9. Oris fœtori & malis, Impetigini, Sqvinantiæ, Cephalicæ & Medianæ ſecandæ vicem præſtant.

Incommodant Memoriæ, caput etenim faciunt tremulum.

Scapularū. Inter utraſqve ſcapulas tecto loco commodant, Pectoris affe-ctibus, colli affectibus, Aſthmati.

Cordis. Humeris ſpaſmo, Tremori cordis ſanguineo, Gulæ Baſilicæ vicem tenent.

Cordis & Stomachi. Oppoſitæ cordi & ſtomacho, Cordi& ſtomacho incommodant qvia tremorem non ſanguineum excitant.

Pectoris. Sub pectore proſunt pectoris vitiis, Aſthmati.

[Je]coris. In jecoris loco; ſi exareſcit, inflammatur.

Dorſi. In dorſo contra dorſi dolorem.

Stomachi. Supra ſtomachum valent adverſus ſtomachum dolentem, ejus frigiditatem, humoreſqve ejus vitioſos.

Manus. Supra manus poſitæ contra capitis, oculorum, Auriumq; vitia.

Renum. Ad Renes applicatæ proſunt, coxarum apoſtematibus, hæmorrhoidibus, Podagræ dorſi proritui & ſcabiei, Matricis ventoſitatibus & frigidis vitiis veſicæ ventoſitatibus, Crurum affectibus.

Umbilici. Sub umbilico Malis matricis, Colicæ torminibus, punctionibus ventris.

Hypochondriorum. Hypochondriis affixæ; Sanguinis impetum ex naribus revocant: Sanguinis item immodicum fluxum ex utero.

Lumborū. In Lumbis, hæmorrhoidas evocant, Dorſi dolorem ſedant: Item matricis & Lumborum Crurum ſcabiem, Apoſtemata Tumoremqve curant. Venerem & libidinem reprimunt.

Natium. In Natibus; corporis totius ſanguinem mundificant, Menſtrua alba curant. Item

Lateribus lumbis & Thoraci proſunt, Venerem & libidinem compoſcunt.

Coxarum anteriorū. In anteriori parte coxarum: Teſti-

Digitized by Google

Teſticulorum apoſtematib9 proſunt, Coſtarum & Coxarum exituris.

Coxarum poſteriorũ. In poſteriori parte coxarum: Apoſtematibus,& Exituris in natibus exortis conferunt.

Poplitis. Sub poplite: poplitis pulſationi & calidis humoribus, conferunt. Cruris & pedis exituris & ulceribus.

Crurum. Ventoſæ in cruribus commodant toti corpori. Natibus tumidis & apoſtematicis. Renum doloribus. Veſicæ doloribus. Oculorum fluxionibus. Capitis affectibus. Genuum apoſtematibus calidis&pulſatilibus. Thoracis malis. Dorſo affecto. Teſticulorum apoſtematibus. Coxarum vulneribus. Matricis doloribus antiqvis. Matricem purgant à ſuperfluitatibus. Manuum apoſtematibus & exituris infixæ in parte poſteriori. Hæmorrhoides provocant eodem in loco. Menſtrua ibidem provocant. Sanguinem mundificant. Plethoram minuunt & phlebotomiæ cujuscunq; vicem præſtant.

In cavillis pedum (bey den Knochen) conferunt Menſtruis provocandis. Sciaticæ, Podagræ. Vertigini. Phlebotomiam iſtarum venarum complent. *Cavillarũ.*

APHORISMI HIPPOCRATIS, GALENI, AVICENNÆ CORNELII CELSI; ALIORUMQVE DE SCARIFICATIONE.

Aphoriſmi de ſcarificatione & Ventoſitatione.

Tempus & ætas ſcarificationis.

ANte qvartum annum ætatis non eſt ſcarificandum.

Non poſt annos ſexaginta Scarificatio vel Ventoſatio conferunt.

Scarificatio & Ventoſatio in plenilunio&novilunio vitanda eſt

Quæ ſigna eligenda vel vitanda. Luna ſi fuerit in Cancro, Libra, Scorpione, Sagittario, Aqvario & Piſcibus, commoda & ſalutifera eſt ſcarificatio: reliqva verò ſigna fugienda ſunt.

Scarificatio commodè fit horâ ſecundâ vel tertiâ diei: poſt unam præberi poteſt cibus ac potus.

Corpus & locus, qvi ſcarificandus aqva prius per unam vel dimidiam horâm calidè lavandus eſt atqve fricandus. Cucurbitulis rectè utimur, cùm ante corpus vacuatum ſit: Nam plethoræ non conveniunt, neqve ulla in parte phlegmone affecta. Cucurbitula materiam evacuare doloremqve mitigare qvotidiano uſu comperta eſt à peritis;

vento-

ventoſitates item carminare retentas, proſtratum appetitum revocare, imbecillem qvoq; ſtomachum roborare & qvæ in profundo ſunt Rheumata trahere poſſe: hæmorrhagias prohibere, menſes mulieribus ciere retentos, & nimium fluidos compeſcere.

Fronti admotæ cucurbitulæ phlebotomiæ, Cephalicæ vicem gerunt; Inter ſcapulas autem & ad cubitum, Medianæ: ſupra renes verò Baſilicæ. Colicum affectum, vomitumq; & ſingultum compeſcunt particulæ affectæ cucurbitulæ impoſitæ. His etiam uterus, inteſtinaq; & oſſa, decenter applicatis ad ſedes reducuntur, ureterum meatus dilatant renibus adhibitæ, exindeq; calculos educunt. Auribus qvoqve & fiſtularum orificio appoſitæ ſaniem è profundo attrahunt.

Collo applicatæ, reſpirationis viam amplificant: Anginâ igitur læſis ſubſidio ſunt. Cucurbitula ubi inhæſit, ſi conſciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem: ſi integra eſt, ſpiritum extrahit. Ergo ubi materia, qvæ intus eſt, lædit, illo modo, ubi inflatio, hoc imponi ſolet. Cucurbitulæ, ut auxilium minus vehemens, ita magis tutum, neqve unqvam periculoſum; etiamſi in medio febris, impetu, inq; cruditate adhibeantur.

Potiores ac vehementiores judicantur, qvæ cum igne applicantur, qvàm qvæ ſuctione.

Cuticulæ inciſio, tanto profundior eſſe debet, qvantò craſſior eſt ipſa cutis ſanguisqve ipſe evacuandus profundius deliteſcit.

Cucurbitulas affigere occipiti, oblivionem inducit. Sic ſcapulis affixæ, tremorem cordis pariunt, niſi tremor ob copiam ſanguinis ortus eſt.

Mulieribus albi coloris, ac rari habitus, magis expedit cucurbitularum ſupra crura appoſitio, qvàm ſaphenæ inciſio.

Cucurbitulæ affixæ cruribus, ſanguinem mundificant, & evocant menſes.

Cucurbitulæ nonnunqvam affiguntur, ut membrum frigidum calefiat, ut in paralyſi, vel ut flatus diſſipentur, ut in colica.

Nervorum origini cucurbitulæ ſuperimpoſitæ, ipſos calefaciunt, ob id curant paralyticos.

Cucurbitularum uſus in præpinguibus improbatur.

In Melancholicis affectibus uſus cucurbitularum improbatur cum ſcarificatione. Sic enim ſubtilis extrahitur ſanguis, craſſus in corpore relinqvitur.

DE HIRUDINIBUS SIVE SANGUISUGIS.

De Hirudinibus.

Inter ſanguinis præſidia evacuatoria hirudines ſive ſanguiſugæ commemorantur. Hæ veteribus in crebro uſu fuerunt, hodiè vero iis uti deſierunt, præſertim in Germania Medici. Præſtat tamen nihilominus ad veterum ſcripta intelligenda rectè harum uſum habere perſpectum.

Qvibus hirudinibus utendum.

Hirudines itaqve captæ, aliqvot diebus includantur, ut cicurentur qvaſi: ita enim famelicæ factæ carnes, qvibus admoventur, facilius & avidius apprehendunt. Eas autem, qvæ recens captæ ſunt, propter ſuam virulentiam, apponere non ſatis tutum eſt, ſed uno die pauco paſtos ſanguine aſſervandæ ſunt. Sic enim qvod in iis, virulentum eſt, exprimitur, propterea qvod ſanguini, qvem hauſerunt, cedat;

Qvomodo pars, cui admoventur, ſit præparanda.

Pars autem, cui hirudines admovebimus, nitro prius, eſt perfricanda, ut incaleſcat, & ſanguis ex alto in ſummum evocetur. Aut certè inungenda aliqvo calorifico, & ex profundo in ſummam trahente medicamento.

Aut ſi prædictis fueris deſtitutus, ſaltem unguibus ſcalpenda erit; Ita namqve promptius apprehendent. Priusqvam verò adhibeantur hirudines in vas purum aqva tepida plenum, & amplum injicere eas oportet; dein ſpongia comprehenſas & abſterſas, ſordibusq; purgatas, manibus applicare. Purum autem debet eſſe vas, ut ſordes rectius extergi poſſint. Eadem de cauſa, ut aqva ſit tepida oportet, qvòd ea qvàm frigida ad abſterſionem ſit commodior. Amplum, ut manibus commodè attingi, atq; adeo ſordes, ſpongia comprehenſæ expeditius abſtergi qveant.

Qvo pacto partis, jam præparata ſint adhibenda.

Qvid poſt admotas hirudines faciendũ.

Ubi admotæ fuerint, jamqve adhæſerint, oleum tepidum particulæ infundendum erit, ne refrigeretur. Hac enim refrigeratâ non facilè ſanguis ad hirudinum ſuctum, ſeqvitur, ut qvi à frigore craſſeſcat, & ad interiora pellatur. Qvod ſi ex manibus & pedibus earundem ſuctu aliqvid trahendum erit, ut manibus applicentur non eſt neceſſe: ſed partem aqvæ, cui innatant hirudines, immergere oportet; ita enim ſua ſponte citra manuum noſtrarum operam, eam apprehendent.

Qvid faciendum ubi

Ubi autem parti jam adhærent, ne ſanguinem nimium attrahant

trahant

jam parti adhærent. trahant & eo turgeant, forfice caudæ earundem præcidendæ ſunt. Qvippe ſanguine effluente

Qua ratione faciendũ ut ſua ſponte decidant. trahere non deſinent, donec ipſæ ſuâ ſponte decidant. Si vero ſuâ ſponte haud deciderint, ſalem aut cinerem ipſis adſpergere oportet, ita mox decident. Poſteaqvam verò deciderunt cucurbitula appoſitâ virulentiam earundem elicere neceſſe eſt. Aut ſi cucurbitularum uſus diſplicuerit, ſpongiâ vino cum pauxillo theriacæ madida pars, cui admotæ ſunt, fovenda erit.

Qvod ſi verò è foraminibus cruentæ effluxerint lachrymæ, cuminũ, qvod illi deſiccandi & fluxiones compeſcendi inſit facul- *Cuminum.* tas, aut farinam, qvæ emplaſti- *Farina.* cam obdurandive vim obtinet, inſpergere convenit. Dein partem lanâ, qvæ exiguo oleo eſt imbuta, involvere ac circumdare oportet. Lana enim, *Dioſcoride* atteſtante, vulneribus commodiſſimè apponitur, ut ſanguinis eruptionem compeſcat. Oleo *Oleum.* tamen, utpote cui obdurandi facultas ineſt, imbuta efficacior fit. Si verò ſanguis cum impetu erumpat, linteum aceto imbutum injiciendum. Acetum nam- *Acetum.* qve, ut teſtis eſt *Dioſcorides*, adſtringit, & undecunqve promanantem ſanguinem, in ſuccidis lanis, aut ſpongia impoſitum, ſiſtit. Aut certè galla uſta, aut ſpongia pice madens & dein uſta imponenda. *Galla uſta.*

Habent enim hæc omnia, glutinandi facultatem. Cæterum hirudines non eum, qvi in profundo hæret, ſanguinem eliciunt, ſed duntaxat eum, qvi carni adjacet, ideò cucurbitularum vicem ſupplent. *Qūæ ſanguinem hirudines eliciant.*

Detrahendæ autem, ubi dimidiã vitioſi ac redundãtis ſanguinis partẽ eſſe extractã cõjicim9. Prohibem9 enim nec permittimus effluere, donec, qvod ſatis eſt, effluxerit, qvòd particula ipſa tum ab hirudinibus natura frigidis, tum ab ambiente refrigeretur. Retinendum igitur aliqvid ſanguinis; ut hinc pars incaleſcat. Et ſic vel eâ ratione hirudines & totius corporis plenitudinem imminuere, & variarum partium affectibus, qvibus applicantur, ſuccurrere poſſunt. Non enim ſolum venas parvas, per habitum corporis ſparſas, ſed etiam magnas, ſi iis opponantur, aperiunt, & nunc majorem, nunc minorem ſanguinis copiam evacuant, prout magnæ vel parvæ venæ opponuntur. Qvapropter etſi cucurbitulis cognatæ ſunt; tamen *Qvando detrahenda.*

Digitized by Google

multo minori moleſtia evacuant, Sugendo enim hirudines ſanguinem attrahunt; cucurbitularum verò attractio longè violentior & vehementior eſt. Cum minori tamen moleſtia illa, plus ad ſanguinem imminuendum facere videntur, qvàm cucurbitulæ: cùm hirudines naturaliter ſanguinem appetant: cucurbitulæ verò loco ſanguinis aqvoſos ſaltem & ſeroſos humores extrahant. In applicatione tamen earum videndum, an totius còrporis evacuandi gratiâ, aut verò propter affectum alicujus partis privatum eas adhibeamus: ut ita commodo loco applicari poſſint. Nam ſi ob evacuationem totius adhibentur, magnis & prominentibus venis in cruribus & brachiis ſolum applicandæ: vel etiam hæmorrhoidibus, de qvibus paulò poſt dicturi ſumus.

In prægnantibus tamen ſolum bracchiis applicandæ: in qvibus etiam in genere, magis probantur hirudines, qvàm cucurbitulæ.

Sic pueris qvoqve ſi magno & acuto aliqvo morbo corripiantur, neqve tamen venam ſcalpello ſecare licet, hirudinibus venis brachii appoſitis auxilium ferre poſſe, plures exiſtimant. Atqve adeo in univerſum non nulli docti viri cenſent, partem priſtini vigoris arti Medicæ reddi poſſe, ſi hirudines qvoqve in uſum revocentur. Nota inſuper ſi velis debito modo applicare hirudines, prius caudâ prehendendæ panno lineo mundo, vel etiam arundini aut vitro vel canali oblongo immittendæ, ut caput tamen exſerant, & membro applicandæ, atqve ut facilius & avidius adhæreſcant, locus ſanguine & aqvoſo luto illinendus. De qvare conſule *D. D. Sennert. lib. 5. part. 1. ſect. 2. cap. 8. & lib. 5. part. 2. ſect. 1. cap. 15.* Sed de hirudinibus ſatis dictum, reſtant tantum aphoriſmi Medicorum de hirudinibus.

APHORISMI DE HIRUDINIBUS.

Aphoriſmi de Hirudinibus.

A profundiori ſede hirudines attrahunt ſuccos craſſiores. Cucurbitulæ à proximiori ſubtiliores. Sanguiſugæ anteqvam affigantur, locus prius fricetur, ut rubeſcat, poſtea illinatur ſanguis recens loco, ut adhæreant. Eligantur autem, qvæ non in lutoſis & turbidis aqvis degunt. Si vis ut ſangui ſugæ decidant rurſus,

rurſus, aſpergatur ſal aut cinis aut calx.

Si verò, poſteaqvam deciderint, ſanguis adhuc fluet, pulvere aliqvo ſiſtatur. Poſt caſum ſanguiſugarum cucurbitula, ut virus, qvod in vulnere relictum, extrahatur, affigenda eſt.

Sanguiſugæ anteqvam adhibeantur, debent eſſe famelicæ, qvod fit, ſi in aqva absqve cibo aliqvandiu aſſerventur.

Sangui ſugæ autem ſi fuerint venenatæ, ſuccedit aut ſincope, aut apoſtemata mala aut ſanguinis fluxus, aut febris aut ulcera maligna.

In morbis omnibus ſubcutaneis, qvi facti ſunt ex ſanguine corrupto, multum valent ſanguiſugæ, & plus qvàm ventoſæ: Nam ventoſa indifferenter attrahit bonum & malum ſanguinem: Sanguiſugæ verò non, ſed ſibi proportionabilem, ſcilicet malum.

DE

HÆMORRHOIDIBUS.

Hæmorrhoides.

INter univerſalia evacuantia porrò non immeritò cenſentur hæmorrhoides, per qvas natura fæculentum & melancholicum ſanguinem ſtatis temporum intervallis expurgat.

Qvo tuplices hæmorrhoides.

Sunt autem hæmorrhoides duplices, aliæ externæ & circa anum conſpicuæ; qvæ extremitates venarum ſunt, qvæ à cava prodeunt & in anum deſinunt. Internæ vero & extra non apparentes, ſunt in extremitatibꝰ inteſtini recti, à vena porta originem ducentes.

Hæmorrhoidum ortus.

Videndum itaqve, qvasnam aperire conveniat, cum non ex his aut illis apertis idem planè commodum ſperari poſſit. Etſi enim utræqve cum jecori cohærent, univerſum corpus evacuare poſſint: tamen externæ, qvæ à cava oriuntur, ad plethoram minuendam, ſicut & affectus renum, uteri, dorſi, coxendicum, capitis alioſqve omnes, qvi ex vena cava principium habent curandos commodius aperiri poſſint: Sicut in affectibus melancholicis, iis imprimis, qvi ex hypochondriis proveniunt, affectibus, jecoris, lienis, menſenterii, internas aperiri utilius eſt.

Qvomodo aperienda hæmorrhoides.

Aperiuntur autem externæ frictionibus cum foliis-ficus, pannis aſperis, hirùdinibus appoſitis, ſucco cepæ, ſucco centaurei, felle porcino, aut linteis his ſuccis imbutis. Internæ autem ſuppoſitoris & clyſteribus acribus &c.

Digitized by Google

Sed eorum profluvium ſemper mediocre eſſe debet. Hinc non temere Hippocrates in Epidemiis de hæmorrhoidibus, ita ſcriptum reliqvit: Qvibus hæmorrhoides profluunt, ii neqve pleuritide, neqve pulmonis phlegmone, neqve phagedena, neqve furunculis, neqve terminthis, pariter neqve lepra, neqve vitiliginibus albis corripiuntur. Cæterum non ſolum ea vis eſt hæmorrhoidum promanantium, ut à morbis imminentibus tueantur ac præſervent, ſed etiam ab iis, qvi jam invaſerunt, liberent.

6. *Epidemiis Sect. 5 Aph. 21.* Qvod palam qvoqve in Epidemiis Hippocrates iis confirmat verbis: Hæmorrhoides ab atra liberant bile, eò qvod per has ſimile profluat. Et in aphoriſmis, ubi in hunc ſcriptum reliqvit modum: Melancholicis & renum malo laborantibus hæmorrhoides ſuccedentes bonum ſignificant. Et ibidem rurſus: In inſanientibus ſi hæmorrhoides ſupervenerint inſaniæ ſolutio. Cùm itaq; hæmorrhoides non modo à futuris morbis tueri, ſed & à præſentibus jamjam infeſtantibus liberare qveant, diligenter ac ſedulo Medico cavendum erit, ne temerè easdem ſupprimat. Qvod niſi fecerit, multorum certe & eorum ſanè non levium morborum, qvibus ille, cui intempeſtivè & nullâ urgente neceſſitate ſuppreſſit, corripietur author erit.

6. Aph. 11.
6. Aph. 25.

Hæmorrhoides nō temerè ſupprimendæ.

Qvod dicimus, *Hippocrates* ſuo teſtimonio confirmat, qvi *in Epidemiis* ita inqvit: Multi intempeſtivè ab hæmorrhoidibus ſanati, prædictis morbis mox correpti ſunt, & fuerunt pernitioſi. Et *in Aphoriſmis*: Sananti diuturnas hæmorrhoidas niſi una relicta fuerit, periculum eſt aqvâ intercutem aut tabem ſuccedere. *6. Epidem. Sect. 3. Aph. 19.*

Nec diſſentit Cornelius *Celſus*, qvi *libro 6. cap. 18.* ſic ſcribit: atq; in qvibuſdam parum tuto ſupprimuntur, qvi ſanguinis profluvio imbecilliores non fiunt. Habent enim purgationem hanc, non morbum. Ideoqve curati qvidā, cum ſanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia & viſcera materia, ſubditis & graviſſimis morbis correpti ſunt. Porrò emanantibus hæmorrhoidibus medicus caveat, ne immodicum ſit earundem profluvium. Siqvidem ut aliæ evacuationes, ita qvoqve hæmorrhoides, ubi plus juſto profluxerint, virtutem vehementer dejiciunt, atqve interdum aqvæ intercutem, propter jecoris refrigerationem, qvæ comita-

Cavendum ne hæmorrhoides immodicè profluant.

Digitized by Google

comitatur, cauſa erunt. Qvod cum omnib9 ſit manifeſtum, non eſt, cur eâ de re copioſius diſſeramus, præſertim cum in libris Medicorum de Medendi ratione id pleniſſimè tractetur.

DE MENSIUM PROFLUVIO.

Menſium profluvii utilitas.

PORRO inter præſidia evacuatoria ſanguinis menſium profluvium qvoqve commemorantur: Per qvod, uti virorum corpora per hæmorrhoides, ita mulieres ſtatis temporibus expurgantur. Qvo fit, ut iis moderatè & legitimo tempore exeuntibus, ſanæ permaneant mulieres: Contra ubi præter naturam ſupprimuntur, hic haud dubio morbum pariunt; nec temere à nobis dictum eſt: præter naturam; Si enim naturaliter retinentur, nulla inde moleſtia aut noxia mulieri accidit. Naturaliter autem retinentur, vel ætatis ratione, qvod ſcilicet juniores aut ſeniores ſint mulieres, qvam ut illis emanare menſes poſſint. Neqve enim, utplurimum, ante qvartum decimum annum menſes erumpere ſolent: Deſinunt autem aliis qvinqvageſimo, aliis qvinqvageſimo qvinto, pauciſſimis ſexageſimo. Naturaliter etiam ſupprimuntur menſes iis, qvæ uterum geſtant, ac conceperunt: & extra conceptionem iis, qvæ lactant: Item ſaltatricibus, calidioris temperaturæ mulieribus, exercitiis utentibus, & agreſtibus. Qvicqvid enim in iis eſt excrementi, hoc totum validus calor, & exercitationis vehementia abſumunt. Non eſt igitur, cur in prædictis, & omnibus aliis, qvibus menſes naturaliter ſupprimuntur, medicus de evocãdis iis ipſis ſollicit9. Neq; enim ſit admodum conatus, eventus conatibus unqvã reſpondebit.

Naturaliter qvando retineantur menſes.

Præter naturam autem detinentur primum, qvæ juſto pinguiores, aut graciliores ſunt. Pingues enim cæteris mulieribus magis exangues ſunt, minimasqve & anguſtas valde venas habent. Graciliores autem, & ob diuturnum aliqvem morbum admodum extenuatæ, nihil ſupervacui ſanguinis obtinent, immò vix, unde alantur corporis partes, ſatis habent. Dein non profluunt menſes, qvibus ſanguis craſſus ac lentus eſt. Siqvidem is ob ſuam craſſitiem & lentorem uteri venas permeare non poteſt.

Deni-

Deniqve iis, qvibus per alia loca delatus vacuatusqve fuit, veluti per nares, aut ſedem, aut thoracem, aut ſectam aliqvam venam. Sunt etiam aliæ multæ ſuppreſſorum menſium cauſæ, qvas libens prætereo, qvod eæ ab aliis Practicis ſatis ſuperqve recenſentur; Cæterùm menſes non modo præter naturam ſuppreſſi, bonam corporis valetudinem deſtruunt: Sed & ubi plus juſto promanant, ut teſtis eſt in *Aphoriſmis Hippocrates*, ita ſcribens: ſi, inqvit, menſtrua immodicè fluunt, morbi accidunt. Et ſi ſupprimuntur ex uteri morbo eveniunt Qvocirca ſi immodicè manant conſtringenda erunt, ſin præter naturam, diutius qvàm par ſit retinentur, evocanda veniunt. In ſupprimendis & evocandis menſibus prudentem ſeſe exhibeat medicus neceſſe eſt, ne ſcilicet citius aut tardius qvàm conveniat ſupprimere conetur; Sunt enim ex mulieribus, qvibus natura etiam diutius menſes profluentes qvàm cæteris durent; Qvod diſertè *Hippocrates in Epidemiis* iis ſignificavit verbis: menſtrua, ait, humidis mulieribus diutius durant. Cum verò non citò prodeunt, intumeſcunt. Caveat etiam ne, ubi non oportet, evocare tentet. Ita enim non tantum ludet omnem operam, ſed ſe etiam aliis doctoribus ridendum exponet. Atqve de menſibus in præſentia ſatis: plura enim de iis loco jam citato in medendi Medicorum ratione invenient Studioſi.

5. Aph. 57.

6. Epidem. Sect. 1. Aph. 6.

F I N I S.

PHILIPPI GRÜLINGII
Tractatus Secundus
MEDICO-CHYMICUS
DE
SECUNDO IN MEDICINA UNIVERSALIS EVACUATIONIS GENERE
De
Medicamentis purgantibus, Clyſteribus Suppoſitoriis, Fotibus & Unguentis laxativis.

FRANCOFURTI & LIPSIAE,
Sumptibus Georgii Heinrici Frommanni, Bibliop.
Anno 1670.

VIRO
MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO
CHRISTIANO GUNTHERO FORSTERO,

JCTO CELEBERRIMO, SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO MAURITIO, DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ AC MONTIUM, LANDGRAVIO MISNIÆ, TURINGIÆ, SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIÆ, COMITI DE MARCA ET RAVENSBERG, DOMINO IM RAVENSTEIN ETC. A CONSILIIS AULICIS,

DOMINO PATRONO AC PROMOTORI SUBMISSE OBSERVANDO.

DEDICATIO.

QVanqvam juxta Scripturam, VIR MAGNIFICE NOBILISSIME, CONSULTISSIME, AMPLISSIME, ATQVE EXCELLENTISSIME DOMINE PATRONE AC PROMOTOR MAXIME VENERANDE, Qvanqvam, inqvam, poſt [illegible] dumProtoplaſtorum lapſum omnium malorum Lernam [illegible] livionis verſemur, adeo ſcilicet, ut vel Majorum noſtrorum Virtutum [illegible] vel eorundem benefacta, nobis relicti, facilè ventis, qvod dicitur tradamus, interim tamen non videndum, qvid fiat, ſed qvi fieri oporteat: Hinc, etſi [illegible] meus, penitus mihi olim dilectus, & Spartâ, qvam nactus erat, qvàm [illegible] defunctus hic eſſe ante aliqvot annos deſierit, & penè ingrato mundo e memoria qvaſi penitus exceſſiſſe videatur; Non tamen virtualiter omnino [illegible] ſepultus & ad extremos memoriæ terminos relegatus, in pace qvieſcit, ſed redivivus quaſi ex qvondam benè elaboratis laboribus novam aſſumſiſſe [illegible] mam, ſeq; toti mundo per ſcripta, qvæ jam dicuntur poſthuma, [illegible] Gregius ille Senium præſens exhiberi videtur. Qvod verò [illegible] ratione fieri non potuit, qvàm ut ego Filius beneficiorum parentalium non immemor, ejus artis (adſit venia dicto) Profeſſor editum inter vivos Opus in ſcenam ipſe producerem, totiq; mundo literario exponerem. Verum cum moris non obſoleti, ut ſic loqvar, nec antiqvandi, qvaliſcunq; etiam farinæ Opus cuidam vel Patrono vel ſecretioris amicitiæ Cognato dedicare; Hinc non dubitavi [illegible] dictum Opuſculum Parentis mei Poſthumum VESTRAE MAGNIFICENTIAE AC NOBILITATI ſub titulo humillimæ Dedicationis offerre, totumqve [illegible] Qvæ vero dicat VESTRA MAGNIFICENTIA impellit Virum ratio? adeo [illegible] ſatis videor idoneus, cui tantillum, ut videtur Opuſculum, obtruditur? [illegible] MAGNIFICE AC NOBILISSIME DOMINE PATRONE, multæ me, [illegible] tento, tentandi ſtringunt cauſæ. Primum enim elaborandum a Cordatis maximè eſt, ut ne Virorum de Patria benè meritorum Memoria, Nomen & [illegible] ria penitus deleatur, ſed ſubinde ipſorum Benefacta & Geſta in memoriam noſtram revocentur; ſicuti ſanè VESTRA MAGNIFICENTIA tantæ Prudentiæ tantæq; Sapientiæ hic reliqvit veſtigia ut non poſſimus non uno ore omnes deprædicare facta præcellentiſſima. Huc accedit Specialis Singularisqve [illegible] B. Parentem meamqve tenuitatem nunqvam non ſatis [illegible] beneficiorum collocatio, qvorum qvippe ſi numerum [illegible] vel Heſperus ante clauderet Olympum. Qvid [illegible] in omnes Literatos vero affectu? qvi ſanè non cuivis [illegible] luto finxit præcordia Phœbus, datus mihi perſvaſum eſt. Erat enim VESTRA MAGNIFICENTIA, ut ne in os laudem, omnimodâ qvaſi Literaturâ [illegible]

ut

[illegible] ubi Juris-Conſultus deſinebat, ibi Theologus & Medicus incipiebant, atqve de ratione ſincero complectebatur affectu, qvi vel unis horum ſtudiorum ſtudio verè erant addicti; His inqvam rationibus & motus ego, ut ad nauſeam usqve repetam hujus, qvod manibus teritur, Operis VIRO VERO Muſarum EPHORO & MECENATI [illegible]um condicere non in dubium vocavi; Elegi ergo VESTRAM MAGNIFICENTIAM, NOBILITATEM ATQVE AMPLITUDINEM ſatis [illegible] ac lubrius, cui Poſthumum ceu Titulus inſcribitur Opus, eâ videlicet ratione ac fundamento tribuam offeramqve ut tam VESTRA MAGNIFICENTIA ſui memoriam nullo omnino modo obliteratum iri certo ſibi perſuadeat, ſed in animis gratorum & penitus [illegible] ibi dictum putet. Tum etiam ut meam tenuitatem ſuo maximo coq; antiqvo favore dignari ne deinceps gravetur. De cætero VESTRÆ MAGNIFICENTIÆ ex intimis animæ receſſibus de DOMINORUM FILIORUM Grandibus honoribus non ſolùm lætor & gaudeo, ſed apprecor etiam ex penitioribus, qvod dicunt, penetralibus, qvævis Majora qvà Animam, qvà Corpus emolumenta, Arbori autem tanqvam totius Reipubl. Literariæ Fundamento perennem proſperitatem & nunqvam intermorituram, ſi modo rectè dixero, [illegible] aliàs vitæ miſeræ, vivacemqve proſperitatem, devotè interim commendans, qvos volui ſupra Providentiæ divinæ ſcuto me vero VESTRÆ MAGNIFICENTIÆ, Totiqve Nobiliſſimæ Proſapiæ in ſempiternam κατ' [illegible] mei memoriam ſicut ego dum vixero [illegible] τε παὶν τε eſſe laborabo

[illegible] Stolbergæ Cheruſcorum [illegible] Calendis Augusti Anni à [illegible]nato CIↃ IↃC LXX.

VESTRÆ MAGNIFICENTIÆ, NOBILITATIS, EXCELLENTIÆ ATQVE AMPLITUDINIS

Conſtantiſſimus Cultor
PHILIPPUS GERHARDUS GRUIINGIUS
Conſul & Phyſicus Stolbergæ
Cheruſcorum

)(2 PRÆ-

PRÆFATIO AUTORIS
AD BENEVOLUM LECTOREM.

APud *Hippocratem* generaliter morbi *illud quod noxium eſt* dicuntur, atqve illud *prout convenit* evacuare jubet divinus ſenex. Qvanqvam verò non unus evacuandi noxium illud ſit modus, paſſim ab Hippocrate traditus, ille tamen, qvi per purgantia abſolvitur omnium freqventiſſimo uſu antiqvioribus Medicis ex inſtituto Coi Dictatoris receptus videtur. Hippocrati propterea pharmaca hoc eſt Purgantia ac inter illa Helleborus multo uſu fuere nobilitata, cum in finem ille materiam prius præparari vult, ut eo melius purgari deinde poſſit, adeoq; ſtudioſè inculcat omnia, qvæ ad purgationem reqviruntur. Neqve hoc alienum eſt, a medēdi methodo, ſi qvidem Indicatio hæc Indicata talia & purgantia reqvirit. Qvo Natura fert eò duci debet præceptum Hippocratis eſt, ſed nonne ut plurimum vitioſam materiam ad inteſtina amandat provida illa ſui conſervatrix concitato ſpontaneo eorum fluxu, ergo eò etiam duci debet. Hinc ut videre eſt apud *Cornelium Celſum*, iis temporibus multis Sponte fluxit alvus ſæpiusculè, id qvod bonum non ſine causa judicavit Coiīnus ille *Hippocrates.* Maximam itaqve partem Methodi noſtræ conſtituit genuina purgantium adminiſtratio, qvam nunc bono cum DEO explicandam aggredior.

INDEX CAPITUM
hujus Tractatus.

De Concoctione & quot ejus differentiæ?

Quæ ante purgationem maxime necessaria sit præparatio?

Quid Concoctio, & quot ejus differentiæ?

De Medicamentis digeſtivis.

De Tartaro ejusq; genitura, origine virtutibusq; uſu.

De uſu Spagyrico Tartari

De Tartaro Vitriolato fixo, Magiſterio vel acido Tartari.

Obſervationes.

Vires & Uſus Tartari Vitriolati.

De liquore Tartareo Vitriolato.

De Cryſtallis ſive Sale Eſſentiali Tartari.

De cæteris digeſtivis chymicis.

De præparantibus pituitam in capite, Thorace, Corde, Stomacho, Epate, Liene, Renibus & utero.

De præparantibus ſeu digerentibus magis compoſitis.

De purgatione.

De expurgatorum humorum Obſtructione.

De purgationis quantitate.

De tempore administratione purgantium.

De medicamentis evacuantibus.

20. De purgantibus Univerſalibus, quæ hodiè Panchymagoga: Hologoga vel etiam Polychreſta dicuntur.

21. De Panchymagogo Vegetabili vel Catholico Theophraſti.

22. De Manna.

23. De Tamarindis

24. De Sebeſten.

25 De Aloe.

26. De Succo roſarum.

27. De Succo Violarum.

28. De Myrobalanis Citrinis.

29. De Therebinthinâ.

3[illegible]. De Rhabarbaro.

31. De Scammonio.

32. De Semine Carthami

33. De Polypodio.

34. De Myrobalanis.

35. De Agarico

36. De Colocynthide

37. De Elaterio.

38. De hermodactylis.

39. De Sambuco & Ebulo.

40. De radice Turpeto.

41. De Mechoacannâ radice.

42. De paſſulis.

43. De pſyllio.

44. De prunis.

46 De

INDEX CAPITUM.

45. De Epithymo.
46. De fumo terræ ſeu fumariâ.
47. De Sero lactis.
48. De foliis Senæ.
49. De Helleboro nigro.
50. De Sagapeno.
51. De Ammoniaco.
52. De Lapide Armenio.
53. De Lapide Lazuli.
54. De floribus perſicis.
55. De Aſaro.
56. De Gummi Gutte.
57. De Gummi Gutte roſata.
58. De radice Gialappæ.
59. De magiſterio Gialappæ.
60. De Soldanellâ.
61. De Succo Iridis.
62. De Mezereo.
63. De Bryoniâ.
64. De Eſulâ minore.
65. De Cremore ſeu Cryſtallis Tartari.
66. De Vomitivis.
67. De vitriolo albo Vomitivo.
68. De Mercurio dulci.
69. De ſignis apparentibus à vomitu rite expedito.
70. De compeſcendo Vomitu nimio in Hyper Catharſi.
71. De Clyſteribus.
77. De Suppoſitoriis.
73. De Oleis, Unguentis, Linimentis & Potibus quibusdam laxativis.
74. De Unguentis purgantibus.

DE

PHILIPPI GRÜLINGII
TRACTATUS SECUNDUS
MEDICO-CHYMICUS
DE
Secundo in Medicina Univerſalis Evacuationis genere.

DE CONCOCTIONE ET QVOT EJUS DIFFERENTIÆ?

EXpedito primo vacuationis univerſalis Genere, ad alterum nobis tranſeundum erit nempe Purgationem: Sed anteqvam de ipſa aliqvid dicamus, paucis de Concoctione & qvot ejus differentiæ, qvæ maximè neceſſaria ante purgationem, diſſerere licet verbis.

QVÆ ANTE PURGATIONEM MAXIME NECESSARIA SIT PRÆPARATIO?

QVi purgans medicamentum convenienti horâ eſt ſumturus, is unicè ſtudeat, ut ad purgationem ſit idoneus.

Idoneus autem erit, ſi humores redundantes, & à medicamento purgante trahendi, tenues fuerint, omnisqve tenacitatis lentorisqve expertes, & meatus omnes, per qvos hujusmodi humores tranſire debent, aperti. Ineptus contra erit, ubi redundans vitioſus ſuccus craſſus & lentus exiſtit, meatusq; , per qvos noxius ille ſuccus purgandus erit, haud patent. Qui igitur ad purgationes inepti ſunt, hos medicus paratos & idoneos reddere debet, id quod bifariam fieri poteſt. Uno modo, ut humores craſſi exte- *Duo præparationis modi.*

nuentur & tenaces incidantur, adeoqve fluxui parati reddantur. Utendum igitur in hoc tum cibis, tum medicamentis, qvibus extenuandi & incidendi facultas ineſt, de qvibus *Galenus* peculiarem exaravit librum, *& libr. 8. Therap. meth. cap. 4.* de iisdem copiosè tractat. Non verò ſimplicibus tantum medicamentis, ut ſunt hyſſopum, origanum, calamintha, pulegium & ſimilia, ſed & compoſitis, ut Oxymelite ſimpl. & compoſ. Oxymel. ſqvil. cum Syrup. acetoſ. ſ. & compoſito & multis aliis, qvorum hodiè magna in officinis eſt copia, utendum eſſe conſtat.

Alter præparationis modus eſt, ut meatus corporis, per qvos humores, qvi purgandi ſunt, tranſibunt, reſerentur & aperiantur, adeoqve corpus fluidum fiat. Si enim illi minimè pateant, & obſtructi fuerint, per eos humores noxii tranſire neqveunt. Reſerandi itaq; erunt per ea, qvæ illos detergent, & obſtructione liberant medicamenta, corpusq; cibis humectantibus, ac balneis meatus corporis laxiores efficientibus fluidum faciendum juxta Hippocratis in Epidemiis conſilium, inqvientis: Si volueris ut is, qvi helleborum bibit, celerius purgetur, ut lavet, aut comedat, præcipe. Et iterum; Qvi ad Ellebori ſumptionem non facilè ſurſum purgantur, horum corpora ante potionem præhumectanda ſunt, uberiore cibo atqve potu, cum quiete. Et uno verbo: corpora ubi qvispiam purgare vult, fluida faciat oportet juxta *Hippocr. aphor. 9. lib. 2. & 67. lib. 7.* Id qvod efficiet, ubi humores tenues, nulloqve lentore præditi, & meatus corporis aperti fuerint; Qvod ſatis in commentariis hujus Aphoriſmi teſtatur *Galenus*, ita ſcribens: Erit fluidum corpus, omnibus qvidem meatibus reſeratis, humoribus verò inciſis, deterſis & extenuatis, ſi quis modo humor in corpore craſſus, ac lentus fuerit. Cùm itaque duo in univerſum ſint præparationis ante purgationem neceſſarii modi, nempe craſſorum & lentorum humorum attenuatio, abſterſio, & inciſio, meatuumqve apertio, omnibus perſpicuum evadit, ubi meatus corporis, per qvos humores purgari debent, aperti ſunt, & humores tenues, nullâ opus eſſe præparatione. Qvapropter bilioſi humores, cùm ſuâpte naturâ tenues ſint, adeoque ad vacua-

6. Epidem. Sect. 5. Aph. 28. 4. Aph. 13. 5. Aph. 10.

Digitized by Google

cuationem maximè qvæ per medicamenta purgantia fit, faciles & expediti, modo viæ & meatus, per quos tranſire debent, recluſi ſint, præparationem nullã reqvirunt, niſi forſan, ſi bilis acrimoniã ſua nimis laceſſat corpus, acredo excedens, nonnihil mitiganda fuerit. Hinc eſt qvod *D. Galenus libro decimo quarto Ther. Meth. cap. 17.* inter cætera ſic ſcriptum reliqverit; flavæ bilis vacuatio facilis eſt: Pituitæ verò, ac potiſſimum ejus, qvæ craſſior & glutinoſior eſt, item nigræ bilis difficilior. *Hippocrates* qvoq; *in libr. de humana natura* bilis evacuandæ facilitatem ſatis innuit, dum qvodvis medicamentum purgans poſt familiarem & cognatum ſibi humorem, flavam bilem ſtatim trahere ſcribit, qvod ſcilicet ductu facillima ſit. *Galenus* deniqve *lib. 3. Progn. commun. 15.* humores corporis calidiores tenuioresqve, qvales ſunt bilioſi, paratiſſimos eſſe ad extractionem tradit.

Qvod ſi verò meatus, per qvos bilis duci debet, obſtructi ſint, certè ea operatione, qua illos aperit, & reſerat, opus erit.

In bilis abundantia quibus Ad eam verò viam pro bile parandam, nõ adhibenda ſunt vehementer calida, quòd illa bilis copiam augeant: Sed ea potius, qvæ habent facultatẽ extenuandi, abſtergendi, & reſerandi citra vehementem calorem, ut eſt in ciborum genere ptiſana, in medicamentorum cichorium, intybum, ſemina peponum, & cucumerum, item ſerapium acidum ſimplex, oxyſaccharum, & id genus alia. *medicamentis meatus reſerandi.* Non parum etiam ad relaxandos corporis meatus balneum aqvæ dulcis conducit, ut comprehenſum eſt. Ex iis omnibus perſpicuum fit, *Avicennæ* verba *Fen. 1. Can. 4. tract. 1. cap. 7.* de intentione ad curationes univerſales febrium putredinis docentis ſubtilem ſeu tenuem humorem eſſe incraſſandum, & lentum incidendum neqve ſimpliciter ad præparationem, neqve etiam ad concoctionem noxiorum humorum, ac morbi poſſe referri, adeoq; meritò tanqvam à veritate abhorrentia, ab Averroe & aliis quibusdam eſſe reprehenſa.

Ad concoctionem morbi non poſſe referri, ſeqventi capite monſtrabimus; Nunc tantum de præparatione dicemus, qvæ ſolius eſt craſſi & tenacis, ut oſtendimus, humoris. Nam is, ut commodè purgari poſſit, extenuantibus & incidentibus tum cibis, tum medica-

Digitized by Google

dicamentis eſt præparandus. Humor autem tenuis cum ſuâpte naturâ ad evacuationem ſit facilis & expeditus, ut facilius & promptius purgetur, nunqvam à Medico incraſſandus erit. Qvanto enim ſubtilior eſt, tanto facilius à purgante medicamento trahitur, qvod tum ratio ipſa, tum experientia ſatis confirmant. Qvum itaqve *Avicenna* in purgationibus qvoqve opus eſſe dixerit, ut tenues humores incraſſentur, meritò ab *Averroe* eſt reprehenſus iis qvidem verbis: *Avicenna* jubet in morbis à tenuibus humoribus genitis, concoctionem præcedere, qvam hoc pacto definitam tradidit: Concoctio tenuium eſt eorum incraſſatio, craſſorum verò extenuatio. Verum enimverò facilius humores tenues purgabuntur craſſis. Unde nonnullis præſcriptum eſt medicis, ſe nunqvam purgans medicamentum exhibuiſſe, quin flava bilis evacuaretur. Leniſſimam enim & tenuiſſimam eſſe, cæteros autem humores ſeqvi. Qvod idem ſenſus tibi indicat, tenuiora ſcilicet craſſioribus promptius purgari. Hæc *Averroes*. Maximo igitur errore *Avicenna* retulit in univerſum ad omnem evacuationem, adeoqve etiam ad eam, qvæ per purgantia ſit medicamenta, qvæ ad peculiares, eas nimirum, qvæ per ſternutamenta, aut tuſſes fiunt, duntaxat pertinent. Nam cum ſternutamentum & tuſſis non fiant, niſi per plurimum & vehementem ſpiritum celerrimè foras erumpentem, qvi impetu ſuo explodit ea, qvæ in naribus & reſpirationis meatibus contenta ſunt: neceſſe eſt, ut ea, qvæ per illa vacuantur, neqve lenta & craſſa neqve tenuia admodum ſint. Qvæ enim lenta & craſſa ſunt, adeò naribus & arteriæ inhærent & impacta ſunt, ut ab iis facile evelli & abſtergi neqveant. Qvæ tenuia ſunt, hæc ſublevata, inter ſternutandum & tuſſiendum à ſpiritu diviſa retro fluunt, ut copioſius *libro quarto de Laborantibus locis*, *capite nono*, *Galenus* docet. Cùm igitur ea, qvæ ſternutamentis aut tuſſi expellenda, & vacuanda ſunt, craſſitudine qvadam participare neceſſe ſit, ut ea, qvæ ſupra nondum tenuia ſunt, aliqva ex parte etiam incraſſentur, oportet. Non etiam pellenti, omnino obſiſtere, adeoqve violenter & tenaciter inhærere debent, quocirca ſi lentore ac craſſitie participant,

Digitized by Google

cipant, extenuantibus & incidentibus medicamentis attenuanda & incidenda veniunt.

Qvid multa? quæ hac ratione vacuanda ſunt, eſſentiæ mediocritatem habeant neceſſe eſt. Quapropter rectiſſime de iis *Avicennæ* dictum, quo præcipit tenues humores incraſſandos ac craſſos & lentos extenuandos eſſe, intelligitur. Malè autem ad eam expulſionem vitioſorum humorum, qvæ per medicamenta purgatoria fit, torquetur. Hæc enim non aëris impulſu ad quem debita ejus, qvod paritur, reſiſtentia requiritur, qvæ in mediocritate certæ eſſentiæ conſiſtit: Sed attractrice purgantis medicamenti, & expultrice facultate perficitur. Qvantò itaqve humor tenuior, ac mobilior fuerit, tantò faciliùs à medicamento purgante per anguſtos meatus trahitur, ac ſubinde expeditius expellitur. Errandi autem occaſionem *Avicennæ* haud dubiè *Galeni* locus, ab eo parum recte intellectus, præbuit, qui eſt *in libello de conſtitutione artis medicæ*, ubi non obſcuris verbis inqvit, craſſum & lentum humorem eſſe attenuandum, tenuē vero incraſſandum. Verum ſi locum illum *Galeni* intentis oculis conſpexiſſet *Avicenna*, non de iis, qvæ è corpore per medicamenta ſunt vacuanda, ſed de iis potius, qvæ in eo manere debent, adeoqve in ſtatum naturalem redire poſſunt, intelligendum eſſe animadvertiſſet. Nam ita ſonat textus: Qvod in naturalem ſtatum redire poteſt, contrariis alterare oportet, craſſum qvidem & lentum, attenuando, tenue vero incraſſando. Verbi gratiâ, ubi humores in capite præ nimia ſua tenuitate in thoracem deſtillant, incraſſari debent & in naturalem ſtatum, ut deinceps deſtillare non poſſint, reduci. Pari modo, ſi pituita plus juſto craſſior fuerit, attenuari debet, & in naturalem ſtatum reduci, ut ſubinde cocta in ſangvinem mutari poſſit. Sed tamen ut per ſingulas humorū noxiorum in ſpecie breviter eamus; *bilis flava* cum ratione primarum qualitatum calida & ſicca ſit, poſtulat moderatè frigida & humida, ac licet omnia humida non ſint, qvia tamen frigidâ ſua temperie calorem, qvi frequentiſſimè moleſtat, remittunt, & exſiccationem ulteriorem prohibent, ita per accidens humectant. Ratione verò ſecundarum qvalitatum bilis hujus tenuitas nullam incraſ-

Avicennæ errandi occaſio.

Galeni locus enarratur.

craſſationem requirit. *Bilis vitellina, porracea, æruginoſa, & cærulea* non ſolum qvælibet calida & ſicca eſt, ſed etiam ex aduſtione ferè pronaſcitur omnis, eoqve modo jam craſſior facta eſt, præter frigidas & humidas qualitates humoris craſſi, quas deſiderat, præparari vult quoqve iis, qvæ ſunt tenuiorum ſimul partium, ut etiam in poros ſeſe inſinuare & partes illius compactas divellere poſſint. *Pituita* reſpectu primarum qvalitatum vel eſt frigida & humida, ut: *inſipida, acida, ac vitrea*, qvæ corrigenda eſt calefacientibus & exſiccantibs: vel calida & ſicca: ut *ſalſa pituita*, & hæc præparanda ut biliis, admixtis tamen qvæ pituitam reſpiciunt. Reſpectu ſecundarum qvalitatum, omnis pituita craſſa eſt, lenta & glutinoſa, hinc attenuantia, incidentia & detergentia illã commodè præparant.

Melancholia duplex eſt, aduſta & non aduſta. Hæc ſuâ naturâ frigida, ſicca & craſſa eſt, propterea moderatè calefacientibus, humectantibus & attenuantibus ad evacuandum apta redditur. Illa verò, quæ atrabilaria dicitur, non ſolum calida, ſed etiam valde ſicca & craſſa habetur, unde multùm humectantibus & attenuantibus amica eſt. Atqve hæc de præparatione, qvæ arte fit, adeoqve à concoctione, quæ à natura perficitur, ut in ſeqventibus oſtendemus, dixiſſe ſatis eſt.

QVID CONCOCTIO, ET QVOT EJUS DIFFERENTIÆ?

Crudi humores non purgandi. PUrgans medicamentum à medico temerè nunqvam eſt propinandum, niſi ubi humores vitioſi morbumqve excitantes concocti. Siqvidem poſt concoctionem naturam ipſam habemus adminiculantem, utpote qvæ tum humores diſcernit, & redundantias excernit. Ut non abs re *Hippocrates in Aphoriſmis* *Aphor. 22.* ita præceperit: Concocta purgante medicamento educere, & ea, qvæ non ſunt cruda, movere oportet, neqve in principiis morborum, niſi humores turgeant. Magna verò ex parte non turgent. Ut igitur, quæ cruda, quæ item concocta ſint, cognoſcamus, qvid concoctio ſit, & qvot differentiis conſtet, oſtendamus neceſſe eſt.

Concoctio itaqve *Ariſt. lib. 4. meteor.* *Concoctio qvid?*

Digitized by Google

meteor. cap. 12. authore, eſt perfectio, quæ à naturali proprioqve calore ex oppoſitis fit paſſivis, qvæ ſua cuiqve materia exiſtunt. Vel brevius & clarius: Concoctio eſt actio quædam naturalis caloris in qvalitates, quæ patiuntur. *Galenus* & eum ſeqventes Medici concoctionem definiunt, eſſe alterationem ab innato corporis calore factam. Atqve hæc perſpicua atqve clara definitio & perfecta, ut qvæ ſingulas partes complectatur, qvæ certè eodem *Galeno lib. 1. Epid. ſect. 2. conſtitution. 3. commentar. 41.* teſte, gemina exiſtit; Una qvæ eſt alimentorum, & eorum, qvæ ſecundum naturam ſe habent.

Concoctio duplex.

Hanc *Galenus libr. 3. de naturalib. facultatibus* ita definit. Concoctio eſt alteratio in propriam ejus, qvod nutritur, qvalitatem. Et *in libro de Sympt. differentiis*, cibi alimentive in qvalitatem animanti familiarem permutationem eſſe tradit. *Libro autem primo Epidem. commentar. 2. aph. 44.* concoctionem incoquentis ejus, qvod concoquitur, ſubſtantiam qvandam eſſe deductionem ſcribit. Qvæ qvidem definitio cum prioribus in idem recidit. Hæc Græcis propriè πέψις dicitur, & Latinis privata concoctio nominatur. Ejus autem tres ſunt ſpecies. Una, qva cibus in ventriculo concoquitur: & à *Petro Guiſſovio epiſtol. diſſert. pag. 15.* ita deſcribitur: qvod ſit digeſtio aut fermentatio, qvâ alimentorum heterogeneæ particulæ ſoluto mixtionis vinculo in novas ſubiguntur moleculas ſive in alia materiæ ſchemata, animati nutricando idonea, impuri verò ſeparationem & excretionem famulari diſtributioni coctorum alimentorum. Altera, qva inibi generatus ſuccus, in jecore & vaſis (ex vulgi qvidem ſententia, cum potius juxta *Cll. Thom. Bartholinum, Pecquetum & Hornium* hepar exauctoratum δουλευτικῶς miniſterialiter tantum ad ſangvificandum concurrat, principalem verò operam cor deferat omnem. Imò hoc maximè advertendum eſt, qvod chyli non qvippiam ad epar deveniat, ſed potius per venas lacteas in inteſtinis & meſenterio radicatas, & ductum, cui inſeruntur lacteum thoracicum, in ſiniſtram ſub claviam venam terminatum, chylus omnis ad cor tantum deputetur. *vid. epiſt. reſponſ. Bartholini ad Horſtium, illiusq; tract. de vaſis lacteis*

πέψις.

ctis thoracicis, nec non meſſem auream triennalem Sibaldi Hemſterhuis.) in ſangvinem mutatur. Tertia, quâ ſangvis in ſingulis partibus corporis in idoneam alendæ partis ſubſtantiam mutatur. Qvæ in iſta concoctione, alterationeve in ventriculo & jecore ac corde potius exqviſitam elaborationem non ſunt adepta & citra ſangvinem ſubſtiterunt, cruda vocantur. In habitu autem totius corporis cruda ſunt, quæ elaborationem nullam: ſemicocta quæ imperfectam ſecuta ſunt. Sangvis itaq; pituitoſus & lentus revera crudus & ſemicoctus exiſtit, qvod caro ex ea tumida, aqvoſa, flatulenta, in ſumma, alba & pituitoſa procreetur, ac ſpecies hydropiſis, qvam ob id λευκοφλεγματίαν appellant, non rarò ſubſeqvatur.

Cruda quæ ſemicocta.

λευκοφλεγματία.

Cruda itaqve ſunt, qvæ in ventriculo nullam prorſus alterationem, aut imperfectam, qvæ tamen propriè ſemicocta nominatur, acceperunt.

Crudi humores.

Crudi ſunt, qvi in jecore vel maximè corde aut habitu totius corporis nullam alterationem ſunt experti, aut perfectam elaborationem non attigerunt humores, qvi tamen ſemicocti propriè appellantur. Crudi ſunt igitur omnes humores generatim, qvi citra ſangvinem bonum ſubſiſtunt: ut *lib. 4. de tuenda ſanitate capit. 4.* fuſius monſtrat *Galenus.* Tales autem ſunt frigidi & pituitoſi, ut loco jam citato & multis aliis locis *Galenus* oſtendit. Unde perſpicuum evadit, bilioſos humores non eſſe hac ratione crudos, qvod nimirum exceſſu caloris, atqve ex ſangvine ſupra modum juſtum percocto, adeoque aſſo & exuſto fiant; non igitur hanc concoctionem primam, de qua nunc loqvimur, reqvirunt, ſed ſolus ſangvis, & humor ut in ſangvinem mutetur idoneus. Cæterum cruda quæ in ventriculo hærent, qvod illis non ſit per anguſtas vias transeundum, etiam priusqvam concocta fuerint, educi poſſunt. Et præſtat illa, priusqvam in habitum totius corporis traducantur, educere. Hinc eſt qvod *Galenus* unicum cruditatis officium vel remedium *lib. 1. de Alimentorum facultatibus* ait: ſi ea, qvæ cruda ſunt, per alvum ſuccedant. Cruda verò, qvæ inprimis viis, ut vulgò vocant, jecore & aliis vaſis hinc in univerſum corpus diſtributis, & in habitu totius corporis ſunt,

Bilioſi humores non dicuntur crudi.

Cruditatis remedium.

Cruda purgantibus medicamentis non vacuanda.

Digitized by Google

ſunt, medicamentis purgantibus vacuanda non ſunt. Cujus quidem rei cauſam recenſet *Galenus lib. 4. de Tuenda ſanitate, cap. 5.* in hunc ſcribens modum. Dejectio, *inqvit*, in iis, qvibus plurimi crudi humores in venis ſunt, tormina, cruciatusqve circa umbilicum, torſionesve creat, animiqve deliqvia, cum eo qvod notatu dignum qvippiam educit: qvando crudi omnes humores, pigri atqve ad motum Inepti propter craſſitiem frigiditatemqve ſunt. Qvo fit, ut etiam omnes anguſtas vias obſtruant, per qvas id, qvod medicamentum dejicit ferri ad alvum debeat: itaq; nec ipſi educuntur, & aliis ſunt impedimento. Id quod ſanè *Hippocrates* illo oraculo præcavit, qvo breviſſimè præcipit: Concocta Medicamenta tentanda eſſe, non cruda. Ea de cauſa nec exercitare, nec omninò movere, ſed nec lavare expedit eos, qvi in primis venis crudorum copiam habent, ſiqvidem omnes id genus motus ſuccos illos in totum corpus perverſe agunt. Servandi igitur hi ſunt in omni qviete, dandaq; ipſis cibus, potio, medicamenta, ſintq; ſingula ejus generis qvæ attenuent, diſſecent, & conficiant ſuccorum craſſitudinem, idqve citra manifeſtum calorem. Nam qvi excalefacti vehementius ſunt ſucci, hi in omnem corporis partem feruntur. Ergò nutrices hos maxime oxymellite aliqvando etiam ptiſanæ & mulſæ exiguo qvopiam. Suſtinent enim ii victum, ſi modo ulli alii, tenuem, ipſa nimirum crudorum humorum copia, qvos paulatim concoqvunt, ad corporis alimentum abutentes. Hæc ille. Atqve hæc qvidem de prima, qvæ propriè concoctio dicitur, dixiſſe, ſatis eſt. Altera eſt eorum, qvæ præter naturam ſunt. Et hæc qvidem non eſt niſi humorum morbum efficientium alteratio, atqve *Hippocrate in Epidem.* & *Galeno* πεπασμὸς, Latinè maturatio, diſcriminis gratia nominatur. Cocta itaqve de hac ratione *Hippocrati* & *Galeno* appellantur, qvæcunqve à natura ipſa evicta ſunt. Cruda verò, qvæ non ſunt evicta. Verum eſſe qvod affirmamus, teſtatur *Galenus lib. 1. Epid. Com. 2. Aphor. 44.* inqviens: Ut concoctiones fiunt natura morboſas cauſas evincente: Sic non evincente contraria. Et *lib. 2. de Vict. acutor. morbor. Com. 44.* ubi ita ſcriptum reliqvit: Concoctio eſt, ubi

Altera concoctio, πεπασμὸς. Maturatio.

Cocta.

Cruda.

Libr. Epidem. 1. comm. 2. Aph. 44.

ubi natura cauſis fortior fuerit eaſqve ſuo robore permutaverit. *Ibidem* qvoqve diſerte docet, cocta eſſe, qvæ à natura ipſa victa ſunt: cruda contrà, qvæ minimè. Hac ratione pus in phlegmone, quod à natura evictum eſt, concoctum vocatur, etſi pars nulla ex pure alatur, qvemadmodum ex crudis & pituitoſis, ubi concocti fuerint, humoribus aluntur; Eâdem ratione & urinas crudas concoqui dicimus, etſi corpus ex coctis urinis ali non poſſit: ita ſputum qvoqve crudum vel coctum appellamus. Ad hunc qvoq; modum deſtillationem, gravedinem, ichores, & humiditates, qvæ in lippitudine emanant, aut crudas, aut concoctas eſſe dicimus. Hoc deniqve modo bilioſos humores crudos, vel coctos eſſe pronunciamus. Et *Galenus* quidem loco paulò ante citato, crudam bilem ſuis notis pingit, qvemadmodum etiam concoctam, inqviens; Cruda qvidem bilis flava eſt, & acris, & malè olens. Cocta verò & pallidior & nimium malè olens. Ut hinc palàm fiat, hanc alteram concoctionem nihil aliud eſſe, niſi dominatum & victoriam naturæ in humorem noxium ſive putridum, ſive non putridum. Ex hac itaqve concoctione id conſeqvitur natura, ut humorem illum, qvi antea parum obſequens fuit, nunc gubernare, ac pro ſuo arbitratu excernere poſſit.

Proinde omnis humor, qvi excernendus venit, antea concoctus ſit oportet, qvod tantiſper, dum crudus eſt, & à natura nondum evictus, vacuari commodè non qveat. Concoctus autem, & tanqvam ſubactus ac domitus, nullo, aut ſaltem minore negotio à vacuante medicamento profligatur & exhauriatur. Hanc igitur concoctionē non ſolùm pituitoſi, ut priorem, ſed & bilioſi exigunt humores. Qvapropter libenter admodum concedimus, flavam bilem, non obſtante qvod natura tenuis ſit, concoctionem hanc alteram requirere. Niſi enim prius à naturâ evicta ſit, medicamentis purgantibus, & vacuantibus etiam aliis commodè educi neqvit. Hac vero ratione cocta, & veluti ſubacta & edomita, naturæqve obſequens reddita, absqve ulla moleſtia minoriqve negotio & convenientia vacuationis loca à purgante medicamento trahetur. Nam niſi in eum edomita fuerit modum, ſua acrimonia erodet atqve,

An flava bilis egeat concoctione.

atqve excoriabit, fœtoreqve ſuo, & ſapore moleſta erit. Atqve univerſum iſta, quæ dicimus, forte quiſpiam ita inſtabit: Flava bilis ex tali concoctione craſſior evadet, & ſic ægrius expelletur. Craſſiorem autem evadere inprimis teſtatur *Ariſtoteles lib. 4. meteor. cap. 2.* ubi non obſcuris verbis ea, quæ concoqvuntur craſſiora arctioraq; reddi ſcribit. Item *Alexander Aphrodiſeus* in univerſum omnia, quæ concoqvuntur, ex tenuibus craſſiora evadere teſtatur.

Quin etiam *Galenus lib. de totius morbi temporibus* aſſerit, tum ſaniem ipſam, tum urinam, tum ſputum, item lippitudinem, humoresqve, qui è cerebro in palatum & nares deſtillant. Deniqve omnia excrementa initio atqve dum cruda adhuc ſunt, aquea & tenuia eſſe: qvum vero proceſſu temporis concoqvuntur, craſſiora & pauciora evadere. Qvibus omnibus & ratio & experientia ipſa ſubſcribit, qvæ omnia, qvæ concoqvuntur, & à calido patiuntur, humido nimirum evaporante, & qvod tenuius eſt abſumpto aliqvo modo craſſeſcere docet atq; teſtatur. Fatemur itaq; ea, qvæ à natura evicta concocta ve ſunt, neceſſario craſſiora & pauciora evadere, qvandoqvidem concoctio ipſa, ut etiam *Galen. lib. 4. de ratione victus in morbis acutis* fatetur, cogat, & incraſſet. Adeò ut recentiores Medicos plurimum hallucinari conſtet, propterea qvod concoctionem, vel, ut ipſi loqvuntur, digeſtionem, qvum id, qvod craſſum eſt, attenuatur, fieri ſtatuant. Errandi autem occaſionem iis, qvi craſſi concoctionem, cum ejus ſubtiliatione (ita enim loqvuntur) fieri cenſent, *Avicenna* præbuit, qvi ut antea oſtenſum eſt, *Galeni* locum malè intellectum, ad concoctionem eorum, qvæ præter naturam ſunt, adeoqve habitum in corporis redire neqveunt, perperam detorſit. Nam etſi concedimus concoctionem tenuium eſſe incraſſationem, tamen falſum erit, eandem craſſorum attenuationem eſſe, cum omnes humores natura etiam craſſi in ea immutatione, qvæ à natura evincantur, ut monſtratum eſt, craſſiores aliqvo pacto reddantur. Atqve hac qvidem ratione bilis flavæ concocta, mitiorqve facta, aliqvo modo craſſeſcit, propterea qvod id, qvod in eo nimis ſubtile fuit, ad qvandam moderatam æqvalitatem

& pauciora evadi.

Medicorum recentiorum error.

redactum eſt. Neqv e hinc metuas, qvod ob hanc incraſſationem, purgatio inde moretur, non etenim nimiam illam inducit natura, ſed ſolum talem, qvæ bili naturalis eſt. Et coctione bilis craſſior ſolum ſeipsâ putreſcente evadit, non verò crasſior ſeipſa, anteqvam putreſcere inciperet. Qvare etiamſi inferat aliqvis: confeſtim igitur bilis & alii humores, qui ex tali concoctione crasſiores evadunt, ægrius deinde expelluntur. Jamdum reſponſum eſt. Neqvaqvam. Nam cum eam crasſitudinem ab innato calido, & neqvaqvam ab immodico, neqve etiam à frigore adepti ſint, fieri non poteſt, ut hæc ipſa excretioni vacuationivè obſiſtat, & adverſetur, immo cum hanc crasſitudinem non niſi qvia à natura evicti ſint, conſecutus eſſe conſtat, multo promptius jam ac tutius expellentur. Qvippe eum natura ordinem & mores, *Galeno etiam teſte*, obſervat, ut primò concoqvat, deinde diſcernat, & poſtea vacuet.

Objectio diluitur.

1. Aph. Comm. 21.

Cum itaqve poſt concoctionem naturam ipſam vacuationi adminiculantem habeamus, expectandum erit, qvoad ab ipſa natura evicti, adeoqve crasſiores redditi fuerint humores noxii.

Non igitur omnis crasſitudo vacuationi obſiſtit, ſed ea duntaxat, qvæ non fit à natura. Nec cuncta qvæ crasſiora redduntur, ea qvoqve concocta ſunt, qvod nimir. duæ ſint crasſitudinis cauſæ, calidum videlicet, & frigidum.

Non omnia craſſa, etiam concocta.

Calidum qvidem evaporando, frigidum adſtringendo incraſſat. Qvæcunqve igitur ab innato calido crasſiora redduntur, ea concocta ſunt, non qvæ à frigido, ſeu non naturali calore. Cum autem ea, qvæ crasſiora ſunt, à calore nativo facta, ſint concocta, neceſſe eſt, ut crudis ſint contraria. Si crudis, quæ immoderata ſunt, contraria exiſtunt, mediocria ſint oportet. Qvapropter rectisſimè *Hippocrates* urinam craſſam appellat eam, qvæ mediocris eſt, collatione nimirum ad tenuem, qvæ immoderata exiſtit. Qvæ contra à frigore, aut immodico calore crasſiora redduntur, hæc cruda ſunt, & vacuationi adverſantur.

4. Aph. 76. 77.

Cæterum, etſi utraqve concoctio, ut monſtratum eſt, ab innato calido fit, tamen ab externis auxiliis, qvæ hunc robuſtiorem reddunt, augent & fovent, juvatur

Concoctiones à calidis externis juvantur.

vatur. Idipſum vero poſſunt omnia, qvæ temperatum & mediocrem calorem obtinent, adeoqve, caloris nativi ſubſtantiam, non qvalitatem augent, hujus rei teſtis eſt *Galenus*, qvi *libro 5. de ſimpl. medic. facult. cap. 5.* diſertè naturales alterationes concoctionesve ab innato fieri calore, ab externo autem juvari, ſcribit. Qvalis autem eſſe debeat is externus calor, *in fine libri de conſtitutione artis medicæ* explicat, ubi quietem, calefactionem moderatam, boni ſucci ciborum mediocrem eſum, & vini moderatè calidi potionem ad concoctionem deducere tradit; Non efficere, qvia id munus ſolius eſt nativi caloris, ſed *ἐςπέπσιν ἄγειν*, inqvit. Nec obſtat, qvod *ſect. 5. Aphor. 22.* idem *Galen.* calorem externum concoquere ſcribit. Concoquit enim, non qvia concoctionem efficit, ea enim à ſolo nativo, ut comprehenſum eſt, fit calore, ſed quia calorem nativum concoctionem efficientem juvat, fovet, & auget. Aut certè concoquit, non quidem primo & per ſe, ſed ſecundo & ex accidente, nativo nimirum calore interveniente. nam qvando de iis, qvæ aliqvid efficiunt, ſermo eſt diligenter, *Galeno* etiam ipſo *lib. 1. de ſimpl. medic. facul. cap. 2. & 3.* monitore, diſcernendum erit, num per ſe ex propria facultate, an ex accidente, & aliqvo alio interveniente id ipſum præſtant.

Galeni locus [illegible]

Proinde cum *Galenus lib. 1. Epid. ſect. 2. conſtit. 3. comm. 41.* ſcribit, omnia, qvæ mediocriter calefaciunt, tum cibaria, tum fomenta, tum cataplaſmata, frictionem item mediocrem, ac balnea concoctiones efficere: *ἐργάζεσθαι* enim verbo utitur: intelligendum erit cuncta hæc non primo & per ſe, ſed ſecundo, & aliquo alio, nempe nativo calore, qvæ ſingula hæc fovent, augent, & juvant, interveniente concoquere, atqve locos hos ita eſſe intelligendos, alius ejusdem authoris, qvem paulò ante *ex lib. de ſimplic. medic. facult.* citavimus, palàm evincit. Ibidem enim diſerte inqvit, concoctiones ab innato calore fieri, ab externo autem juvari. Simili ratione certè explicandus venit, *Hippocratis* locus, qvi eſt *in ſect. 5. Aph. 22.* ubi aquæ frigidæ perfuſionem curare diſtentionem ſcribit, Non enim per ſe & primò: aliàs hoc tritum medicorum axioma, contraria contrariorum ſunt remedia evertere-

Digitized by Google

tur: ſed ex accidente, revocando nimirum calorem nativum, diſtentionem aqua frigida ſanat: Calor autem per ſemetipſum *Hippocrate teſte*, curat. Ut jam abundè pateat, calorem nativum per ſe, & primò concoctionem efficere, externum autem ex accidente, qvia nimirum nativo opituletur, illumqve foveat atqve augeat. Qvod manifeſtè etiam *Ariſtotel. 4. Meteor. cap. 2.* iis ſignificare verbis voluit: qvum qvid concoctum eſt, perfectum eſt ac genitum, atqve perfectionis exordium à nativo calore provehit: qvamvis aliqvo externorum adminiculo ad calcem usqve perduci ſoleat, qvo modo alimentum per balnea, & id genus alia concoquitur. Et *idem* qvoqve *ibidem* teſtatur, cum humoris concoctionem, qvam maturationem vocat, nativum calorem efficere ſcribit.

Concoctio nulla à frigidis fit.

Porrò cum ex jam dictis omnibus ſit manifeſtum, concoctiones à calidis tantum, neqve iis, qvidèm omnibus, ſed duntaxat temperatis ac mediocribus juvari,

Error recentiorum Medicorum.

hallucinari conſtat omnes noſtræ ætatis Medicos, qvi bilis concoctionem à frigidis ſyrupis, violaceo, roſaceo & nymphææ, intybo, & id genus aliis fieri dicunt. Conſtat enim frigidum concoctioni perpetuò adverſari. Nam calorem nativum, qvi concoctionem efficit refrigerando extingvit. Hinc eſt, qvod *Alexander Trallianus lib. 1. cap. 10.* bilioſum humorem non per frigida, ſed mediocriter calida concoquendum eſſe docet: Idqve ex *Galeni lib. 2. de comp. medic. localium, cap. 11.* ſententia, qvi itidem balneis temperatis, & unctionibus, & potu diluto bilem eſſe concoqvendam hortatur. Sed præſtat verba *Trælliani* ſubjicere, quæ ſic habent: Εἰ μὲν ἦν ἕνεκα τοῦ πλεονάζειν τὸν χολώδη χυμὸν πολλάκις ἡ κεφαλαλγία γίνεται, ποίειν ταύτοις τὴν θεραπείαν διὰ τῶν καθαιρόντων καὶ ὑποπλέπτειν δυναμένων τὸν χολώδη χυμόν. Ἀλλὰ ἵνα τοῦτον δυνηθῇ κενῶσαι καλῶς, ὑγροτέρας δεῖται δροφῆς πρῶτον, εὐκράτοις τελυτροῖς, καὶ ἀλείμμασι καὶ ὕδαρεῖ ποτῷ πλείονι. οὕτω γὰρ διαχυθεῖσα καὶ οἷον ἀσθενεστέρα γενομένη εὐχερέστερον ὑπὸ τοῦ ἕλκοντος αὐτὴν κενωθήσεται φαρμάκου: *Si igitur capitis dolor ſubinde propter bilioſi humoris redundantiam naſcatur, curatio ejus medicamentis, qvæ bilioſum humorem purgant, & ſubducunt, perficia-*

[illegible]atur. Verum ut probè hunc vacuare poſſit, humidiore prius victu opus eſt, balneisq́; temperatis, unctionibus & potione diluta liberaliore. Ita enim diffuſa bilis, & veluti imbecillior facta, facilius à medicamento ipſam trahente vacuabitur. Atqve objiciat qvispiam, frigida ſerapia bilioſos humores alterare, craſſioresqve reddere, ideoqve etiam concoquere. Reſpondeo: Alterant qvidem, ſed cum hæc alteratio non fiat à calido nativo, concoctio nec dici, nec eſſe poteſt. Incraſſant qvoqve, ſed non evaporando ut calor innatus, ſed adſtringendo. Qvapropter humores bilioſi à frigidis ſyrupis craſſiores redditi, crudi adhuc ſunt, & à naturâ victi nondum, nec ſubſtantiæ mediocritatem conſecuti, igitur etiam ad excretionem & vacuationem inepti ſunt. Sed inſtabit rurſus frigida concoquere, ſi non per ſe, ſaltem ex accidente, nempe revocando calorem. Reſpondeo, verum eſſe, ſi dictum de iis frigidis intelligatur, qvæ extrinſecvs admoventur. Hæc enim cutem conſtringendo, & caloris evaporationem prohibendo, auctiorem calorem nativum reddunt, qvi ſubinde per ſe concoquit. Frigidi vero ſyrupi, & id genus alia medicamenta, qvæ intra corpus aſſumuntur, calorem nativum imbecilliorem efficiunt, aut prorſus, ſi frigida admodum fuerit, qvale eſt è papavere compoſitum, extingvunt. Ut hinc manifeſtiſſimum ſit, ſyrupos frigidos concoctionem juvare non poſſe. Qvapropter *Actuarius in lib. de comp. medic.* julapia frigida non exhibet, ut bilem concoquant, ſed ut ejus fervorem potius extingvant, adeoqve alterent, ut natura illam ſubinde evincere & concoquere poſſit.

Hinc diſertè inqvit, ſi bilis incandeſcat, & hominem exerat, & calefacientia reſpuat, frigida julapia ante bilis purgationem eſſe danda, donec in urinis decens apparuerit concoctio. Sed de concoctione ſatis. Et id qvidem in genere. Unde non poteſt non eluceſcere, qvod coctio ſolius naturæ opus ſit, hanc verò ab arte non parum adjuvari poſſe, dum videlicet vires collapſas reficit, calorem nativum auget, & ſi qvæ ſunt impedimenta removet. Præſtat autem hoc præter qvietem, alimenta, vinum, fotum &c. maximè cū medicamentis temperatis, vel his vel illis, prout humor concoquendus expoſcere videbitur.

DE

DE MEDICAMENTIS DIGESTIVIS.

De medicamentis Digeſtivis.

HActenus de concoctione diximus, jam nunc dicendum eſt de Medicamentis Digeſtivis: Ubi notandum 1. qvod Medicis Arabibus digeſtiva medicamenta eadem ſint ac concoquentia; qvamvis propriè non coquant, ſed humores ſaltem, vel ad feliciorem coctionem à natura inſtituendam, vel ad commodiorem evacuationem præparant. Deinde qvod Chymici pro Baſi horum medicamentorum plerunq; ſtatuant Tartarum, è qvo pro incidenda, digerenda, abſtergendaq; materia, vel humore peccante ſua Magiſteria, Salia, Cremores, Cryſtallos &c. artificiosè conficere norunt: His alii haud pauci & Martialia ſeu chalibeata adjiciunt, qvod propter inſitum ipſis vitriolum, habeant vim præcipitandi humorum ferocientium fermentum, vel etiam privativè edoment humores cauſticos. Verum de ♀ro propriè agemus. Illis qvoqve proximè accedunt à Schola Dogmaticorum Medicorum Oxymel ſimplex & compoſitum; Item Oxymel ſquillit. cum Syrup. acetoſ. ſ. & compoſ nec non multa alia, de qvibus paulò poſt dicetur, quorum uſus qvoqve non infelix, præſertim ſi ipſis aliqvid de prædictis Magiſteriis Cryſtallis &c. admiſcetur, ut ex ſequentibus videre licebit.

DE TARTARO EJUSQVE GENITURA, ORIGINE TRIPLICIQVE USU.

De Tartaro ejusq; Origine, tripliciq; uſu.

LAteribus doliorum vinariorum materia qvædam adnaſcitur inſtar lapidis, unde nonnullis ad naturam mineralium accedere videtur, & Germanis vocatur Weinſtein / qvia lapidi ſciſſili non multū diſſimilis. Hæc abraſa pro diverſitate vini habet diverſos colores, ſic ex vino rubro rubicundum, ex albicante niteſcentem, ex alio aliis coloribus enatum ipſum fieri experientiâ docemur. Separatur autem à reliqvis vini partibus beneficio fermentationis, Eligitur qvi maximè ponderoſus eſt, & verſus vinum

nam plurimis apicibus acuminatis ſplendeſcit, rubinulisqve micantibus exterius micat, interius verò ſtriis ſuis nitentibus ſuperbiat. Minimè verò laudatur, qvi pulverulentus & aridæ terræ disfractus ſimilis apparet.

Hujus uſus triplex eſſe poteſt, Mechanicus ſcilicet, Medicus & Spagyricus: de prioribus duobus uſibus, qvos olim in Florilegio noſtro deſcripſimus, jam nihil dicemus, ſed tantum, de uſu Spagyrico, libet pauca hìc inſerere.

DE USU SPAGYRICO TARTARI.

De uſu Spagyrico Tartari.

PEritiâ Chymiæ inſtructi, qvos Spagyricos appellant, ſciunt ex Tartaro, qvem hiſce characteribus, ut ♀ ♀ ⋎ vel ♓ plerunqve inſignire ſolent, varia parare medicamenta digeſtiva, qvorum præparandi modos recta nunc aggredimur.

Nota.

Ante verò quàm hoc ritè ac decenter expediamus, monendus eſt veritatis avidus lector, qvod licet inter digeſtiva primas ferè ſibi vendicet ♀rum, ex illoqve confecta medicamenta, nullam non laudē habeant, ſicut ex poſterioribus patebit, non tamen ideò omnibus hæc univerſalia digeſtiva omnium humorum rectè vocari poſſunt, ſicut Chymici nonnulli ineptiſſimè volunt; ac inprimis *Crollius* de tartaro ſuo ⊖lato inſigniter nugatur, ut ideò, qvamvis nimis ſeverè, non tamen omninò abs re, *Crollianum* hoc de ♀ro ⊖lato encomium videatur *Libavio ſyntagmat. arcanor. chimic. lib. 7. c. 33.* ſapere magniloqvos Paracelſicorum fumos.

Certè in bilioſis & calidis naturis horū uſus ſit cautus. Sic extenuati & phthiſici ob acredinem nihil eorundem ferunt. In primis enim qvalitatibus nimis inciſoria & caliditas quædam ſauna notatur, in paſſivis verò & ſecundis ſiccitas corrodens valdè ſe profert, depurgat, præterea conſumit, abſtergit & laxat: Salutaria itaq; vel maximè ſunt in pituitoſis omnibus, nonnullisq; aliis humoribus, in bile verò æruginoſa, vel quæcunq; ſit ebulliens, veluti qvoq; in atrabilario ſucco qvi ſalſus, ponticus acris & inſtar aceti erodit, ignisq; ſcintillas continet, & peſſimorum ſymptomatum autor eſt, tantum erit, ut à ♀ro mitigata temperetur, qvin potius omnia acerbiora reddat.

DE TARTARO VITRIOLATO FIXO, MAGISTERIO VEL ACIDO TARTARI.

Tartarus Vitriolatus.

TArtarus Vitriolatus inde nomen fortaſſis adeptus eſt, quia è Spiritu Vitrioli & Oleo tartari, cui ſpiritus inſtillatur, conficitur hunc in modum.

℞ *Olei ♀ri* ℥iiij.
Spiritus ⊕li ℥j.

Hunc guttatim ſupra tartari Oleum in vitrum capax inſtilla: Sic fiet coagulum albiſſimum ſubacidum. (unde acidum ♀tari vocatur, Magiſterium verò propter nobiliorem ſubſtantiam) Humiditas ſupernatans evocetur lento arenæ calore ad ſalis ſiccitatem: ſuper hoc ſale deſtilla ter vel quater vini ſpiritum, alii ad edulcorationem utuntur aqua roſarum. Atq; ſic habebis tartari albi fixi uncias duas & drachmas duas. Vocatur qvoqve Sal ♀ri eſſentificatum fixum; ♀rum album ⊕latum calcinatum; Magiſterium ⊕li ♀ſatum, Magiſteriũ ♀ri⊕latum; ⊖ ♀ ⊕latum ♄. Alii certum liquoris vel olei ♀ri & ſpiritus ⊕li pondus non determinant, qvod ſpiritus ⊕li, qvi magis vel minus purus & aquoſus eſt, pugnam vel fortiorem, vel langvidiorem ineat. Si tamen ſpiritus ⊕li ritè præparatus fuerit, rectiùs feceris, ſi moderaveris doſin olei ♀ri, ne admodum nauſeabundum fieret. Perinde tamen æſtimatur, ſi ſpiritus ⊕li ſupra oleum ♀ri, vel oleum ♀ri ſupra ſpiritum ⊕li infuderis. Finis verò infuſionis fuerit, ſi nulla ſalſedo in liquore ſupereminente, ſed ſapor aqueus ſubacidus aderit, ebullitioqve usqve dum ceſſabit.

Quò enim leniorem instituet digeſtionem, eò etiam medicamentum laudabilius erit.

OBSERVATIONES.

Obſervationes.

I. Servetur modus in effundendo Vitrioli Spiritu, ne ſapor Salis repercuſſi ſit nimium acidus, & qvaſi nauſeabundus: Si enim nimium de Spiritu Vitrioli affundatur, tunc viribus ſuis deſtituetur, & non expurgat, alioquin per quatuor Emunctoria, Vomitum, Seceſſum, (ſi purgantibus immiſceatur) item per Urinam & Sudorem operatur.

II. Heîc tamen qvàm rectisſimè monet *Zuelferus*, qvod aliqvando vomitus enormes, cardialgiæ, & neſcio qvæ mala alia ex uſu ♀ri hujus ⊕lati ſuboriantur, cujus culpa non ta men ſit in ipſo medicamento, ſed potius qvod

qvod ex ſale ♀ri, qvod è ♀ro impuro, plurimisqve rebus feculentis, heterogeniis, & aliis ſordibus ſpurciſſimis permixto, per calcinationem parato, confectus fuerit.

III. Si poſſit fieri per fundibulum anguſtioris orificii, ita ut certo artificio Spiritus Vitrioli guttæ paulatim ſaltem & ſucceſſive inſtillant in oleum tartari, conſultius erit, nam ſic boni Spiritus, qvi ex mutua ſubitæ mixtionis efferveſcentia ſe evaporando elevant, & evaneſcunt, retinebuntur, vel potius vaſis integritas conſervabitur.

IV. Vitrum ſupra modum incaleſcit, ex conjunctione duorum illorum ignium.

ſcammonii vel diagridii aa ʒv.
rad. eſul. prep. ℥ß.
hermodactyl. ʒiij.
cinamomi acutiſs.
zingib.
macis aa ʒij.
galangæ
zedoariæ
charyophyll.
cardamomi
cortic. citri
ſquinanthi aa. ʒj.

Infuſio fiat cum Spiritus V. q. ſ. & aquæ aniſi lib. j. per octiduum, ſingulis diebus agitando, poſtea coletur per linteum cum expresſione forti, fiatque extractum: adde in fine reliqua, quæ *Crollius* addit: inprimis addatur extractioni eſſentia ſpec. diambr. & diarhod. Miſce omnia exactè.

ALIA DESCRIPTIO.

℞. *Rhabarb.*
turpeti optimi
pulp. colocynth.
agarici albiſſ. aa ℥iij.
helleb. nigri veri ℥iß.
zingib. alb. ℥j.
radicis cucum. aſinini
hermodactyl. ver.
fol. ſen. ſ. ſ. aa ℥ß.
ſquinanthi
rad. aſari aa ʒij.

Digerantur per horas 24. in ſuf. q. aquæ aniſi vaſe clauſo, deinde bulliant, ad lentum ignem ad medietatis conſumptionem, cola, & inſpiſſa, adde quoque
aloës ſuccoterin. ℥j.
benzoini
moſchi
ambræ gryſeæ aa gr. x.
camphoræ ℈j.
ol. aniſi
fæniculi
citri
macis aa gut. x.
F. Maſſa.

DOSIS.

Doſis eadem cum cæteris.

DE PULVERIBUS QUIBUSDAM PURGANTIBUS CATHOLICIS.

℞. *Cryſtallorum* ♀*is* ℥iiij. *Pulveres cathartici catholici.*
vitriolat. ℥ij.
radic. turpet
hermodact. ℥j.
rhabarb. elect. ʒv.
reſinæ gialap. ʒv.
agarici trochiſc. ʒv.
diagri-

diagridii ʒß.
Fiat ex omnibus pulvis, cui addantur
ſpec. diamargarit. frigid.
aromat. roſat. aa ʒij.
Inſtillenturque
oleor aniſi
fænic. aa gutt. xiiij.
Et addatur ſacchari q. ſ. pro grato ſapore.

PULVIS PANCHYMAGOGUS
Quercetani.

Pulvis Panchymagogus.

℞. *Cryſtall.* ♀*ri vel* ♀*ri* ⊕*lati* ℥j.
fol. alexandr. ʒx.
hermodact.
turpethi aa ℥ß.
rhabarb.
agarici trochiſc. aa ʒiij.
ſcammonii præparat. ʒij.
macis
cinamomi
galangæ aa ʒiß.
ſacchari violati ad pondus omnium. Doſis à ʒß. *ad* ʒj.

ALIUS.

Alius.

℞. *Radic. turpeti* ℥ß.
hermodact.
rhabarb. aa ʒijß.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥ß.
diagridii ʒß.

gummi de Peru ʒj.
medul. ſem. carthami. ʒß.
ſpec. diatr. frig.
zingib. aa ʒß.
ſacch. penidii
ſantal. alb.
rubri
maſtiches
aniſi
fænic.
ligni aloes aa ℈ij
galangæ
macis
zedoariæ aa ℈j.
ol. aniſi
fæniculi
cinamomi aa gutt. vj.
Fiat pulv.

ALIUS.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.*
cremor ♀*ri* aa ℥ß.
ſcammonii ʒß.
ſem. aniſi
fænic. aa ʒj.
margarit. præparat.
cinamomi
cort. citri
charyophyll.
galangæ aa ʒß.
F. P. addantur
ſpec. diambr.
dianth. aa ℈j.
Inſtillanturque

ol. carui
citri
charyophyll. aa gutt. iiij.
F. pulvis.

SYRUPUS CATHOLICUS.

℞. *Fol. ſen.* ℥jß.
rhabarb.
mechoacan
turpeti aa ℥ß.
ſpec. diamoſch. d.
diambr aa ʒj.
agarici trochiſcati ʒiij.
helleb. nigr. correct. ℥ß.
ſem. aniſi
famc:
cinamomi aa ʒj.
craſſo modo hæc pulveriſato & affundito in vaſe idoneo S. V. ℥xx.
aqu. apopl. ℥iij.
cinamomi ℥j.
Digere per 4. dies, in calore balnei M. Poſtea exprime fortiter, & adde
rhab. elect. ʒiß.
roriſmarin.
flor. cardial. aa p. j.
trochiſc. alipt. moſchat. ʒß.
croci ℈ß.
flor. [illegible] ʒß.
diag[illegible] ʒ j.
Digere iterum ut antea, poſtea fortiter exprime, & abſtrahe humiditatem ad mellis conſiſtentiam & addatur ſacchar q. ſ. pro ſyrupo. Doſis à ℥ß. ad ℥j.
infricentur, ut bulliant una cum ſyrupo & ei facultatem tradant.

VIRES ET USUS.

Promptè omnes morbificos, [illegible] tartareos, & peccantes humores [illegible] in omnibus morbis evacuatione egentibus purgat, & leniter per ſeceſſum educit, & venarum viſcerumque obſtructiones liberat.

In vetuſtioribus poteſt cum cathartico roſato *Mynſichti* acui.

Pilulæ catholicæ
D. Agricola.

℞. *Extract. helleb. nigr.* ℈j.
aloes opt. ʒß.
panchymag. Croll. ℈j.
tartari ⊕*[illegible]* ℈ij.
mercur. vit. vitr. præpar. ℈j.
mercurii dulc. ℈ij.

Fiat maſſa pilularum
Doſis
Gran. xv. vel ℈j.

Abſolutis jam nunc purgantibus univerſalibus ordinis ratio poſtulat, ut de particularibus agamus incipientes à cholagogis & primum de caſſia [illegible].

CAS-

1. CASSIA FISTULARIS.
Vel
SOLUTIVA ſeu LENITIVA.

Caſſia fiſtularis.

Quot Caſſiarum differentiæ.

QVatuor ſpecies habentur in republica Botanica Caſſiarum.

1. Caſſia lignea, quæ nuper cœpit divendi in officinis, figura cinamomi, guſtu aliquantulum lubrica, & cinamomi æmula.

2. Caſſia odorata quod eſt verum cinnamomum.

3. Caſſia coronaria, de qua *Virgilius in Eclogis:*

Tum caſia atque aliis intexens mollibus herbis,
Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

4. Caſſia fiſtularis, vel fiſtula, ſolutiva & lenitiva, quam *Auctuarius caſſiam nigram* appellat.

CASSIA FISTULA quid?

Caſſia fiſtula eſt fructus oblongus, teres, fiſtuloſus, intus humorem nigrum continens.

QVÆ ELIGENDA.

Eligenda eſt ponderoſa, quæ concuſſa clauſis intus granis non ſtrepitum edit.

QVOMODO AD USUM præparanda?

℞. Cannas, ſeu ſiliquas caſſiæ, ut jam dixi ponderoſas, & quæ non reſonant concuſſæ, aperi eas, & contentam in eis pulpam ſive medullam, cum laminis & ſeminibus ejus diligenter exacua, exempta projice ſuper inverſum & anguſtum cribrum. Cribrum deinde pone ſupra bullientis aquæ vaporem, & averſo cochlearis connexo medullam caſſiæ hinc & inde ducito, ut per cribrum paulatim excernatur, & ſi quid excretum eſt, aut penetraverit, confeſtim ſubinde auferto, ne plus quam neceſſe eſt de vapore imbuat, idque tamdiu facito, donec quantum voles collegeris, hanc caſſiam ad uſum repone. *Quomodo ad uſum præparanda.*

VIRES ET USUS.

Mundificat ſanguinem, & compeſcit omnem ejus acuitatem, & ſedat ſitim, ſi præſertim cum ſucco endiviæ aut taraxici aſſumatur. Mundificat ſtomachum & educit choleram & phlegma, ſine nocumento & exceſſu, caret etiam mordicatione *Vires & Uſus.*

Lenit pectus & guttur & reſolvit apoſtemata acuta, in eis.

Confert calefactioni renum ſumpta cum diureticis & infuſione glycyrrhizæ & prohibet generationem omnem lapidis in eis.

Confert febribus calidis.

Ex hinc caſſia varia compoſita medicamenta laxativa, quæ hodiè proſtant in officinis, ut ex ſeq. parebit.

DIACASSIA CONCOR-REGII.

Diacaſſia concor-regii.

℞. *Prunor. damaſc.*
violar. aa ℥vj.

Decoque in ſex libris aquæ, ad caſum tertiæ partis. In colatura diſſolve
mannæ elect.
caſſiæ pulpoſæ & mundæ aa ℥vj.
tamarindor. ℥v.

Lento & puro igne ad ſpiſſitudinem, coque, adde
ſacchar. cryſtall. pulveriſati ℥iij.
penidior. ℥ij.
ſacch. rubri lib. j.
ſyrupi violat. ʒx.

Datur a ℥j. uſque ad ℥ iß.

Hæc Diacaſſia ventriculum & ſanguinem purgat, bilem & pituitam abſque moleſtia educit, acuitatem ipſorum obtundit, ſitim ſedat, febribus, & renibus calidioribus utilisſima, calculum gigni non ſinit.

DIACASSIA LENITIVA Magiſtralis.

Diacaſſia lenitiva magiſtralis.

℞. *Prunor.*
ſebeſten aa num. xv.
hordei mundi,
polypodii,
glyzyrrh. aa ℥j.
aniſi
fœniculi
cinamomi aa ℥ß.

Decoque omnia in lib. viii. aquæ ad tertias, ſub finem decoctionis addendo,
capill. ♀ris
violar. aa ℥j.

Fiat colatura, in qua diſſolvantur
caſſiæ [illegible] lib. iß.
pulp. tamarind. ℥iij.
ſacchari rubri
penidior aa ℥iiij.

Fiat electuarium, cui nonnunquam addi ſolent mannæ elect. ℥vj. & diacaſſia cum manna vel diacaſſia altera dici ſolet.

CASSIA EXTRACTA pro clyſteribus magiſtralis.

Pla-

[illegible] Plures ac diverſi habentur modi hujus confectionis, atque paſſim officinis eſt uſitatior talis.

℞. *Flor. violar.*
matris violar.
malvæ
mercurialis
parietariæ
betæ ãã mj.
abſinth. mß.

Herbæ omnes ſint recentes & in aqua decoquantur, fiatque colatura, expresſioque in qua diſſolvantur,

pulp. caſſiæ lib. ß.
mellis deſpumati lib. j.

Coque cum diligentia.

ALTERA DESCRIPTIO.

Altera deſcriptio. Quam in quibusdam Italiæ locis in uſu eſſe audio, mihique minus probatur, talis eſt. Herbas prædictas in aqua decoquunt, & excolant, in colatura diſſolvunt,

pulp. caſſiæ lib. j.
pulpæ prunor. ℥vj.
mellis deſpumati lib. iij.

Deinde ad mellis conſiſtentiam coquunt. Vid. *Georg. Melichii diſpenſat.* ubi de electuariis agitur.

Eſt lenitiva ventris & lenis, & eſt medicina pro delicatis, carens acuitate & mordicatione, & omnia exceſſu lædente.

CASSIA EXTRACTA ſine foliis ſenæ.

℞. *Prunor.* num. xiiij. *Caſſia extracta ſine foliis ſenæ.*
violar. mj.
hordei mundi
polypodii
aniſi
ſem. cartham ãã ʒv.
capill. ♀*ris*
thymi
epythim. ãã mß.
paſſular. excinnatarum ℥ß.
ſem. fænicul. ʒij.
portulacæ
malvæ ãã ʒiij.
glyzyrrh. ʒß.

Fiat horum decoctio in ſuff. q. aquæ, colentur in colatura diſſolve

pulpæ caſſiæ lib. ij.
pulp. tamarindor. ℥j.
cinamomi ʒiij.
ſacchari optimi lib. j.

coquuntur ad perfectionem ſ. a.

CASSIA EXTRACTA cum foliis ſenæ.

℞. *Confectionis caſſiæ extract.* *Caſſia extracta cum foliis ſenæ.*
ſine foliis ſenæ ℔ij.
pulv. fol. ſenæ ℥ij.

Miſce ſ. a.

Facile ſolvit, leniter aſperitatem inteſtinorum, removet ſiccitatem, & ventris onus ſubducit, & morbis cholericis & melancholicis auxilia præbet. Vide diſpenſatorium *Cordi* de electuariis.

OBSERVATIONES.

Obſervationes. Obſervandum in exhibenda caſſia: Caſſia fiſtularis, quia eſt calidæ, frigidæque temperaturæ, & flatulenta, debili & humido ventriculo, lubricæque alvo minus commoda eſt, aut ſi adhibere in lubricitate inteſtinorum placeat, aliquid rhabarbari vel myrabalanorum adjiciendũ eſt; ſicut in imbecillitate ventriculi cinamomum, maſtiche, & in flatibus ſem. aniſi, fœniculi, dauci &c.

Inteſtinis etiam dolorem affert debilibus, ut homines aliquando in ſyncopen incidant.

Nocet quoque hypochondriacis, flatulentis, tumidis, lienoſis. Solet autem eorum medicamentorum, quæ juvant, vel corrigunt, à ʒß. ad ʒj. admiſceri. Minus commodè in diluto propinatur; commodius vero formâ vel electuarii, vel boli, ut paulo ante exemplum propoſui.

Porro non diu ante cœnam exhiberi debet; alias in nutrimentum ea abutitur natura.

Etſi benignum & tutum medicamentum pueris & omni ætati & ſexui; attamen prægnantibus, ut quidam volunt, non facile dandum (cui præferenda in hoc paſſu manna) eò, quod plerunque à renibus vacuat, unde facile abortus oboriri poteſt in prægnantibus.. Vide *obſervat. me*[illegible] *P. Foreſti lib. 2. obſervat.* [illegible] Cum neceſſitas requirit, ſemper recentius exprime caſſiam, repoſita enim aceſcit. Ad corrigendam flatulentiam ejus in uſum præcipuè veniunt tamarindi, itemque cryſtalli ♀i vel etiam ⊖♀, adeoque pulpa ejus cum pulpa tamarindorum &c. ſaqq. modi in bolum redigi poſſit.

℞. *pulpa caſſiæ recent.*
extract.
tamarindorum aa ʒj.
cryſtallorum ♀ ℈j.
eleoſacch. aniſi ℈ß.
f. l. a. bolus.

S. Purgierpulver auff j. mahl.

Si quis caſſiæ flores ſive pulpam magis ſolutivã reddere vo-let in bullientem aquam [illegible] folia perſici, aut flores [illegible] prunellorum ſylveſtrium [illegible] [illegible]

[illegible] hæc ſimul; horum enim vapor & deſtillata aqua ſolvit alvum. Vid: *Fernel. lib. 5 MM. cap. 9. Berlin. lib. 18. cap. 18. Avicenn. lib. 2, tract. 2. cap. 193. Wecker. in antidotariis cap. 10. titul. de fructibus purgantibus bilem. Inſtitut. Medic. D. Sennerti lib. 5. part. 1. ſect. 1. cap. 11. de purgantibus.*

DE MANNA. II.

Manna quid. Germanis Himmeltau.

Manna quid. MAnna eſt ros, qui ex aëre in terram decidens denſatur & cogitur in grana minima.

Cum jam exolevit floccorum bombacis refert imaginem, lenis concavaque eſt.

Differentia ejus, & quænam eligenda.

Mannæ differentia & quæ eligenda. Quædam in herbis, quædam in lapidibus vel terra colligitur. Præfertur calabrina, præſertim, quæ ex foliis arborum fraxini collecta eſt: quæ ex hoc dignoſcitur, quod grano conſtet exiguo, translucente, gravi, ſimilis maſtiches, maſtichina hinc dicitur, granulis, candidis & guſtu dulcibus & ſvavibus.

Secundum locum obtinet, quæ è ramis colligitur.

Tertium quæ in lapidibus. Hæ craſſiores ſunt, & minus ſinceræ colore turbido.

Syriaca ſi ſit perfectè granulata, maſtichequæ ſimilis, valde etiam probatur, dulcis & recens.

Quibus rebus adulteretur.

Quibus rebus adulteretur. Adulteratur amyli farinâ, rebusque ſimilibus: ſed fucus facilè deprehenditur. Inſuper & ea, quæ ſimul concrevit, ſaccharo & ſena adulterata eſſe ſolet, ac croco carthamive flore tincta: verum guſtu deprehenditur atq; liqueſcit, & tempore molleſcit.

Quo tempore colligenda.

Quo tempore colligenda. Colligitur menſe Majo; ſiquidem etiam manna rarò vel nunquam alio tempore inveniri ſolet.

Temperatura ejus.

Natura. Manna humiditate & ſiccitate temperata eſt.

VI.

Vires & Uſus.

VIRES ET USUS.

Manna guttur, thoracem, lenit, abſtergit, bilem clementer purgat, ſitim ſedat. Exhibetur quoque in febribus, ſed non niſi cum acidis & præcipuè cum pulpa tamarindorum, & in eo conſiſtit correctio ejus, habet enim æquè ac mel ſpiritum acidum & corroſivum, quidem lotione ſeparatur, porrò & dulcedine ſua ſuſpecta eſt, cruditates enim nidoroſas ſuſcitat. Valentibus autem medicamentis mixta eorum actionem reddit meliorem, cum ſuo dulci ſapore illa naturæ magis familiaria reddit. Ob id eam, ſcammonio *Galenus* miſcuit, quod à poſterioribus laudatum: alii deinde turbith, alii aliis. Vid. *Weckeri Antidotarium de liquorib. concretu frigidis in gradu 4to. Inſt. Med. D. Senn. lib. 5. part. 1. cap. xi.*

Doſis.

DOSIS.

Datur à ℥v. ad 12.

Obſervatio.

OBSERVATIO.

Quia mannam aliquando adulterari ſolent aliis admixtis: neceſſarium eſt, ut in liquore convenienti diſſoluta coletur. Ita enim quicquid admixtum eſt, ſeparatur: ſicut & ſordes, quæ ei plerunque admiſceri ſolent. Exhibetur diſſoluta in juſculo carnis bubulæ, vel gallinæ; vel decocto prunorum acidiuſculorum, vel tamarindorum.

Compoſita manna in officinis uſitata.

DIAMANNA SOLUTIVA.

Diamanna ſolutiva.

Mannæ electæ lib. j.
ſcammonii ℥j.
ſucc. roſar. rubr. lib. j.

Diſſolvatur in ſucco manna, & coquatur ſufficienter lento igne, deinde adde

maſtichis prepar. ʒiij.

Fiat electuarium.

USUS.

Bilem flavam educit ſine moleſtia, ob id omnibus morbis bilioſis ſalubre.

DIAMANNA ALITER.

Diamanna [illegible]

℞. *Mannæ* [illegible] ℥ß.

Diſſolve in vini vel aquæ convenientis q. ſ. coletur: colaturæ addetur

pulveris mechoacannæ ʒj.

Si morbus permittit, poteſt aliquid de aqua [illegible] addi.

Vid.

Vid. inſtit. medicin. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 3. de viribus medicamentorum.

ALITER.

℞. *Hordei mundi* p. j.
prunor. num. vij.
tamarindor. ℥ß.
flor. 4. cordial. aa. p. j.

Aliter.

Coque in ſufficienti aquæ quant. adde *colaturæ* ℥iij.
mannæ calabr. ℥j.

Iterum coletur & addatur
ſyrup. diaſcreos vel roſat. ſolutiv. ℥ß.

Miſce. *Vid. inſtit. medic. D. Sennerti. lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 2. de decoctis.*

Eleganter etiam manna diſſolvitur in aquâ & miſcetur cum cremore ♀i, cujus ſequens eſto exemplum.

℞. *Fol. ſennæ* [illegible] ℥i [illegible]
coque in q. ſ. aquæ fontanæ colaturæ [illegible] ℥iij inque ea diſſolve
mannæ calabrinæ ℥ß. coletur.
adde *cremoris* ♀i ʒj.

Miſce. S. Purgiertranck auff j mahl.

Mannæ ℥ß. in ſucco violarum diſſoluta ac leni digeſtione evaporata ad conſiſtentiam boli, elegans præbet purgans, cui pro lubitu alia & reſinæ debita doſi admiſceri poſſunt.

CLYSTER DE Manna.

℞. *Decocti prunor.* lib. vel ℥x.
vitel. unius ovi
ol. rutæ.
chamomill. aa ℥ß.
mannæ optim. ℥ iß. vel ℥ij.

Salis parum. Fiat clyſter.

Clyſter de manna.

MANNA IN TABULIS.

℞. *Rhabarb. pulver. ſ.* ℥ß.
mannæ calabrin.
in aq. roſar. diſſolut.
& percolat. ℥ij.
crem. ♀ri ʒij.
ſpir. roſar. ℈j.

F. Tabulæ.

DE TAMARINDIS.

III.

Tamarindi quid.

Tamarindi dactyli ſunt acidi, fructus palmæ ſylveſtris Indicæ. Ejus folia ad [illegible] multum accedere conſpecta ſunt. [illegible] iamſi à quibusdam ſalicis folia illis tribuantur.

Probantur colore à nigro in rufum languſcente rec[illegible] vilis

Electi.

villis interte[illegible] pingues, non re[illegible], ex dulcibus acidi & vinoſi [illegible].

Adulteratio. Adulterantur prunorum cariz; ſed in his nigredo eſt obſcura, humidiores ſunt, & prunorum odor & ſapor ineſt.

Duratio. Servatur in fictile vitreatum coacti, loco frigido & ſicco per annos tres.

Doſis. Potio eorum eſt à ʒiiij. vel ʒv. ad ℥iß. vel ℥ij.

Natura. Eſt medicamentum innocens, frigidum ſiccum ordine ſecundo.

Operatio & proprietates. Humorum acrimoniam reprimit, bilem purgat, ejusque & ſanguinis fervorem furoremque compeſcit, febres acutas lenitione egentes, & regium morbum ſanat, ſitim atque ardorem ventriculi & hepatis extinguit, vomitum ſiſtit. Vide *Jacobi Weckeri antid. tar. ſpec. lib, 1. de fructibus purgantibus flavam bilem. Inſtitut. D. Sennerti lib. 1. part. 1. ſect. 1. cap. 11.*

Correctio. Tamarindi quia frigido ventriculo nocent, ſi iis opus eſt, caſſiæ ligneæ, macis, & maſtiches drachma una vel drachma una cum [illegible] addenda ſunt. Exemplum eſto.

℞. *Pulpæ tamarindorum* ℥ij.
caſſia [illegible] extract. ʒij.
[illegible] mali [illegible] g. iv.
ſacch. q. [illegible]

S. Purgierzu[illegible] auf [illegible] mahl.

Decoqui etiam poteſt pulpa tamarindorū in ſero lactis caprini, additis ſyrupis roſarum vel violarum lenitivis, vel loco eorum etiam mannæ ſolutivæ ſicq; præbet inſigne aliquod cholagogum in febribus maximi uſus, ubi præcipuè inſignis adeſt calor, quem mitigat. Compoſita alia parti ſunt generis, & in officinis quidem electuarium lenitivum [illegible] tamarindis extat. Quale [illegible] quoque eſt.

ELECTUARIUM
de Tamarindis cum follis
ſenæ.

Electuarium de Tamarindis cum foliis ſenæ.

℞. *Fol. ſenæ [illegible]*
cinamom. [illegible]
ſem. [illegible] ℥ij.

bulliat in aqua communi [illegible] inde add[illegible] in dig[illegible] clauſo [illegible], deinde [illegible] expreſſione, [illegible] pulpa [illegible] & [illegible] aa ℥iiij[illegible].

E[illegible] per ſetaceum ad de *pulp. tamarind[illegible].*
[illegible]. diaprun. ſ. [illegible]
aa ℥iß.
[illegible]

cymini [illegible] ʒij.
ol. [illegible] *moſchat. deſtill.* ʒj.
[illegible] ℈ß.

Fiat electuarium.

Hoc electuarium eſt jucundum lenitivum, quod olim in pharmacopœa Solidquellenſi frequenter cum fructu præſcriptum fuit, à me autem correctum aliquantulum eſt. Melius enim à *Zvelffero* eſſet ſi non decoquamus ſpecies in vino (quanquam hoc ipſum etiam monuerit jamjam *Sennertus* noſter peracta coctione demum addi debere) id quoque aliàs in hac ipſa electuarii præparatione cum vino malvatico factum eſt. Plura de uſu Tamarindorum vide apud *Gregor. Horſt. in obſerv. medicinal. pag.* 294.

IV. DE SEBESTEN. IV.

De Sebeſtenis, & ſignis. Sebeſten fructus avellanæ nucis, quam ponticam vocant, magnitudine, dulces, dum matureſcunt & palleſcunt, candido liquore pleni cum interiore nucleo quaſi olivæ &c.

Eorum electio. Conſervantur per annum.

Facultates & proprietates. Febrientium ventrem laxant, ſitim ſedant, linguæ ariditatem & ſcabritiem tollunt, pectoris affectibus proſunt.

Temperatura. Humidæ in primo gradu ſunt.

Doſis. Dantur in decoctione laxante, in alterante. Pulpa verò datur ab uncia una ad unam cum ſemiſſe [illegible].

ELECTUARIUM de Sebeſten

D. Sennerti [illegible]

Electuarium de ſebeſten.

℞. *Sebeſten ſine nucleis*
Prunorum ſiccorum enucleatorum tamarindinorum ãã ℥v.
aquæ violar. lib. j.
aquæ ireos.
[illegible] ãã ℥[illegible].
ſucci mercurialis depurati ℥iiij.
diaprvni ſimpl. [illegible]
quatuor ſem. frigid. ãã ℥j.
diagrid. ʒ[illegible].

Caro ſive pulpa ſebeſten, prunorum & tamarindorum minutiſſimè teratur, & cum aquis extrahatur. Semina verò minutiſſimè incidantur, & reliquis miſceantur: & fiat ſ. a. Electuarium. Vide *Diſpenſat. Cord. de Electuariis lenitivis.*

V.

DE ALOE.

Aloes quid. ALoes ſuccus plantæ ejusdem nominis notiſſimus eſt, & colligitur ex foliis inciſis ſuppoſitis urceolis manè ſole oriente concreſcit, quod reſinoſi ſucci commune habent. Conſtituuntur aliquot ejus ſpecies, videntur tamen diſtingui ſolùm ratione puritatis, impura maximè, quæ multis arenulis ſcatet, *Dioſcoridi* hæc proculdubio arenoſa dicta fuit caballina audit, quod Veterinarii eo utantur, quæ vero arenularum expers eſt, nitida, friabilis ſubrubri coloris, qualis in jecore eſt, [illegible] & hepaticus dicitur, omnium opinione cenſetur, præſentior, quæ à loco natali ſuccotrina vocatur, ut enim apud *Jabera lib. [illegible] ſimpl.* habetur hepatica & ſuccotrina illa non differunt. Adeoque quod jam dictum *Electio.* ad uſus medicos eligi [illegible] indica pinguis, ſincera [illegible]rum & arenularum expers, nitida, [illegible] coloris, friabilis, jecinoris modo coacta, facilis liquescens, & eximiæ amaritudinis. Improbatur *Adulteratio.* nigra [illegible]. Adulteratur [illegible] quod [illegible] tur guſtu [illegible] non valde amara eſt, [illegible], neque tam validi odoris, neque adeò friabilis. Nonnulli teſte *Dioſcoride*, illam ſucco acatiæ adulterant, qui fucus guſtu deprehenditur, minus enim amara eſt, magis aſtringit.

Collectio. Colligitur menſe Junio.

Conſervatio. Conſervatur usque ad annos decem in loco ſicco & non humido, neque ventoſo, neque ad Solem &c.

Doſis. Operatio et proprietates. Doſis ejus eſt à ʒß ad ʒj vel ʒij bilem & pituitam purgat, ob id affectibus ventriculi & cerebri, & reliquarum partium, in[illegible] dolori, inflammationi [illegible], ejus creber uſus ſen[illegible] menta & corpus [illegible] inſanabili a[illegible] nat, ſed ſen[illegible] reddit meliores. [illegible] icterum tollit, [illegible] ac ano [illegible] quibus [illegible] partes dolent. Maximus aloes uſus eſt in peſte & febribus malignis, [illegible] ritudine [illegible], [illegible] [illegible] cont[illegible] adeoque [illegible] [illegible] [illegible] recipiunt, [illegible]

Conſi-

Cong[illegible]tur
al[illegible]b.
[illegible]pl[illegible]ll.
[illegible]. &c.

* Vide *an[illegible]tar. Weckeri ſpecial. lib. 1. de [illegible]ribus concretis frigidis in gradu 4to. [illegible]tut. med. c. lib. 3. part. 1. ſect. 1. cap. 10. & 11. pharmac. re[illegible]. Quercetan. lib. 1. cap. 14. de pillulis ſive catapotiis.*

Modus præparandi aloen vulgò notus eſt.

Redigitur in pulverem, cuique in [illegible]bita vitrea aqu. endiviæ vel borraginis vel roſarum affundatur, ut quatuor digitis emineat, atque in [illegible] calido per biduum vaſe [illegible] rubicunda extrahatur: [illegible] aqua tantundem affundatur, [illegible] tinctura extrahatur, atque id toties repetatur, donec aqua nullo amplius colore tingitur. Aqua omnis poſtea conjuncta ſeparatur diſtillando ad craſſitiem mellis, & in fundo aloë puriſſima relinquitur. Cujus lib j. ſucci roſar. ſi addatur damaſcenarum lib. ß. & ad [illegible] maſſam coagulentur, [illegible] ter repetatur, habetur aloë [illegible] optima.

Hoc extractum aloës [illegible] vicem obibit ad plures effingendas pilulas: quæque jam per ſe ad unius ſcrupuli doſin exhibita, excellens medicina eſt.

EXTRACTUM aloes ſpecificum.

℞. Aloes ſuccotrinæ q. p. Pulveriſatum ſolve, in aqua borrag. & roſar. Coletur per pannum duplum mundum; ſtet in digeſtione per 3. dies. Purum [illegible]datur. Effuſum rurſus digeratur: dum fæces plures ſubſidant. Purum clarumque effunde, & colloca in B. M. aquoſitatem abſtrahe, usq; ad ſpiſſitudinem. Impone fornaci calidæ, & [illegible] aloe [illegible], & quaſi in grana [illegible]. H[illegible] ſunt veri flores aloës: Recipe horum florum aloës lib. j. roſarum damaſcenarum lib. [illegible]. [illegible]ſcant [illegible] lento, in unam [illegible]am coagulenturque. Adde ſecundò & tertiò ſuccum roſarum uniformi modo. Hæc erit aloe roſata optima.

℞. *Cujus aloes roſatæ* lib ß.
rad. aſtri
ſpic. indicæ
croci orient.
cinnamomi elect.
macis aa ʒj.

 myrrh.

VIRES ET USUS.

Convenit hoc balſamum cuilibet ætati & ſexui, lenit alvum, obſtructum lienem aperit, ventriculum confortat, melancholicos humores expellit. Quibus metuenda eſt paralyſis optimè convenit. Hectici & Apoplectici, quavis ſeptimanâ bis ſumant, hora una ante epulas veſpertinas cum ſucco roſarum quantitate avellanæ, adſubita rotula ex oleo aniſi. Ad capitis fluxiones uſurpatur per 2 aut 3. dies, cum ſucco aut ſyrupo glycyrrh.

Ad tuſſes & ad apoſtemata cum ſyrup. violar. præſertim æſtate.

Tabidis datur cum ſyrup. d. [illegible] vero a-[illegible] cum ſyrup. violar. hora una ante cœnam.

In [illegible] exhibetur cum ſyrup. rhabarb. manè & veſperi, hora una ante epulas per 3 dies.

In torminibus cum ſyrup. menthæ, bis in die.

Hydropicis cum ſyrup. abſinthii.

In melancholia lienis epatisq; obſtructionibus cum ſcirrho in [illegible] ſolutum. Si [illegible] ſucco [illegible].

In quartana cum ſyrup. d. abſinthio.

In dyſentericis cum ſyrup. violar. cum ſitis infeſtat.

Tempore peſtis alternis vel tertio aut quarto quoque die quantitate duorum pilorum.

In morbis ſubitis cum ſyrupo violarum. Sereniſſimus quidam Imperii Princeps, olim hoſtium vino intingebat, & balſamum quantitate avellanæ involvebat. Hæc, concepta cochleari, perfundebat ſyrup. d. rhab. & ſic deglutiebat. Sumebat manè & veſperi, ante epulas. Non opus eſt accurata diæta, Nominatur der ſüſſende Balſam. *Vide Tyrocinium Chymicum Beguini. lib. 2. c. 11.*

ALOEDARIUM TARTAREO violatum Angeli Salæ.

Aloedarium tartareo violatum Angeli Salæ.

℞. *Aloes pulv. optim.* lib. j.
Infuſi violati de tribus Angeli Salæ lib. iij.

Stent per aliquot dies ſæpe movendo: poſtea exprime per linteum pannum in vas conveniens materiam, & in leni balnei calore ſine eam evaporari, ut mellis conſiſtentiā acquirat. Deinde adde

♀ *ri vitriolati* lib. ß.

Miſce & ſuper lento ignis calore rudicula agitato donec in maſſam pilularum abeat; iterum adde *eleo-*

eleoſacchari cinnamomi recen-
tis Angeli Sala ℈j.

Fiat maſſa.

VIRES ET USUS.

In melancholia hypochondriaca, diſpoſitione ſcorbutica, cachexia, ſplenis & epatis obſtructionibus optatum medicamentum. Vid. *Tartarolog. Angeli Sala cap. 7.*

Doſis a ℈j ad ʒß. vel ℈ij.

DE PILULIS ANGELICIS.

Pilula angelica. Pilularum angelicarum, quas Franckfurter Pillen vocant, per Europam tantopere decantatarum authorem Germani Franckfurtenſium pollatrum *Hartmannum Beyerum*; Itali verò nobiliſſimum Medicum Patavinum, *Hieronymum Fabricium* ab Aquapendente conſtituunt. Ubivis certè locorum uſus frequentia cuncta reliqua pilularum genera ſuperare videntur. Vera autem illarum deſcriptio tanto pro ſecreto hactenus habita fuit, ut ea nec pretio nec precibus impetrare multi potuerint. Sunt qui hanc deſcriptione genuinam cenſent.

℞. *Aloes ſuccotrin.* libr. j.
ſucci borrag.
bugl. ſ.
violar.
fumaria
roſar. pallidar. aa q. ſ.

Omnia probe miſceantur & relinquantur infuſa per 24. horas, in loco calido, poſtea exprimantur & inſpiſſentur, fiat maſſa, ex qua poteſt quoq; fieri Extractum.

ALIIS HÆC DESCRIPTIO PLACET.

℞. *Aloes ſuccotrin.* lib j.
ſucci borrag.
bugl. ſ.
violar. aa ℥iiiß.
roſar. lib. ß.

Infundantur per horas xx. Deinde exprimantur & coquantur ad conſumptionem ſuccorum addendo. *ſucci card. bened.*
veronica
chamædr.
chamæpit. aa ℥j.

Fiat l. a. Maſſa & ſi libet poſtea Extractum.

ALITER.

℞. *Succi violarum* ℥v.
aloes ſuccotrin. ℥j.

Miſce & macera in phiala, donec ſuccum aloe conſumſerit, cola, & inſpiſſaque ad maſſam pilularum.

Doſis eſt à gr. vij. ad x. vel plura, uſus ejus eſt vespertinus, cum poſt horas iij horas operationem conferre.

DE

Pilulæ aloeticæ Horſtii.

DE PILULIS ALOETICIS
Gregorii Horſtii.

℞. *Aloes roſat* ℥ß.
myrrhæ ʒj.
gummi ammoniaci in aceto diſſoluti ℥ß. vel ʒvj.
agarici trochiſc.
rhabarb. elect. aa ʒiij.
radic. aſari
gentian. aa ʒj.
maſtiches ℈ij.
ſpicæ indicæ
ſem. petroſel. aa ℈j.

Cum ſyrup. d. abſinthio f. m. formentur pilulæ ex ℈ij. num. xv. pro doſi per octiduum hora prima ante cœnam continuanda. In melancholia hypochondriaca dantur ſummo cum fructu. Vid. *Gregor. Horſt. obſervat. medicinal. p. 251.*

Pilulæ aloeticæ Adami Luchteni.

PILULÆ ALOETICÆ
Adami Luchteni.

℞. *Aloës in ſuccat.* ℥j.
rhabarb. optim. pulveriſat. & cum aqua cinamomi aſperſ. ʒij
extract. panchym. Crollii.
hellebor. nigri ad deſcriptionem Quercetani aa ʒj.
chalybis præpar. ʒij.
trochiſc. d. eupator.
d. abſinth. aa. ʒß.
Syrup. de pomis laxativ. q. ſ. fiat maſſa. Sumatur ℈j. ante ſomnum.

In diſpoſitione ſcorbutica cum melancholia hypochondriaca. Vid. *Gregor. Horſt. obſervat. medicinal. pag. 277.*

PILULÆ ALOETICÆ
noſtræ deſcriptionis. *Pilulæ aloeticæ noſtræ deſcriptionis.*

℞. *Aloes opt.* ʒvj.
rhabarb.
agaric. trochiſc.
radic. mechoacan aa ʒij.
diagridii ℈v.
ſucci eupator
abſinthii aa ℈jß.
ſpica indica ℈j.
extract. matricar. ℈ij.
gummi ammoniaci diſſolut in aceto ſquillitico diſſol. ʒj.
ſyrup. bizantin. q. ſ.

Fiat maſſa, ex qualibet ʒ fiant pilulæ xviij. pro doſi ante ſomnum.

PILULÆ PESTILENTIALES
EX ALOE.
D. D. Johannis Pontani.

℞. *Aloes opt. & elect.* ℥j.
myrrh. elect.
croci
rhabarb. opt. aa ʒij.
agaric. trochiſcat. ℈iiij.
ſpica indica gr. xvj.

cort. citri
radic. tormentill.
ſem. acetoſ. aa ℈ij.
ſuccin. alb. præp.
ſantali citrini aa ℈j.
boli armeni præp. ʒij.
Omnia in pulverem tenuiſſimum trita excipiuntur ſyrup. ſcordii & acetoſ citri fiat maſſa, ex qua formentur pil. in forma peſtilentialium.

EXTRACTUM ALOES cum rhabarbaro.

℞. *Aloes ſuccot. el.* ℥vj.
infuſion. rhabar. lib. j.
Coque ad ſpiſſitudinem, in fine miſceantur rhab. pulver. ℥iij. Fiat l. a. maſſa, hoc eſt extractum aureum.

EXTRACTUM ALOES compoſitum.

℞. *Extract. aloes* ʒvj.
roſar. ʒiij.
pulv. ireos gr. xv.
ſuccin. alb. præp.
magiſter. perlar.
corall.
ambræ griſeæ aa ℈ß.
Fiat l. a. maſſa.

EXTRACTUM ALOES D. D. Mart. Pravæ.

℞. *Radic. polypod. q.* ℥j.
ſem. fænic. ʒvj.
liquiritiæ ʒij.
herb. ceterach. mß.
capill. ven.
agrimon. aa mj.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥ij.
ſem. aniſi ʒijß.
citri ʒiß.
flor. bugloſ.
borrag.
violar. aa p. j.
paſſul. minor. ℥iij.
Coque in ſ. q. aquæ ſcolopendr. & cichor. ad medietatem conſumptionis in diplomate in colatura diſſol.
aloes epat. ℥iiijß.
maſtichis elect. ʒj.
thuris
myrrhæ aa ʒß.
Percolatum liquorem exprеſſum igne lento quoque ad elect. humidior. conſiſtentiam f. ſ. a. Extractum. S. proprio nomine.

EXTRACTUM ALOES D. D. Martini Caſpi clar. Phyſici Magdeburgenſis.

℞. *Agarici albi elect.*
pulv. polypody th.
radic. ebul.
colocynth. aa ℥ij
fol. ſen. or. ℥vj
galang.

[illegible]

calami aromat.
zedoariæ aa ʒjß.
zingib. alb.
ſem. fænic. aa ℥ijß.
ſcammonii ʒvj.
decoque in ſ. q. aquæ comm. puræ ad mediet atem in colatur. fortiſs. expreſs. diſſolve
aloës epat. Copi ℥vj.
percolentur ac inde iterum leni igne decoque in B. ad elect. liquid. conſiſtentiam. Signetur extractum ordinationis *Mart. Copi.* ſervanda per annum. Ventriculum, cerebrum, viſcera reliqua, oculos, uterum putridis humoribus roborant. Vide *antidotar. ſpec. Weck. lib. 2 de pilul. purgant. humor mixtor.* & *Fernel. lib. 5. method. cap. 7. & 9. Dioſcor. lib. 3. cap. 22. Plin. lib. 27. cap. 4. Berlin. lib. 18. cap. 10. Galen. lib. de dynamid. 2. tit. d. aloe. Et lib. de ſimplic. medicament. &c.*

VI.

DE SUCCO ROSARUM.

Roſa frigida eſt in primo & ſicca in ſecundo. Ejus ſuccus & inde paratus ſyrupus bilem tenuem educit, ſed à purgatione viſceribus robur addit. Unde hepati commodus eſt.

INFUSIO ROSARUM ſeu Syrupus roſatus ſolutivus vel mucharum.

[illegible]

℞. *Infuſionis roſarum rubrar. ſ. a. nonum iteratæ* lib. x.
ſacchari tantundem.

Coquantur in ſyrupi conſiſtentiam. Nonnulli cum melle conficiunt. Bilem purgat.

DOSIS.

Ab ℥i. ad ℥iv. Vid. *Antidot. ſpec. Wecker. lib. 2. de ſyrup. purganti. bilem.*

℞. *Syrup. roſat. ſolut.* ℥jß.
aqu. cinamomi ʒij.
cichor. ℥iij.
rhabarb. pulveriſat. ℈j.
ſpec. diaturbith. cum rhabarb. ℈ß.

Miſce. Vid. *Inſtitut. medicin. D. Sennerti lib. 5. part 3. ſect. 3. de vinis medicatis.*

De roſis ſingulariter obſervandum, ſuccum earum tunc exprimi omnium optimè, quando matutino rore madent, ille enim per ſe vim laxandi habet, purificatur ſaltem per ſubſidentiam, ac ut conſervetur leniter inſpiſſari poteſt. In hoc ſucco debita doſi manna diſſoluta elegantiſſima præbet laxans puerili ætati vel etiam gravidis convenientiſſimû, aliàs

 cum

cum ſucco illo etiā a oe ſolvi, ac in maſſam pilularū inſpiſſari poteſt, & iſtiusmodi pilulæ nonnullis Angelicæ dicuntur. Vide compoſita alia cum ſucco roſarum inde paſſim apud Autores paulò ante citatos. Sed & hoc de roſis & ſucco earum notandum eſt, ubi inſignis adeſt humorum copia, quæ ventriculum & inteſtina obſidet largiſſimè eum purgare, ipſe enim cum facile putredinem ſubeat ſic ſubductis ad fermentationem humores adigit, adeoq; in febribus præſertim validè movet, ut adeò nonnulli non inter lenientia, ſed reverà purgantia locum tribuant, de quo videri poteſt *Ludovicus Septalius lib. 3. obſerv. animad. c. 9.*

VII. DE SUCCO VIOLARUM.

Violarum natura.

Violæ ſunt frigidæ in primo & humidæ in ſecundo gradu.

Operatio & propriet.

Succus earum & earum ſyrupus paratus parum laxat, calorem mitigat, æſtumque reſtinguit, & pectori utilis eſt. Doſis ejus eſt à ʒjß ad ʒij.

SYRUPUS VIOLARUM ſolutivus.

Syrup. Violar. ſolutivus.

℞. *Flor. violar. recent.* lib. j.
tartari purifi. ati ʒvj.
cinamomi [illegible]
zinzib. ā ʒß.
fol. ſenæ ſ.ſ. ℥jx.
coque in aqua violarum ſ. a.
℞. *Colatura* lib. vj.
ſaccari albiſſ. lib. iij.
Et fiat l. a. Syrupus juſtæ conſiſtentiæ.

Idem quod de roſis rore madidis dictum circa uſum violarum quoque obſervandum, eſt, elegans non minus purgans in renum potiſſimum affectibus, ſi ex ſucco earum cæruleo eleganter & inſpiſſato cum manna eſta fiat bolus, addaturque e g. in Gonorrhæa ☿ius vitæ ad grana aliquot, quod medico cuivis liberum & arbitrio ejus conceſſum eſto.

VIRES ET USUS.

In febribus acutis, quartana, tertiana & quotidiana, cordis, jecinoris, ſplenis & renum debilitate, dolore capitis, tuſſi arida, aſthmate, puncturis laterum, calculo, &c. alvum blandè emollit. Vid. *Theſaur. Chymico-Medic. Hadr. à Mynſicht ſectione I. de Syrupis.*

DE

VIII.

DE MIROBALANIS CITRINIS.

Mirobalani citrini ſunt frigidi in primo & ſicci in ſecundo gradu.

Ventriculum quidem inteſtina atque epar corroborant, ſed uſus eorum in obſtructionibus minus tutus eſt. Prout enim ad nos deferantur ſicci ſunt & leniendi virtus eorum ferè exſiccata videtur, ut dubitari poſſit, an non magis adſtringant, unde ponderoſiores ſemper eligi debent, & qui carne multa præpollent, inſuper non niſi additis aliis & decocti cum folliis ſennæ ſero lactis caprino &c. additis ſyrupo violarum. &c. & in uſum venire debent. Exemplum eſto.

℞. *myrobal. citrin.* ℥ij.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥ß.
rhabarb. elect. ʒj.
coq. in ſ. q. ſeri lactis
colatura ℞. ℞. ℥jv.
adde ſyrup. violar. ſolut. ℥j.
de rh. barb. ʒij.

Doſis earũ eſt à ʒj. ad ʒiij. vel ℥ß. Vid. *inſtitut. medic n. D. Sennert. libr. 5. part. 3. ſectione 1. cap. 5.*

IX.

DE TEREBINTHINA.

Therebinthina ab arbore ſua nomen habet cenſeturq; optima Cypriæ pura, quam non amaram eſſe cenſet *Duretus*. Complexio ejus eſt calida & ſicca. De viribus præparatione ejus *Levinus Lemnius complex. lib. 1. cap. 9.* Terebinthina inquit, non ſolum alvum citra noxam ſolvit, ſed viſcera omnia internaſque partes, jecur, ſplenem, renes, pulmonem expurgat, modo pellucida ſit, & non adulterina, nempe ex larice ſumpta, vel abiete. Sum enim hanc efficaciſſimam expertus in eliciendo ſuppreſſo lotio, in comminuendis calculis, in ſtranguria, atque urinæ ſtillicidio ulceroſo ac fœdo, in arthritide, in pudendorum partibus, etiam a contagio Venereo contractis. In expugnandis externis doloribus, quos idem morbus invexit, quorum nonnulli oſſibus videntur infixi, quod membrani, nervi, muſculi, tendines, qui oſſibus adhærent humorum ſævitia contundi ac dilaniari contingat.

Qvum autem *Galenus* nucis Ponticæ vel avellenæ magnitudine, nonnunquam duarum aut trium hanc exhibere ſoleat, tum ego quo commodius dimanare in venas parteſque corporis univerſas ſubire poſſit, in potionis formam conficio, ac liquore aliquo ſtillatitio, aut vino diluo; absque igni enim liqueſcit, candoremque eximium acquirit ac potulenta hoc modo fit. Hæc ille.

Diluit etiam Therebinthinam vitello ovi addito tantillo aquæ appropriatæ, ſic enim inſtar coloſtri lacteſcit, eſtque appropriatum aliquod remedium contra Gonorrhæam, ſi præſertim pauxillum camphoræ addatur, valet etiam in calculo additis ſalibus volatilibus ſuccini. Dicit laudatus *Lemnius* ſe vino diluere Therebinthinam cum absque igne liqueſcat, & haut obſcurè præfert hunc modum applicandi reſinam hanc communi illi, quo eam coquendo inſpiſſat, igne autem ~us & °°eum ejus in auras abeunt, in quo tamen haud infima vis conſiſtit. Obiter in gratiam Chymicorum hic addo ~tum & °° therebinth. diſtingui quidem communiter, ſed utrumque [illegible] quod aquæ ſupernatat, nihilominus convenire illa duo non poſſunt, ſed alterū alteri non minus æquè ac aquæ ſupernatare videtur. Deſtillatis his °°eis tertium ex reſiduo reſinæ aurei coloris elicitur, quod non minoris efficaciæ. Cæterum ipſa Therebinthina cum ſucco liquiritiæ pulvere ejus ut & cinamomi, cum rhabarbaro porro in elegantes formas & efficaciſſima remedia redigitur, ut ex ſequentibus formulis innoteſcet.

Doſis à ʒij. ad ℥ß. vel ℥j.

NEPHROCATHARTICUM
in Gonorrhæa.

℞. *Therebinthin. lot. in aqu. nenuphar.* ℥ß. vel ʒ j.
extract. caſſiæ
pulveris mechoacannæ ℈ß.
cum ſaccharo fiat bolus.

IN CACULO.

℞. *Therebinth. [illegible] ta ex aqu. [illegible] lota* ʒ [illegible]
r[illegible] ʒi[illegible].
rhab. pulveriſ. optim. [illegible]
cinamomi electi ʒi.
pulveris liquirit. ʒß.
c[illegible]
[illegible] ℈j.

Hac

ſi ſ[illegible] nulla, ex qua formentur pilulæ, quarum doſis ʒj. *Matthiæ [illegible] de Nephritide conſult. p. 170.*

TEREBINTHINA
laxativa.

℞. *Terebinthin. in aqu. roſar. lot.* ʒij
rhabarb. elect. ℈ß.
tartari vitriolat. ʒß.
Cum ſaccharo & pulv. liquiriz. fiat bolus pro una doſi. adſpergatur pulvere cinamomi.

TEREBINTHINA
purgans.

Terebin-thina purgans.

℞. *Terebinthin. in aqu. roſar. lot.* ʒij.
ſpec. Diatartari Hadriani a Mynſich. ℈ij.
ſcammonii ♎*ati* g. viij.
Et cum ſacch. f. l. a. bolus pro una doſi.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

In Gonorrhæa, calculo renum & veſicæ, dolore dorſi, ſecretum.

X.

DE RHABARBARO.

RHabarbarum calidum & ſiccum in ſecundo ordine.

Purgat ſuperioribus paulo fortius, ſed tamen clementer & benigne, tutumque eſt medicamentum omni ætati, atque adeò etiam pueris, atque prægnantibus, purgat bilem flavam, & pituitam. Obſtructiones liberat & affectus inde natos curat, ictero, hydropi, tumori ſplenis, febribus putridis; lyenteriæ, dyſenteriæ, ſputo cruento, occurrit. Inprimis epati utile eſt, unde à nonnullis anima hepatis, ab aliis theriaca hepatis appellatur.

Datur in ſubſtantia, infuſione, & decoctione, additurque tertia pars cinamomi vel ſchænanti, vel ſantali citrini &c. ut ſpargi per venas facilius poſſit, additur plerunque ſpica Indica, ſed in iis, qui facile vomunt & in gravidis ea abſtinendum.

Cum autem ut diverſas partes habeat, & adſtringere valeat & laxare, ſi adſtringere animus eſt exhibetur in ſubſtantia. Nonnulli etiam in alvi fluxione leni, leni toſtione vim purgantem minui, & adſtringentem augeri poſſe cenſent: Quod tamen improbat *Rondoletius*, mavultque rejecta priore coctione denuo coquere & tale exhibere. Ubi etiam in-

ſtitu-

ſtitutum eſt magis purgare, quam adſtringere, levis fiat expreſſio: ſi contra, major. Nam cum vi purgante adſtrictorii aliquid cum arti expreſſione transmittitur.

DOSIS.

Doſis. In ſubſtantia datur à ℈j. ad ℈jß. In infuſione à ʒij. ad ʒiij.

EXTRACTUM rhabarbari.

Extractum rhabarbari. Rhabarbarum recens minutim conciſum, digere in aqua endiviæ, borraginis, vel cichorei, in qua aliquantulum ſalis tartari diſſolutum eſt pro meliore extractione donec coloretur, quod tinctum eſt deple, novamque aquam toties affunde: donec ea non tingatur amplius, depletiones filtra, circula, & menſtruum ad extracti conſiſtentiam per balneum evoca.

DOSIS.

Doſis eſt gr. xv. vel xx.

ALITER.

Doſis. ℞. *Rhabarb.* ℥vj.

pulver. cinamomi ʒij.
macis
nucis moſchat. aa ʒß.
ſpica indica ʒß.
ſucci cichor.
borrag. aa, lib. j.

Infundantur per noctem, mane bulliant, & exprimantur, inſpiſſitudini in duplice vaſe factæ adde
ſacchari albi ℥j.
diagridii ʒjß.

Miſce ſ. a.

Vide *Tyrocin. Chym. Beguini lib. 2. cap. 9. de extractis. Item Inſtit. medicin. D. Sennerti. lib 5. part. 1. ſect. 3. cap. 9. de tincturis & extractis exegeſin chymiatr. Andr. Tentzelii de Tincturis & pract. chymiatr. D. Joh. Hartmanni pag.* ...

TINCTURA RHABARBARI MONACHORUM.

Tinctura Rhabarb. Monachorum. ℞. Rhabarb. Monachorum in fruſtula conciſi, ℥j. ſuperfunde olei amygdalarum amararum ad trium digitorum eminentiam. Expone calore ſicca per menſem philoſophicum ſive quadraginta dies: atque ſic oleum rhabari eſſentiam in ſe derivabit. Deinde phiala per manicam Hippocratis vel linteum,

[illegible], deinde ei optimum vini ſpiritum affunde, atque in B. M. per aliquot dies relinque. Sic ſpiritus vini [illegible] omnem rhabarbari attrahet. Remanentiam iterum, cum novo oleo, poni-to in digeſtionem, ut id rurſus [illegible] : iterumque per ſpiritum vini tincturam ex oleo extracto : quod tamdiu eſt repetendum, donec rhabarbarum nihil amplius coloris oleo ſuppeditet. Atque ita tinctum vini ſpiritum, per alembicum ad dimidium deſtilla : quodque deſtillatum eſt, redde : iterumque ad dimidias deſtilla : quod etiam quartâ vice eſt repetendum. Ultimò deniq; totum per alembicum deſtilla : atque tum demum tinctura, unà cum vini ſpiritu, per alembicum [illegible], poſteà ad mellaginem, vel balſami [illegible], in balneo vaporoſo, ſeparando.

Doſis à gutt. 10 ad undecim in conſerva aliqua, aut liquore convenienti.

FLORES RHABARBARI Ꝋrati.

Flores Rhab. Ꝋrati.

℞. *Extract. rhabarb. ad durițiem planè & ariditatem ferè friabilem inſpiſſati* ℥j.
flor. Ꝋris ter ſublimat. ℥j.
ol. cinamomi ℈j.
macis ℈ß.

Mixta omnia invicem cucurbitæ vitreæ indantur, impoſitoque alambico cæco, & juncturis undique clauſis, lento igne ſublimentur, quod in altum aſcenderit peractâ ſublimatione denuò cum reliqua materia in fundo reſidua permiſceatur, & ſecunda vice nova ſublimatio inſtituatur, quæ abſoluta idem iterum tertiò repetatur; & ſic non vulgare medicamentum, leniter laxans, omnemque putredinem coercens, obtinebis. Præſertim in peſte utile eſt.

DOSIS.

Doſis. In adultioribus ℈ß vel gr. xv. In junioribus gr. vj. vel viij &c. in vino paſſulato, vel cum conſerva roſar. vel acetoſæ; Si ſatis non purgat, ejus doſis augeatur.

Maximum, ut jam innui, ſecretum & præſervativum in Peſte, Vid. *Tract. de Peſte Matth. Unzer pag. 179.*

℞. *Rhabarb.* ℥ß.
cinamomi ʒß.
ſpic. Indic gr. viij.
Coque lento igne in ſ. q. *aqua ſimpl. cabatura.* ℞. ℥iij.
In qua diſſolve

man-

manna elect. ℥ß.

Iterum coletur. Vel pro manna

ſyrup. roſat. ſolutiv. ℥j.

Fiat hauſtus.

ALITER.

℞. *Rhabarb. opt.* ʒj.

fol. ſen. ʒiij.

florum q. cordial. aa p. j.

zingib.

cinamomi aa ℈j.

Coque in ſ. q. aquæ ſimplicis.

colaturæ ℥iiij.

Adde

elect. diacarth. ʒij.

Miſce.

VIII.

in forma per expreſſionem

℞. *Rhabarb.* ʒij.

cremor. ♀ri ℈j.

ſpic. indic. ℈ß.

affunde in aq. borrag. q. ſ.

coque ad diſſolutionem cremoris ♀i.

colaturæ adde

ſyrup. roſar. ſolut. ℥ß.

extract. panch. mag. gr. vj.

aq. cinamom. ʒiß.

Fiat hauſtus. Vid. *inſtit. medic. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 3. de decoctis purgantibus.*

XI. DE SCAMMONIO.

Scammonium ... deſcrid. *Folia.* Folia ejus læta & acuminata, levis ſmilaci æmula;

Flores. Flores ſimiles calathi quoque forma, candicantes, paulò minores.

Radix. Radix ſubeſt longa, craſſa candida interius, ex qua ſuccus colligitur, qui condenſatus ad medicinæ uſus ſervit.

Locus. In calido pinguique exit ſolo, veluti in Aſia, Myſia, Syria, aliisq; ſimilibus. Reperitur & in Creta Inſula, uti & hortis noſtris quoque ... erit. Veriſimile eſt, ubi ſuo genius eſt, citò & pluri... deinde æſtatis parte florere. Nam & in Belgio æſtivis menſibus ſubinde cum flore videri poteſt.

Scammonium non modo ſtirpem ipſam, ſed & denſatum concretumque ſuccum Latini nominant.

Electio. Laudatur nitidum, rarum, leve, colore quam ſimillimum taurino glutini, ſungoſum tenuiſſimis ... lis. Addunt nonnulli, ut linguæ tactu albeſcat; Huic notæ ſidendum non eſt: hoc enim evenit adulterato, quod admixto fit tithymali lacte. ... talem

ta linea certior eſt, nempe quiſ-
ſtam linguam non urit, quemadmodum Tithymalus.

Adultera-tio. Adulteratur Tithymali lacte, & farina orobi, ſed ex notis prædictis dignoſcitur.

Collectio. Colligitur menſe Junio.

Duratio. Ad annos quatuor & plures ſervatur, ſed quo antiquius eò imbecillius.

Doſis. Datur per ſe à gr. v. ad xij.

Sunt, qui ultra duodecim grana & etiam ſcrupulum ſine noxa dederunt.

NOXÆ SCAMMO-NII.

Noxa. Tribus de cauſis corporibus noxam inferre poteſt.

1\. Prima eſt, quod adeò tormina excitet, ut ventriculum etiam ad nauſeam commoveat. Noxa hæc tollitur, ſi in excavato cydonio malo impaſtetur, additis aut fœniculi aut dauci, aut apii ſemine, aut galangæ &c. Sicque fiat toſtio.

2\. Inflammat deinde acredinis exſuperantia corporis ſpiritus: quo fit, ut facilè febres excitet, iis præcipue, qui obſtructionibus viſcerum, & humoribus putreſcentibus obnoxii ſunt: ſed id nocumenti aufertur, admiſtis infrigidantibus quibusdam, quæ refrigerant & lenitorum extingvunt; cujuſmodi pſyllii ſeminis ſpiſſamentum, prunorum decoctum, ſeu potius pulpa, roſarum & violarum, ſuccus, aut dilutum, aut aqua: Quin etiam ante coctionem maceretur oleo roſaceo, aut violaceo, aut cotoneorum mali ſaporis ſucco.

Ad hæc, quod magna tum attrahendi, tum aperiendi facultate ſit præditum, particulas intelligo reſinoſas, immoderatas alvi fluxiones facit: vaſorum enim oſcula plus quam par ſit, aperit. 3.
Hæc noxa adimitur admiſtis rebus adſtringentibus, cohibentibusq; nempe malis, cydoniis malis; ſuccoque ab eis expreſſo & myrobalanis, præſertim flavis.

Præparatio ſcammonii. Scammonium tritum in malo cydonio, paſta obvoluto, coquitur. E pomo refrigerato ſcammonium eximitur, uſuique ſervatur & diagridium appellatur. Vide *Cordum*. Recentiores hoc modo Scammonium præparant.

Alius præparandi modus. Scammonio in mortario tenuiſſimè trito effundunt ſpirit. vitrioli aut ♀ris per campanam facti: item olei deſtillati aniſi vel

 fœni-

[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Angeli Sala ℈j.

Fiat maſſa

VIRES ET USUS.

In melancholia hypochondriaca, diſpoſitione ſcorbutica, cachexia, ſplenis & epatis obſtructionibus optatum medicamentum. Vid. *Tartar. oleg. Angeli Sala cap. [illegible]*

Doſis à ℈j ad ʒß. vel ℈ij.

DE PILULIS ANGELICIS.

Pilulæ angelicæ. Pilularum angelicarum, quas Franckfurter Pillen vocant, per Europam [illegible] decantatarum authorem Germani Franckfurtenſium [illegible] *Harmannum Beyeram*; Itali vero nobiliſſimum Medicum Patavinum, *Hieronymum Fabricium* ab Aquapendente conſtituunt. Ubi[illegible]is certè locorum uſus frequentia cuncta reliqua pilularum genera ſuperare videntur. Vera autem illarum deſcriptio tamen pro ſecreto hactenus habita fuit, ut ea nec pretio nec precibus impetrare multi potuerint. Sunt qui hanc deſcriptione genuinam cenſent.

℞. *Aloes ſuccotrin.* lib. j.
ſucci borrag.
buglos.
violar.
fumaria
roſar. pallidar. aa q. ſ.

Omnia probe miſceantur & relinquantur infuſa per 24. horas, in loco calido, poſtea exprimantur & inſpiſſentur, fiat maſſa, ex qua poteſt quoq; fieri Extractum.

ALIIS HÆC DESCRIPTIO PLACET.

℞. *Aloes ſuccotrin.* lib. j.
ſucci borrag.
bugloſ.
violar. aa ℥iiiß.
roſar. lib. ß.

Infundantur per horas [illegible]x. Deinde exprimantur & coquantur ad conſumptionem ſuccorum addendo. *ſucci cardbend.*
veronicæ
chamomillæ
chamædr. aa ℥j.

Fiat l. a. Maſſa & ſi lubet poſtea Extractum.

ALITER.

℞. *Succi violarum* ℥v.
aloes [illegible] ʒij.

Miſce & [illegible] in phiola, donec ſuccus aloem extraxerit, cola, [illegible] inſpiſſaque ad [illegible] pilularum.

Doſis eſt à gr. [illegible] ad x. vel plura. [illegible] eſt [illegible] poſt horas xij horas operationem [illegible] ſerit.

DE

Pilulæ aloeticæ Horstii.

DE PILULIS ALOETICIS

Gregorii Horſtii.

℞. *Aloes roſat* ℥ß.
myrrhæ ʒj.
gummi ammoniaci in aceto diſſoluti ℥ß. vel ʒvj.
agarici trochiſc.
rhabarb. elect. aa ʒiij.
radic. aſari
gentian. aa ʒj.
maſtiches ℈ij.
ſpicæ indicæ
ſem. petroſel. aa ℈j.

Cum ſyrup. d. abſinthio f. m. formentur pilulæ ex ℈ij. num. xv. pro doſi per octiduum hora prima ante cœnam continuanda. In melancholia hypochondriaca dantur ſummo cum fructu. Vid. *Gregor. Horſt. obſervat. medicinal. p. 251.*

Pilulæ aloeticæ Adami Luchteni.

PILULÆ ALOETICÆ

Adami Luchteni.

℞. *Aloës inſuccat.* ℥j.
rhabarb. optim. pulveriſat. & cum aqua cinamomi aſperſ. ʒij
extract. panchym. Crollii.
helleb. nigri ad deſcriptionem Quercetani aa ʒj.
chalybis prapar ʒij.
trochiſc. d. eupator.
d. abſinth. aa ʒß.

Syrup. de pomis laxativ. q. ſ. fiat maſſa. Sumatur ℈j. ante ſomnum. In diſpoſitione ſcorbutica cum melancholia hypochondriaca. Vid. *Gregor. Horſt. obſervat. medicinal. pag. 277.*

Pilulæ aloeticæ noſtræ deſcriptionis.

PILULÆ ALOETICÆ

noſtræ deſcriptionis.

℞. *Aloes opt.* ʒvj.
rhabarb.
agaric. trochiſc.
radic. mechoacan aa ʒij.
diagridii ℈v.
ſucci eupator
abſinthii aa ℈jß.
ſpicæ indicæ ℈j.
extract. matricar. ℈ij.
gummi ammoniaci diſſolut in aceto ſquillitico diſſol. ʒj.
ſyrup. bizantin. q. ſ.

Fiat maſſa, ex qualibet ʒ fiant pilulæ xviij. pro doſi ante ſomnum.

PILULÆ PESTILENTIALES EX ALOE.

D. D. Johannis Pontani.

℞. *Aloes opt. & elect.* ℥j.
myrrh. elect.
croci
rhabarb. opt. aa ʒij.
agaric. trochiſcat. ℈iiij.
ſpicæ indicæ gr. xvj.

 cort.

c rt. citri
rad. torment.
ſem. acetoſ. aa ℈ j.
ſuccin. alb. præp.
ſantali citrini aa ℈ j.
boli armeni præp. ʒ j.

Omnia in pulverem tenuiſſimum trita excipiuntur ſyrup. ſcordii & acetoſ. citri fiat maſſa, ex qua formentur pil. in forma peſtilentialium.

EXTRACTUM ALOES
cum rhabarbaro.

℞. *Aloes ſuccot. el.* ℥ vj.
infuſ. on. roſar. lib. j.

Coque ad ſpiſſitudinem, in fine miſceantur rhab. pulver. ℥ iij. Fiat l. a. maſſa, hoc eſt extractum aureum.

EXTRACTUM ALOES
compoſitum.

℞. *Extract. aloes* ʒ vj.
roſar. ʒ iij.
pulv. ireos gr. xv.
ſuccin. alb. præp.
magiſter. perlar.
corall.
ambra griſca aa ℈ ß.

Fiat l. a. maſſa.

EXTRACTUM ALOES
D. D. Mart. Pratorii.

℞. *Radic. polypod. q.* ℥ j.
ſem. fænic. ʒ vj.
liquiritiæ ʒ iij.
herb. ceterab. m ß.
cuſcut.
agrimon. aa m j.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥ j.
ſem. aniſi ʒ ij ß.
citri ʒ i ß.
flor. bugloſ.
borrag.
violar. aa p. j.
paſſul. minor. ℥ iij.

Coque in ſ. q. aquæ ſcolopendr. & cichor. ad medietatem conſumptionis in diplomate in colatur. diſſol.

aloes epat. ℥ iij ß.
maſtichu elect. ʒ j.
thuris
myrrhæ aa ʒ ß.

Percolatum liquorem expreſſum igne lento quoque ad elect. liquidior. conſiſtentiam f. ſ. a. Extractum. S. proprio nomine.

EXTRACTUM ALOES
D. D. Martini Capelli
Phyſici Magdeburgenſis.

℞. *Agarici alb. elect.*
pulv. colocynth.
rhabarb.
colocynth. aa ℥ iij.
fol. ſen. or. ℥ vj.
galang.

radi-

calami aromat.
zedoariæ aa ʒjß.
zingib. alb.
ſem. fænic. aa ℥ijß.
ſcammonii ʒvj.

decoque in ſ. q. aquæ comm. puræ ad medietatem in colatur. fortiſs. expreſs. diſſolve

aloës epat. Copi ℥vj.

percolentur ac inde iterum leni igne decoque in B. ad elect. liquid. conſiſtentiam. Signetur extractum ordinationis *Mart. Copi.* ſervanda per annum. Ventriculum, cerebrum, viſcera reliqua, oculos, uterum putridis humoribus roborant. Vide *antidotar. ſpec. Weck. lib. 2 de pilul. purgant. humor mixtor.* & *Fernel lib. 5. method. cap. 7. & 9. Dioſcor. lib. 3 cap. 22. Plin. lib. 27. cap. 4. Berlin. lib. 18. cap. 10. Galen. lib. de dynamid. 2. tit. d. aloe. Et lib. de ſimplic. medicament. &c.*

VI. DE SUCCO ROSARUM.

Roſa frigida eſt in primo & ſicca in ſecundo. Ejus ſuccus & inde paratus ſyrupus bilem tenuem educit, ſed à purgatione viſceribus robur addit. Unde hepati commodus eſt.

INFUSIO ROSARUM
ſeu Syrupus roſatus ſolutivus vel mucharum.

[illegible]

℞. *Infuſionis roſarum rubrar. ſ. a. nonum iteratæ* lib. x.
ſacchari tantundem.

Coquantur in ſyrupi conſiſtentiam. Nonnulli cum melle conficiunt. Bilem purgat.

DOSIS.

Ab ℥i. ad ℥ii. Vid. *Antidot. ſpec. Wecker. lib. 2. de ſyrupis purgantibus bilem.*

℞. *Syrup. roſat. ſolut.* ℥jß.
aqu. cinamomi ʒij.
cichor. ℥iij.
rhabarb. pulveriſat. ℈j.
ſpec. diaturbith. cum rhabarb. ℈ß.

Miſce. Vid. *Inſtitut. medicin. D. Sennerti lib. 5. part 3. ſect. 3. de vinis medicatis.*

De roſis ſingulariter obſervandum, ſuccum earum tunc exprimi omnium optimè, quando matutino rore madent, ille enim per ſe vim laxandi habet, purificatur ſaltem per ſubſidentiam, ac ut conſervetur leniter inſpiſſari poteſt. In hoc ſucco debita doſi manna diſſoluta elegantiſſima præbet laxans puerili ætati vel etiam gravidis convenientiſſimū, aliàs

cum ſucco il'o etiā aliæ ſalvi ac in maſſam pilularū ſolſpiſſari poteſt, & iſtiuſmodi pilulæ nonnullis Angelicæ dicuntur. Vide compoſita alia cum ſucco roſaram inde paſſim apud Autores paulo ante citatos. Sed & hoc de roſis & ſucco earum notandum eſt, ubi inſignis adeſt humorum copia, quæ ventriculum & inteſtina obſidet largiſſimè cum purgare, ipſe enim cum facile putredinem ſubeat ſic ſubdulcis ad fermentationem humores adigit, adeoq; in febribus præſertim validè movet, ut adeò nonnulli non inter lenientia, ſed revera purgantia locum tribuant, de quo videri poteſt *Ludovicus Septalius lib. 3. obſerv. animad. c. 9.*

VII. DE SUCCO VIOLARUM.

Violarum natura.

Violæ ſunt frigidæ in primo & humidæ in ſecundo gradu.

Operatio & propriet.

Succus earum & earum ſyrupus paratus parum laxat, calorem mitigat, æſtumque reſtinguit, & pectori utilis eſt. Doſis ejus eſt à ℥ß ad ℥ij.

SYRUPUS VIOLARUM ſolutivus.

Syrup. Violar. ſolutivus.

℞. *Flor. violar. recent.* lib. j.
tartari purificati ℥vj.
cinnamomi a[illegible]
zingib. a ℥ß.
fol. ſenæ ſ. ſ. ℥ix.

coque in aqua violarum ſ. a.
℞. *Colaturæ* lib. vj.
ſacchari albiſſ. lib. iij.

Et fiat l. a. Syrupus juſtæ conſiſtentiæ.

Idem quod de roſis rore madidis dictum circa uſum violarum quoque obſervandum, eſt, elegans non minus purgans in renum potiſſimum affectibus, ſi ex ſucco earum cæruleo eleganter & inſpiſſato cum manna electa fiat bolus, addaturque e g. in Gonorrhæa ☿ius vitæ ad grana aliquot, quod medico cui is liberum & arbitrio ejus conceſſum eſto.

VIRES ET USUS.

In febribus acutis, quartana, tertiana & quotidiana, cordis, Jecinoris, ſplenis, & renum debilitate, dolore capitis, tuſſi arida, aſthmate, puncturis laterum, calculo, &c. alvum blande emollit. Vid. *Tilingr. Chymiatr. Hadr. a Mynſicht ſect. 15. de Syrupis.*

DE

VIII. DE MIROBALANIS CITRINIS.

Mirobalani citrini ſunt frigidi in primo & ſicci in ſecundo gradu.

Ventriculum quidem inteſtina atque epar corroborant, ſed uſus eorum in obſtructionibus minus tutus eſt. Prout enim ad nos deferantur ſicci ſunt & leniendi virtus eorum ferè exſiccata videtur, ut dubitari poſſit, an non magis adſtringant, unde ponderoſiores ſemper eligi debent, & qui carne multa præpollent, inſuper non niſi additis aliis & decocti cum foliis ſennæ ſero lactis caprino &c. additis ſyrupo violarum. &c. & in uſum venire debent. Exemplum eſto.

℞. myrobal. citrin. ℥ij.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥ß.
rhabarb. elect. ʒj.
coq. in ſ. q. ſeri lactis
colaturæ ℞. ℞. ℥jv.
adde ſyrup. violar. ſolut. ℥j.
de rhabarb. ʒij.

Doſis earũ eſt à ʒj. ad ʒiij. vel ℥ß.

Vid. *inſtitut. medicin. D. Sennert. libr. 5. part. 3. ſectione 1. cap. 5.*

IX. DE TEREBINTHINA.

Therebinthina ab arbore ſua nomen habet cenſeturq; optima Cypriæ pura, quam non amaram eſſe cenſet *Duretus*. Complexio ejus eſt calida & ſicca. De viribus præparatione ejus *Levinus Lemnius complex. lib. 1. cap. 9.* Terebinthina inquit, non ſolum alvum citra noxam ſolvit, ſed viſcera omnia internasque partes, jecur, ſplenem, renes, pulmonem expurgat, modo perlucida ſit, & non adulterina, neque e larice pinea, vel abiete. Sum enim hanc efficaciſſimam expertus in eliciendo ſuppreſſo lotio, in comminuendis calculis, in ſtranguria, atque urinæ ſtillicidio ulceroſo ac fœdo, in arthritide, in pudendorum partibus, etiam a contagio Venereo contractis. In expugnandis externis doloribus, quos idem morbus invexit, quorum nonnulli oſſibus videntur infixi, quod membrani, nervi, muſculi, tendines, qui oſſibus adhærent humorum ſævitia contundi ac dilaniari contingat.

Qvum autem [illegible] ſiccum nucis Ponticæ vel avellanæ magnitudine, [illegible] nunquam duriuſ [illegible] triuum hanc exhibere ſoleat, tum ego quo commodius dimanare in venas parteſque corporis univerſas ſubire poſſit, in potionis formam conficio, ac liquore aliquo ſtillatitio, aut vino diluo; abſque igni enim liqueſcit, candoremque eximium acquirit ac potulenta hoc modo fit. Hæc ille.

Diluit etiam Therebinthinam vitello ovi addito tantillo aquæ appropriatæ, ſic enim inſtar coloſtri lacteſcit, eſtque appropriatum [illegible] remedium contra Gonorrhæam, ſi præſertim pauxillum camphoræ addatur, valet etiam in calculo additis ſalibus volatilibus ſuccini. Dicit laudatus *Lemnius* ſe vino diluere Therebinthinam cum abſque igne liqueſcat, & haut obſcurè præfert hunc modum applicandi reſinam hanc communi illi, quo eam coquendo inſpiſſat, igne autem ∽us & °°eum ejus in auras abeunt, in quo tamen haud infima vis conſiſtit. Obiter in gratiam Chymicorum hic addo ∽tum & °°eum therebinth. [illegible] tingui quidem communiter, ſed utrumque [illegible] cile quando quæ ſupernatat, nihilominus communicere illa duo non poſſunt, ſed alterū alteri non minus æquè ac aquæ ſupernatare videtur. Deſtillatis his °°eis tertium ex reſiduo reſinæ aurei coloris elicitur, quod non minoris efficaciæ. Cæterum ipſa Therebinthina cum ſucco liquiritiæ pulvere ejus ut & cinamomi, cum rhabarbaro porro in elegantes formas & efficaciſſima remedia redigitur, ut ex ſequentibus formulis innoteſcet.

Doſis à ʒij. ad ℥ß. vel ℥j.

NEPHROCATHARTICUM in Gonorrhæa.

℞. *Therebinthin. lot. in aqu. nenuphar.* ℥ß. vel ʒvj.
extract. caſſiæ
pulveris me[illegible] caſcanna ℈ß.
cum ſaccharo fiat bolus.

IN CALCULO.

℞. *Therebinth.* [illegible] *vel* [illegible]
ta ex [illegible] *lota* ʒ[illegible]
r [illegible] ʒiij.
rhab. pulver. ſ. optim. [illegible]
cinamomi electi ʒ[illegible]
pulveris liquirit. [illegible]
[illegible]
[illegible]

Fiat

Fiat inde maſſa, ex qua formentur pilulæ, quarum doſis ℨj. *Matthia Untzer libr. de Nephritide conſult. p. 170.*

TEREBINTHINA
laxativa.

Terebinthina laxativa.

℞. *Terebinthin. in aqu. roſar. lot* ℨij
rhabarb. elect. ℈ß.
tartari vitriolat. ℨß.
Cum ſaccharo & pulv. liquiriz. fiat bolus pro una doſi, adſpergatur pulvere cinamomi.

TEREBINTHINA
purgans.

℞. *Terebinthin. in aqu. roſar. lot.* ℨij. *Terebinthina purgans.*
ſpec. Diatartari Hadriani a Mynſich. ℈iß.
ſcammonii ♎*ati* g. viij.
Et cum ſacch. f. l. a. bolus pro una doſi.

VIRES ET USUS.

In Gonorrhæa, calculo renum & veſicæ, dolore dorſi, ſecretum. *Vires & Uſus.*

DE RHABARBARO.

X. [illegible]

RHabarbarum calidum & ſiccum in ſecundo ordine.

Purgat ſuperioribus paulò fortius, ſed tamen clementer & benignè: tutumque eſt medicamentum omni ætati, atque adeò etiam pueris, atque prægnantibus, purgat bilem flavam, & pituitam. Obſtructiones liberat & affectus inde natos curat, ictero, hydropi, tumori ſplenis, febribus putridis; lyenteriæ, dyſenteriæ, ſputo cruento, occurrit. Inprimis epati utile eſt, unde à nonnullis anima hepatis, ab aliis theriaca hepatis appellatur.

Datur in ſubſtantia, infuſione, & decoctione, additurque tertia pars cinamomi vel ſchænanti, vel ſantali citrini &c. ut ſpargi per venas facilius poſſit, additur plerumque ſpica Indica, ſed in iis, qui facilè vomunt & in gravidis ea abſtinendum.

Cum autem ut diverſas partes habeat, & adſtringere valeat & laxare, ſi adſtringere animus eſt exhibetur in ſubſtantia. Nonnulli etiam in alvi fluxione leni, leni toſtione vim purgantem minui, & adſtringentem augeri poſſe cenſent: Quod tamen improbat *Rondoletius*, mavultque rejecta priore coctione denuò coquere & tale exhibere. Ubi etiam inſtitu-

ſtitutum eſt magis purgare, quam adſtringere, levis fiat expreſſio: ſi contra, major. Nam cum vi purgante adſtrictorii aliquid cum jacta expreſſione transmittitur.

DOSIS.

Doſis. In ſubſtantia datur à ʒj. ad ʒjß. In infuſione à ʒij. ad ʒiij.

EXTRACTUM rhabarbari.

Extractum rhabarbari. Rhabarbarum recens minutim conciſum, digere in aqua endiviæ, borraginis, vel cichorei, in qua aliquantulum ſalis tartari diſſolutum eſt pro meliore extractione donec coloretur, quod tinctum eſt deple, novamque aquam toties affunde: donec ea non tingatur amplius, depletiones filtra, circula, & menſtruum ad extracti conſiſtentiam per balneum evoca.

DOSIS.

Doſis eſt gr. xv. vel xx.

ALITER.

Doſis. ℞. *Rhabarb.* ℥vj.

pulver. cinamomi ʒij.
macis
nucis moſchat. aa ʒß.
ſpica indica ʒß.
ſucci cichor.
borrag. aa, lib. j.

Infundantur per noctem, mane bulliant, & exprimantur, inſpiſſitudini in duplice vaſe factæ, adde
ſacchari albi ℥j.
diagridii ʒjß.
Miſce ſ. a.

Vide *Tyrocin. Chym. Beguini lib. 2. cap. 9. de extractis. Item Inſtit. medicin. D. Sennerti. lib 5. part. 1. ſect. 3. cap. 9. de tincturis & extractis exegeſin chymiatr. Andr. Tenzelii de Tincturis & pract. chymiatr. D. Joh. Hartmanni pag. 6.*

TINCTURA RHABARBARI MONACHORUM.

℞. Rhabarb. Monachorum, in fruſtula conciſi, ℥j. ſuperfunde olei amygdalarum amararum ad trium digitorum eminentiam. Expone calore ſolis per menſem philoſophicum ſive quadraginta dies: atque ſic oleum rhabari eſſentiam in ſe derivabit. Deinde percola per manicam Hippocratis vel linteum, *[illegible]*

ſioni, deinde ei optimum vini ſpiritum affunde, atque ſic [illegible] M. per aliquot dies relinque. Sic ſpiritus vini eſſentiam omnem rhabarbari attrahet. Remanentem [illegible], cum novo oleo, ponito in digeſtionem, ut id rurſus tingatur: iterumque per ſpiritum vini tincturam ex oleo evocato: quod tamdiu eſt repetendum; donec rhabarbarum nihil amplius coloris oleo ſuppeditet. Atque ita [illegible] vini ſpiritum, per alembicum ad dimidium deſtilla: quodque deſtillatum eſt, redde: iterumque ad dimidias deſtilla: quod etiam quartâ vice eſt repetendum. Ultimò deniq; totum per alembicum deſtilla: atque tum demum tinctura, unà cum vini ſpiritu, per alembicum feretur, [illegible] ad mellaginem, vel balſami formam, in balneo vaporoſo, ſeparanda.

Doſis à gutt. 10. ad undecim in conſerva aliqua, aut liquore convenienti.

FLORES RHABARBARI △rati.

Flores Rhab. △rati. ℞. *Extract. rhabarb. ad duritiem plan[illegible] & [illegible] ferè friabilem inſpiſſati* ℥j.
flor. ♀ris ter ſublimat. ℥j.
ol. cinamomi ℈j.
macis ℈ß.

Miſta omnia invicem cucurbitæ vitreæ indantur, impoſitoque alembico cæco, & juncturis undique clauſis, lento igne ſublimentur, quod in altum aſcenderit peracta ſublimatione denuò cum reliqua materia in fundo reſidua permiſceatur, & ſecunda vice nova ſublimatio inſtituatur, qua abſoluta idem labor tertiò repetatur; & ſic non vulgare medicamentum, leniter laxans, omnemque putredinem coercens, obtinebis. Præſertim in peſte utile eſt.

DOSIS.

In adultioribus ℈ß vel gr. xv. *Doſis.*
In junioribus gr. vj. vel viij. &c. in vino paſſulato, vel cum conſerva roſar. vel acetoſæ; ſi ſatis non purgat, ejus doſis augeatur.

Maximum, ut jam innui, ſecretum & præſervativum in Peſte. Vid. *Tract. de Peſte Matth. Unzer. pag. 179.*

℞. *Rhabarb.* ʒiß.
cinamomi ʒß.
ſpic. Indic. gr. viij.
Coque lento igne in ſ. q. *aquæ ſimpl. colaturæ* ℞. ℥ij.
In qua diſſolve.

mann. electi. ʒß.
Iterum coletur. Vel pro *manna*
ſyrup. roſat. ſolutiv. ℥j.
Fiat hauſtus.

ALITER.

℞. *Rhabarb. opt.* ʒj.
fol. ſen. ʒiij.
florum 4. cordial. aa p. j.
zingib.
cinnamomi aa ℈j.
Coque in ſ. q. aquæ ſimplicis.
colaturæ ℞. ℥iiij.
Adde
elect. diacarth. ʒij.
Miſce.

VEL

in forma per expreſſionem
℞. *Rhabarb.* ʒij.
cremor. ♀ri ℈j.
ſpec. indic. ℈ß.
affunde in aq. borrag. q. ſ.
coque ad diſſolutionem cremoris ♀i.
colaturæ adde
ſyrup. roſar. ſolut. ℥ß.
extract. panchymag. gr. vi.
aq. cinamom. ʒß.
Fiat hauſtus. Vid. *inſtit. medic. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 9. cap. 3. de decoctis purgantibus.*

XI. DE SCAMMONIO.

Scammonium quid. *Folia.* Folia ejus lata & acuminata, levis ſmilacis æmula;

Flores. Flores ſimiles calathi quoque forma, candicantes, paulò minores.

Radix. Radix ſubeſt longa, craſſa candida interius, ex qua ſuccus colligitur, qui condenſatus ad medicinæ uſus ſervit.

Locus. In calido pinguique exit ſolo, velut in Aſia, Myſia, Syria, aliisq; ſimilibus. Reperitur & in Creta Inſula, ubi & hortis noſtris quoque ſuccreſcit. Veriſimile eſt, ubi ſua ſponte eſt, citò & pluri- ma deinde æſtatis parte florere. Nam & in Belgio æſtivis menſibus ſubinde cum flore videri poteſt.

Scammonium non modo ſtirpem ipſam, ſed & denſatum concretumque ſuccum Latini nominant.

Laudatur nitidum, rarum, leve, colore quam ſimillimum taurino glutini, fungoſum tenuiſſimis. Addunt nonnulli, ut linguæ tactu laedat; Huic notæ fidendum non eſt. hoc enim evenit adulterato, quod admixto ſtibio mali lacto. Hæc autem nota [illegible]

[illegible] certum eſt, nempe ſi guſtatu linguam non urit, quemadmodum Tithymalus.

Adultera-tum. Adulteratur Tithymali lacte, & farina orobi, ſed ex notis prædictis dignoſcitur.

Electio. Duratio. Colligitur menſe Junio.

Ad annos quatuor & plures ſervatur, ſed quo antiquius eò imbecillius.

Doſis. Datur per ſe à gr. v. ad xij.

Sunt, qui ultra duodecim grana & etiam ſcrupulum ſine noxa dederunt.

NOXÆ SCAMMONII.

Noxa. Tribus de cauſis corporibus noxam inferre poteſt.

1. Prima eſt, quod adeò tormina excitet, ut ventriculum etiam ad nauſeam commoveat. Noxa hæc tollitur, ſi in excavato cydonio malo impaſtetur, additis aut fæniculi aut dauci, aut apii ſemine, aut galangæ &c. Sicque fiat coctio.

2. Inflammat deinde acredinis exſuperantia corporis ſpiritus: quo fit, ut facilè febres excitet, iis præcipue, qui obſtructionibus viſcerum, & humoribus putrefcentibus obnoxii ſunt; ſed id nocumenti aufertur, admiſtis iis coquendum, quæ refrigerant & fervorem extinguunt; cujusmodi pſyllii ſeminis ſpiſſamentum, prunorum decoctum, ſeu potius pulpa, roſarum & violarum, ſuccus, aut dilutum, aut aqua: Quin etiam ante coctionem maceretur oleo roſaceo, aut violaceo, aut cotoneorum miſti ſaporis ſucco.

3. Ad hæc, quod magna tum attrahendi, tum aperiendi facultate ſit prædituum, partes ſuas intellige reſinoſas, immoderatas alvi fluxiones facit: vaſorum enim oſcula plus quàm par ſit, aperit. Hæc noxa adimitur admiſtis rebus adſtringentibus, cohibentibusq; nempe malis[illegible], cydoniis malis; ſuccoque ab eis expreſſo & mirobalanis, præſertim flavis.

Scammonium tritum in malo cydonio, pallâ obvoluto, coquitur. E pomo refrigerato ſcammonium eximitur, uſuique ſervatur & diagridium appellatur. Vide *Cordum.* Recentiores hoc modo Scammonium præparant. *Præparatio ſcammonii.*

Scammonio in mortario tenuiſſimè trito effundunt ſpirit. vitrioli aut ♀ris per campanam ſa[illegible] item olei deſtillati [illegible] vel ſæni- *Alius præparandi modus.*

fœniculi aliquid, exempli gratia ad ℥j. ſcammonii ſulph. vitrioli vel olei ℈ij. ℈ß. olei verò aniſi gut. xxvj. addunt, diligenterque omnia agitant, ut fiat maſſa inſtar picis viſcidæ.

Hæc præparatio eſt planè Philoſophica. Cum nimirum ſcammonium exuberanti calefaciendi qualitate, quæ à Mercurio & ſale volatili mordicante dependet, prædictum ſit, hoc nobili menſtruo perfectè corrigatur. Nec poteſt mordicans illud ſal amplius vigere, ſed retunditur quaſi, & ad beneficam operationem redigitur iſtud per mortificationem, ab actione ex ſpiritu vitrioli & oleo aniſi contraria proficiſcentem.

Hujus præparati ſcammonii Doſis à gr. x. ad xij.

PRÆPARATIO SCAMMONII ALIA.

℞. *Sem. apii.*
dauci fœnic. aa ʒjß.
flor. 4. cordial. p. ij.
galangæ
ligni aloës aa ℈iiij.
codtio mirabal. ʒiiß.

Fiat decoctio in vini cydonior ℥viij. ad caſum medietatis in duplici vaſe, cola & colaturæ q. ſ. adde

ſcammonii triti ℥iij.
maſtichis
bdellii
tragacanthi aa ʒiij.
cort. mirabal. citrin. ʒij.
ſpec. diagalang. ʒj.
de gemmis ʒß.

Fiat maſſa, ex qua formentur trochiſci ſtellati, ut moris eſt.

ALITER.

℞. *Sem. cadui*
fœnicul.
pſillii
flor. cord. aa p. j.
ſpec. diamargar. frigid. ʒj.
mirabalan. citrin. ℥j.

Fiat decoctio, in ℥x. vini cydon.
ſucci roſar. ℥iiij.
Coque ad dimidias, colaturam ſepone: Poſtea adde
ſcammonii ℥iiij.
bdellii
maſtichis
gummi tragac.
ſpec. cordial. temp. aa ʒß.
vel ʒj.

Colaturæ q. ſ.

Correctio ſcammonii, quam habet Crollius ſuo loco inquirenda. Vide quoque pharmacop. reſtitut. Quercetan.

Alia

Alia & quidem ſecretior præparatio.

℞. Sem. aniſi, fœnic. pſyllii dauci aa ʒj.
cort. mirab. citrinor. ℥ß.
flor. borrag. violar. bugloſs. aa ʒj.
galangæ, ſpic. Indic. aa ʒß.
maſtichis, ſpec. diarh. abbat. aa ʒiß.
Decoque in vino cydon. lib. ß.
ſucc. roſar. ℥iij,
colentur, colaturæ adde
ſcammon. pulveriſat. lib. ß.
pulv. maſtichis
bdellii
tragacanth. aa ʒiij.
myrobal. citrin. ʒij.
Incorpora in forma trochiſcorum.

ALITER.

℞. Spic. Indicæ, ſem. aniſi aa ℥ß
coqvantur in ſucc. cydon. & ſucc. roſar. aa lib. ß.
& colaturæ adde
ſcammonii lib. j.
maſtichis ℥iß.
Misce, fiant trochiſci.

ALITER.

℞. Sem. [illegible], fœnic. pſyll. roſar. aa ℈iij.
violar. ligni aloes aa ℈ij.
Incide & contunde omnia præter pſyllium, quod in fine decocti addatur; poſtea
℞. Vin. cydon. ℥vij.
ſucci roſar. ℥iiij.
Infunde ſimul & parum coque. factæ colaturæ
pulv. cort. myrobal. citrin. ʒiij. ℈j.
ſcammoneæ lib. ij.
ſpec. de gemmis, diagalangæ aa ℈v.
pulv. maſtichis, bdellii tragacanthi aa ʒv.
F. Trochiſci.

Lateribus tribus in quadratura junctis imponatur charta, cui ſcammonium pulveriſatum ſit inſperſum, ſuperſtratis ejusdem magnitudinis lateribus totidem. Chartæ ſubſternantur ſulphuratæ quibus accenſis leni flamma fit calcinatio ſcammonii, & correctio, quemadmodum & Opii.

ALITER.

Vera ſcammonii præparatio fit cum ſucco limonum depurato, idq; in eodem Baln. Mar. calido: in quo diſſolvatur, & fervens etiam adhuc linteum transmittatur, & hoc pacto craſſa *Quære. in pharmacop. reſt. ſb titul. de pilulis*

 ejus

ejus & impura ſubſtantia, quæ non niſi noxium parit, ab ea ſecernatur.

RESINA SEU MAGISTERIUM Cremor Scammonii.

Magiſterium, ſeu cremor vel reſina ſcammonii.

℞. *Scammonii præparat. q. ſ.* ſuperfunde S. V. ad ſuper eminentiam trium digitorum, & digere ita per aliquod dies: Deinde poſt debitam filtrationem iterum in balneo per alembicum abſtrahe S. V. ad humiditatem ſaltem, & aqu. roſar. quantum ad præcipitationem videbitur requiri, affunde & præcipitabitur pulvis albus, ad fundum, absque omni venenoſa acredine, nauſeoſo ſapore & colore omninò liber, quem remoto phlegmate ſicca, & ad uſum reſerva.

DOSIS.

Doſis. Doſis à gr. viij. ad x.

Elegans etiam ſcammoniii adhibendi modus eſt, ſi cum Diacydonio vel gelatina cydoniorum in formam electuarii ſolidioris redigatur, cui ad majorem gratiam elæoſacchari macis tantillum addi poteſt. Habent cydonia præterea gratam aciditatem, quæ ſcammonium quadantenus corrigit, ſed & alia nec minus grata ſcammonii adminiſtratio eſt, ſi Tinctura ejus cum ☿ à corticibus citri multoties abſtracto (imbibet enim [illegible] eorum) exhibeatur in tantillo ſyrupi alicujus aromate edulcoretur, potionis ſanè genus conſtituet delicatulis gratiſſimum. Celebris quidam Medicus ſolo ſcammonio [illegible] ad g. xij &c. exhibito tanquam tuto purgante & cujus aucta magna adeò doſis non eſt [illegible] gratius utitur.

MAGISTERIUM SCAMMONII & Gummi Guttæ ſic ego præparare ſoleo.

℞. *Scammoniæ electiſſ.* ſufficientem quantitatem, quam ſolve in S. Vini Sophorum, poſt debitam filtrationem iterum in B. per alembicum S. V. ad medietatem ſaltem abſtrahe & aqu. roſar. quart. ad præcipitationem requiri videbitur, affunde & præcipitabitur ad fundum pulvis albus abſq; omni venenoſa acredine, nauſeoſo ſapore & odore omninò liber, quem remoto phlegmate ſicca, & ad uſum reſerva.

DOSIS.

Doſis ſatis nota.

SCAM-

SCAMMONIUM
Tartareo Vitriolatum.

[illegible]

℞. Scammon. [illegible] ℥j.
pulveriſa & ſuperfunde
aqu. [illegible] vel roſar.
ad eminentiam trium digitorum in loco calido per 3. dies vaſo optime clauſum reponatur.

Aquam colore obſcuro tinctam decanta à fecibus, filtra, hoc tamdiu faciendum, donec omnis Tinctura fuerit extracta.

Recipe poſtea hanc Tincturam & ipſam cum ♀ri ⊕lati ℥ij. conjunge, conjunctam in B. loca, menſtruumque exinde evoca ad ſiccitatem.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

Purgat per inferiora & omnes obſtructiones tollit, ſi per ſe vel cum v. gran. Panchymagog. *Crollii* offeratur in ſyrup. roſat. ſolut. vel viol. vel mel. roſar. ſolutivis.

DOSIS.

Doſis.

Doſis à gr. xij. ad xv. vel xxj.

Vid. *Tyrocin. Chym. Beguini lib. [illegible] magiſteriis. Pract. chymiatr. D. Hartmanni pag. [illegible]*

SCAMMONIUM ROSATUM
Mynſichti.

Scammonium roſatum Mynſichti.

℞. *Spirit. Vitrioli cum ſpir. [illegible] ni prius rectificat.* ℥iij.
roſar. rubr. exiccat. ℥iß.

Infundantur donec ſpiritus rubicundus evadat; quem poſtea per chartam bibulam filtra, atque in eo diſſolve ſcammonium crudum inſtar pultis, iterumque exicca, & hunc laborem vice ſecunda & tertia repete. Tandem adde pauxillum ſpir. roſar. & (piſtilo prius ol. amygd. [illegible]) tere fortiter, ut fiat maſſa, ex qua dein cum ol. ſtillat. roſar. & cinamomi formentur trociſci fragrantiſſimi & ſvaviſſimi odoris, qui per plurimos annos inviolati ſervari poſſunt.

VIRES ET USUS, DOSIS.

Vires & Uſus.

Diverſos humores inprimis autem flavam bilem citra moleſtiam evacuat, & è vaſis ſanguine exhaurit. Detur à gran. x. ad xv.

DIACYDONIUM
lucidum cum Extracto
Diagridii.

Diacyd. lucidum cum extracto Diagridii.

℞. *Gelatin. diacydon. lucid. ſ. ad perfectam conſumptionem coct.* ℔. j.
extract. diagridii q. ſ.

Coque lento igne miſcendo ad juſtam conſiſtentiam.

Vid.

Vid. *[illegible] medicin. [illegible]. medicin. D. [illegible] lib. 3. part. 3. ſect. 3. cap. 10. de conſervis & condi-[illegible].*

COMPOSITIO
D. Chriſtophori Gerberi in Febribus.

℞. *Diagridii*
rad[illegible]. galap.
cryſtall. ♀*ri* aa ℥ß.
ſpec. diarrhod. abbat. ʒjß.
ol. aniſi
cinamomi
citri aa gut. vij.
Miſce. Doſis à gr. xx. ad xxv.

ALIUD
Scammonium Diacydoniatum.

Aliud Scammonium diacydoniat. ℞. *Scammonii* ℥jß.
turbith. ℥ij.
Extrahe Tincturam ſpiritu vini optimo.
Poſtea ℞.
decocti cydonior. lb. jß.
ſacchari ℥[illegible]
Coque ſ. a. & fiat gelatina cydonior. in ſcatulis. Cui ſub[illegible] affunde ſ[illegible] Tincturam diagridii & turbith, & agitetur [illegible] S. V. evaneſcat.
Tandemque adde
olei cinamomi, [illegible] aa [illegible]
Fiat gelatina cydon. laxat[illegible], quæ in ſcatulis infundatur.

ELEGANS PURGA[illegible]
c Diagridio.

℞. *Cremor. vel cryſtal. [illegible]* ♀[illegible] *Elegans purgans e diagridio.*
⊕*[illegible]ti* ʒß vel ℈ij.
diagridii aliquot grana.
ol. citri gut. ij.
Miſce pro pulvere purgativo.

NOTA.
Nota. Mirum, quod per chymicam depurationem ſcammonii plane amittat naturalem c[illegible] ejus nigredo in albedin[illegible] [illegible]tur, quod arcanum in C[illegible].

DE SEMINE CARTHAMI.

Semen carthami. Carthamum ſeu cnici ſemen, [illegible] e-
Electio. ligitur [illegible], [illegible] medulla pingui, album, angul[illegible], læve.

Naſcitur in hortis. *Lo[illegible].*
Colligitur æſtate. *Col[illegible].*
Coſervatur per annos [illegible].
Doſis eſt à ʒiij. ad ʒ[illegible]. *[illegible].*
Corrigitur eju[illegible] aniſo, galan- *Correctio.*

galangæ, macere, & cardamomi.

Pituitam per ventrem & vomitum purgat & aquas. Ob id morbis inde natis, ut colico affectu, & ſimilibus confert. Thoracem quoque & pulmonem expurgat. Stomacho noxius, unde eius noxa, ut ſupra corrigenda. V. l. *antidotar. ſpec. Weck. lib. 1. de ſeminibus purgantibus pituitam.*

SYRUPUS DIACNICU.

℞. *Adianthi*
hyſſopi
thymi
origani
chamædr.
chamæpyth.
ſcolopendr.
bugloſſ. aa m ß.
cuſcutæ
ſaxifragiæ aa ℥ß.
radic. angel.
glyzyrrh.
fænic.
apii
aſparagi aa ℥j.
cortic. tamaricis ℥ß.
polypodii ℥ß.
ſem. aniſi
fænic.
dauci
ammeos aa ℥j.

ſem. cnici contuſi vel diccriter ℥ ß.
paſſular. enucleat. ℥ij.

Decoquantur in aqua ad tertias colentur, deinde adde
fol. ſen. alex. ℥ß.

In jure decocti macerentur ad hæc,
agarici trochiſc. ℥ß.
zingib. ʒß.
rhabarb. ʒj.

Hæc ſequenti die colentur validèque exprimantur, poſtea
ſacch. albiſſ. lib. j.
ſyrup. roſat. ſol.
violacei ſolut. aa ℥ij.
ſyrup. acetoſ. ℥j.

Miſceantur atque iterum modicè coquantur, donec [illegible]is inſpiſſeſcant.

Ex hoc ſyrupo unciæ duæ adultis cum aqua ſtillatitia hyſſopi aut thymii, aut pulegii unciæ inſtar, cinamomi ſemuncia, aut cochleari rectè exhibentur.

Pueris & delicatis mulieribus ℥j. cum ſyrupi roſar. ſolutivi ſemuncia & aqua cinamomi ſtillatitia ex vino modica. Idoneus eſt autumno, & hyemis veriſque initio: febribus longis, quotidianis, quartanis & obſtructionibus viſcerum, lienis, & jecoris, ex pituita & craſſis humoribus creatis,

tis, nec non & aqua inter cutem laborantibus. *Andernacus.*

DIACARTHAMUM
D. Arnoldi de Villa nova.

℞. *Spec. diatrag. frigid.* ℥ß.
pulp. cydonior. ℥j.
medull ſem. carthami ℥ß.
zingib. ʒiiß.
diagridi ʒij.
turbith. ʒvj.
manna gran. ʒij.
mellis roſat col. ℥j.
hermodact. ʒiij.
ſacch. albiſs. ℥x. ʒiij.

Fiat in liquida ſubſtantia. Cum autem ſpecies reſervare volueris, roſar. non convenit addere.

Prodeſt in evacuatione cholera & phlegmatis. Vide *Cordum.*

DIACARTHAMUM
Magiſtrale.

℞. *Medull. ſem. carthami* ℥iß.
ſacchari Penidii ℥iiij.
cardamomi
zingib. aa ʒß.
pinear. ℥j.
ſacchari albiſſ. in aqua ungul. caball. ſolut. q. ſ.

Fiat confectio in Morſulis.

DIACARTHAMUM
Salernitanum vel ſecundæ deſcriptionis vel recens correctum.

℞. *Diagridii*
turpeti albi & gummoſi aa ℥ß.
medul. ſem. carthami ʒiiß.
cinamomi
zingib.
ſpec. diatrag. frigid.
cort. citri ſicc. aa ʒj.
carnis cydon. ʒß.
ſacch. cand. albi ℥ß.
ſacch. albi diſſol. in aq. roſar. ℥iiij.

Fiant tabulæ pondere ʒij. vel ʒiiß. quarum ſingula conſtituat doſin.

SYRUPUS ALIUS
cujusdam Medici eximii
è carthamo.

Syrupus alius de cnico.

℞. *Sem. carthami* ℥jß.
citri
fœniculi
aniſi
endiviæ aa ʒiij.
rad. polypod. q.
pæoniæ Luna decreſcente collectæ.
cichor. aa ʒvj.
chelidon. maj. glycyr. aa ℥ß.
cortic. radic. cappar.
tamariſc.
radic. hellebor. nigri aceto præpar. aa. ʒß.
fol. betæ n.
aſparag.
capill. ♀ris
veronic. aa mj.

paſſul.

[illegible] majoris ʒiß.
fol. ſenn. Alexandrin. ℥iij.
concide & contunde craſſo modo & irrorentur ol. ♀ri, per deliquium facti gut. vj.
Coque in aqu. q. ſ. in lib. iß. colaturæ infunde per horas xij.
agarici trochiſc. ℥[illegible].
radic. ireos flor. ʒvj.
zingib. albi ʒiß.
rhabarb. elect. ʒij.
flor. [illegible] ʒij.
ſpicæ indicæ ℈ß.
exprime: Expreſſioni adde
Syrup. d. nymph.
jujub. aa ℥iij.
capill. ♀ris
d. poſſulis aa ʒiß.
oxymel. ſquillitici ℥j.
ſpir. ♀ris acidi gut. viij.
ſacch. optim. lib. iß. vel q. ſ.
Fiat ſyrupus mediocriter coctus.

DE POLYPODIO.

Polypodium quid. Polypodium eſt dulcis radix, digiti parvi magnitudine, multum ſiccante ſed ſine morſu.

Electio. Probatur ſubdulce, ſubauſterum guſtatu ad poſtremum ſubamarum, & nonnihil aromatico, ſolidum, cirris ſeu nodis plenum, ex rubro nigreſcens, colore intus verbaceo piſtacei modo, recens, quercinum & arborum aliarum plantiferarum truncis adnatum.

Quamdiu poſſit ſervari.

Servatur per annum.

Correctio. Corrigitur aniſo, fœniculo, zingibere, vel ſimili moderato aliquo.

Dosis. Natura. Doſis à ʒij ad ℥ß.

Calidum eſt in tertio gradu, ſiccum vero in ſecundo; Humores craſſos, & [illegible] purgat, digerit, ſiccat, bilem atram, & pituitam vel craſſam vel lentam purgat, etiam à juncturis affectibus. Ob hæc melancholicis prodeſt, ut quartanis præſertim cum mulſa, &c. Medici Colonienſes ex *Meſue.*

DIAPOLYPODION
Magiſtrale.

Diapolypodium magiſtrale.

℞. *Polypodii recent.* lib. ij.
mellis deſpumati lib. vj.
aceti ſquillitici lib. j. ℥ij.
zingib. ʒiiij.

Fiat Electuarium Medici Florentini.

SYRUPUS
DE POLYPODIO
fortis.

℞. *Polypodii q.* lib. j.
cortic. elebor. nigr. præpar. ʒß.
fol. ſena lib. ß.

 epi-

epithymi, rad. bugloſſ.
flor. borrag. ſta. bad.
paſſular. prunor. aa ℥j.
liquiriz. ſem. fœnic.
turbith. agarici aa ℥ß.
fumar. meliſſ. beton. aa mj.
cinamomi, nucis myriſtic. aa ℥j.
croci ℈j.

Fiat decoctio ex aqua: macerentur horis xij. colaturæ adde

ſucci fumariæ lib. [illegible]
lupuli [illegible] aa lib. ß.
pomor. redol. lib. j.
ſacch. opt. quod ſatis eſt.

Fiat Syrupus: hic valde purgat melancholiam, ſi ſumantur ℥[illegible] bis aut ter in menſe.

Wecker. antid. 1. lib. 2. de ſyrupis minus uſualibus.

DE MYROBALANIS.

Mirobalani. Myrobalanarum ſunt quinque ſpecies.

DE MYROBALANIS CITRINIS.

I.

I. Citrini e[illegible] Myrobalanæ citrinæ Arabum fructus ſunt. Laudantur multum flavæ in viride inclinantes, denſæ, graves, gummoſæ, cortice craſſo, os parvum complectentes.

Doſis. Doſis in ſubſtantia eſt à ʒiß. usque ad ʒiij. In infuſione vero ad ℥ß usque ad ℥j.

Operatio & proprietas. Bilem à ventriculo purgant, febribus bilioſis conveniunt.

Cautio. Cavendus tamen eorum uſus in viſcerum obſtructionibus.

Correctio. Corriguntur cum amygd. dulcibus & paſſulis.

DE MIROBALANIS CHEBULIS.

II.

2. Chebulæ. Mirobalana Chebula pituitam detrahunt.

Doſis. Doſis in ſubſtantia eſt à [illegible] ad ℥ß. In infuſione vero à ℥ß ad ℥j.

Correctio. Corriguntur cum amygd. dulcibus & paſſulis.

DE MIROBALANIS EMBLICIS.

III.

Emblicæ. 3. Doſis. Myrobalanorum Emblicorum doſis eſt à ʒ[illegible] ad ʒiij. In infuſione vero à ʒiij. usque ad ʒvj.

Operatio & proprietas. [illegible] trahunt, nervis proſunt, & [illegible], [illegible] tis [illegible], [illegible] purgant.

DE

DE MYROBALANIS BELLIRICIS.

IV.

Bellirici Doſis. MYrobalan. Belliricorum doſis perinde eſt ut Citrinorum & Bellir[illegible]rum, ejuſdemque quaſi naturæ ſunt, ut Emblic.

DE MYROBALANIS INDICIS.

V.

Indici Doſis. MYrobalana Indica atram bilē detrahunt. Doſis in ſubſtantia eſt à ʒij. ad ℥ß. In infuſione à ʒiij. ad ℥j.

PILULÆ DE QUINQUE Generibus Myrobalan.

Pilulæ de 5 gener. ℞. *Quinque gener. mirobalan.*
agarici
diagridii,
colocynthidos
ſinæ aa ʒß.
epithymi
turpeti
ami
marathri
maſtichis
lapidis lazuli præpar. aa ʒij.
aloes ℥j.

Formetur maſſa cum ſucco abſinthii.

Educunt humorem cholericum phlegmaticum & melancholicum & clarificant ſanguinem. Vid. *Cord.*

DE COCTIONE MYROBALANORUM.

℞. *Myrobalan. citrin. chebul. indor.* aa ℥j.
tamarindor. ℥iß.
comar. fumar. ℥j.
abſinthii ʒij. *prun.* num. xx.
paſſular. mundat. ℥j.

Coque in lib. iij. aquæ ad duar. lib. conſumptionem, cum imbecillum velis medicamentum reliquæ libræ dimidio adde
pulp. caſſiæ ℥j.

Cum autem valentius, adde
pulp. caſſiæ ℥j.
turbith agarici aa ʒiiß.

Frica, cola. Præſtantius fiet, ſi in ſero lactis caprini coquantur.

Bilem utramque & pituitam purgat. *Antidot. Weck. lib. 2. de decoctis minus uſualibus.*

DE AGARICO.

Agaricus. AGaricus ſive Agaricum naſcitur in magnarum arborum, Larices vocatarum truncis, vetuſtate jam putreſcentium & eroſarum, tanquam earum apoſtema, vel fungus.

Species. Eſt duplex, mas & fœmina.

Mas eſt malus, præſertim, qui longus,

longus, [illegible], denſus, gravius & in fragmentis tecu[illegible]los non [illegible] oſtendit.

Fœmina [illegible], alba, poroſa, & rara valdè, & frangi facilis, levis, dulcis primo guſtatu, mox amara & ſtyptica eſt melior, præcipuè ſumma corporis ſui parte. Conſervatur per annos quatuor.

Correctio. Corrigitur tertia parte zingiberis, vel ſalis gemmæ.

Doſis. Doſis a Drachma una uſque ad duas: infuſionis vero à drachmis duabus uſque ad quinque. Calidum ordine primo, ſiccum vel tertio.

Vires & uſus. Pituitam craſſam, lentam, putridam, & bilem flavam & atram purgat à cerebro, nervis, muſculis, ſenſoriis, ſpina dorſi, thorace, pulmone, ventriculo, hepate liene, renibus, utero juncturis. Urinam quoque movet, ac menſes u[illegible] expurgat. Cutis colorem [illegible] reddit, lumbricos necat. Iſchiadi, & cæterorum articulorum doloribus confert, & febribus diuturnis, ex materia varia natis, &c. *Meſue. Vid. Antidotar. [illegible] lib. 1. de [illegible] purgantibus [illegible]. Avicenn. lib 3. Can. Fen [illegible] cap. 1. Et lib. d. medic. cordial. tract. 2. titulo proprio. Dioſcor. lib. 3. cap. 1. Fernel. lib. [illegible] M. 11. & lib. [illegible] M. 7. & [illegible] M. 4. Bercin. lib. 18. cap. [illegible] Matthiol. lib. 3. fol. 175. Rondol. lib. de ponder. medic. cap. 10.*

℞. *Agarici optimi.* ℥j
ſalis gemmæ
zingib. aa ʒj.

Pulveriſentur & cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde mell. roſat. colat. ℥j. Vel

℞. *Agarici elect.* ʒij. vel ʒ[illegible].
zingiberis
ſalis gemmæ aa ℈[illegible]

Et infundantur per horas [illegible] in ſ. q. oxymellitis ſimplicis. [illegible] omnium fortis expreſſio, & cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui addatur mell. roſat. colat. ℥j. Purgat pituitam craſſam, lentam, putridam, & bilem flavam.

NOTA.

Agaricus tutius datur in infuſione, quam in ipſius ſubſtantia, niſi velimus provocare vomitum.

Agaricus in paralyſi & nervorum paſſione ſingularis eſt medicina.

TROCHISCI DE AGARICO.

Trochiſci de agarico.

℞. *Agarici* ℥iij.
ſalis gemmæ ʒij.
zingib.

oxymelis q. ſ.

Agaricum conſtringendum ſ. a. & formentur trochiſci. Purgant ex cerebro & capite phlegma craſſum cum cholera mixtum: & præcipue educunt ex pectore craſſos humores & putridos. Vid. *Cordum.*

Agarici trochiſci.

AGARICUS TROCHISCATUS.

Agarici elect. ℞. ℥iv. Vini infuſionis zingiberis q. ſ.

Agaricus limandus & formentur trochiſci.

Additur inſuper gummi aut tragacantha, & potes injici in omnibus compoſitionibus in quas agaricus ingreditur: vires enim habet agarici & tutius agit, minoreve ſtomachi noxa. *Meſues. Vid. Antidotar. ſpe. lib. 2. de trochiſcis purgantibus.*

EXTRACTUM AGARICI.

Extractum agarici.

℞. *Agarici* ℥xiiij.
zingib. ℥i.ß.

Fiat cum ſpir. Vini Extractum

℞. *Agarici trochiſc.* ʒß. vel ℈ij.
rhabarb. ℈j.
diagredii gr. ij

Cum oxymell. Fiant pil. viij. & dentur. in bolo vel forma electuarii, cum violar. ſyrup. ſumi etiam poteſt. *Foreſtus.*

PILULÆ DE AGARICO.

Pilulæ de agarico.

℞. *Agarici* ʒiij.
ireos flor.
pruni aa ʒj.
turbith. ʒv.
trochiſ. d. colocynth. ʒiß.
maſtichis ʒj.
hiera picra ʒiij.
ſarcocollæ. ʒij.
myrrha ʒj.
ſapa q. ſ.

Fiat maſſa & pil. Auxiliantur aſthmaticis, & aliis thoracis vitiis à craſſis & pituitoſis humoribus natis.

Doſis à ʒj ad ℈iiij. plus minus v. *Doſis.*

DE COLOCYNTHIDE.

Colocynthis Germanicè *wilde Kürbis*) eſt cucurbitæ ſylveſtris fructus, mali inſtar rotundus. Hujus medulla in uſu eſt. Laudatur pilæ mediocris in ſpeciem conglomerata, vehementer amara, matura, ampla, rara, & ob id levis & quan-

tò levior, tantò melior, alba admodum, lenis, eadem fœmina. Immatura & his deſtituta notis mala. In calidis regionibus ſeritur & proficitur: ſed in Germania & Belgio, ægre ad maturitatem pervenit.

Colligitur autumno cum flaveſcit, abeunte jam virore. Conſervatur per annos tres.

Datur ſaltem robuſtis & ætate florentibus, frigus æſtumque vitantibus.

Corrigitur ejus malitia maſtiche, tragacantho & bdellio.

Calida & ſicca ordine tertio.

Pituitam & alios humores craſſos, & glutinoſos, magis ex profundis partibus & diſtantibus, ut cerebro, nervis, muſculis, juncturis, pulmone, thorace, quam ex venis attractos, purgat etiam bilem flavam.

Quapropter cephalalgiæ, dolori cranii totius, hemicraniæ, epilepſiæ, apoplexiæ, vertigini, aquæ fluxioni in oculum, podagræ frigidæ, iſchiadi, ac reliquis nervorum, juncturarumque affectibus mirificè ſubvenit; item aſthmati, ac tuſſi antiquæ, dyſpnææ ex thoracis repleti anguſtia. Ac præterea ſummè omnibus prodeſt, colico dolori tam è pituitâ quam flatibus, & hydropi. Omnia autem hæc ſive ſumta ſive clyſtere aut balano, inteſtinis immiſſa.

Eadem cum aceto forti affricta, alphospſoram ſanat. Oleum denique ſuper cineres calidos incoctum cortici ejus inanito, capillos illitum nigrat eosque ne cadant firmat, canitiem tardat. Idem auri inſtillatum ejus dolorem ac tinnitum ſanat.

Acetum autem ſimiliter incoctum collutione dolorem dentium ſanat: Incidit enim, tenuat, terget ac digerit. *Meſues. Vide Antidotar. ſpec. Weckeri lib. 1. de fructibus purgantibus flavam bilem.*

PILULÆ DE COLOCYNTHIDE.

℞. *Pulp. colocynth.* ℥vj. *Pilulæ colocynthide.*
myrobalanar. indor.
citrinor.
ſagapeni,
bdellii, aa ℥v.
ſarcocoll. ℥iiij ℈ß,
aloes ℥vij.
nigell.
cymini
carmeni,
origani perſici,
naſturtii

ſalis

ſalis gemmæ
abſinthii aa ℥j.
ſucci porri q.ſ.

Valent ad affectus pituitoſos, & melancholicos, vel alphos curatu difficiles, & juncturarum dolores.

TROCHISCI ALHANDALI.

Trochiſci alhandali.

℞. *Pulp. colocynthid.* ℥x.
Incidantur minutiſſimè & fricentur cum olei
roſacei ℥j.
Deinde ſume
tragacanthi
gummi arabici
bdellii. aa ʒvj.

Macerentur hæc in aqua roſar, donec liquefiant & diſſolvantur, deinde cum parte reſolutarum lachrymarum formentur ex prædicta colocynthide trochiſci, qui ſiccentur & cum fuerint ſiccati, contundantur minutiſſime, & rurſum formentur trochiſci cum reliquo diluto lachrymarum atque reponantur.

SPIRITUS VITÆ AUREUS RULANDI.

℞. *Trochiſcor. alhand.* ʒß.
ſpir. vini malvatici lib. iß.

Digere aliquandiu, poſtea decapulatam eſſentiam ad uſum repone.

In hydrope, præſertim anaſarca & verminulatione præſtantiſſimum auxilium præſtat.

Vid. Rulandi cent. 2. p. & 96. Item Exegeſin. Chymiatricam Andr. Tenzelii. ſub tit. d. Spirit.

PILULÆ POLYCHREST. è Colocynthide & Scammonio.

Pilulæ Polychr. è ſcammonio & colocynthide.

℞. Colocynthid. non recentis, ſed ad aliquot annos reſervatæ ſine interioribus arillis q. ſ.
ſcammon. præp. etiam q. ſ.

Extrahe cum ſpir. vini eſſentiam, poſtea ſevocato menſtruo ad juſtam extracti conſiſtentiam coque, & adde
olei auri veri gut. vj.
aniſi
fænic. aa gut. x.
magiſterium percomller. aa ʒß.

Exacte miſce & habebis egregium catharticum, quod non aliter purgat, ac ſi uſus fuiſſes cathartico Antimoniali vel Mercuriali. Sed tantum in robuſtioribus ipſius uſus commodus eſt. Vide *Notas ad Crollium.*

OLEUM LAXATIVUM è Colocynthide

Oleum laxativum è colocynthide.

℞. *Ol. colocynthid. Quercetan.* ℥ij.
gummi gut. diſſoluti ℈ß, *in ipſo oleo.*
fellis tauri ℥ß.
unguent. arthan. ʒvj.
Miſc.

OBSERVATIO.

Gravidis & puerperis hoc oleum non adhibetur, ne abortiant.

ALITER.

℞. *Olei violac.*
rutæ aa ℥iß.
pulp. colocynthid. ʒiß.
fellis tauri ʒiiß.
unguent. dialthææ ℥j.
Miſce.

ALITER.

Aliter.

℞. *Pulp. colocynth. minutiſſimè inciſ.* ʒiiß.
unguent. Agripp.
dialthææ
ol. violar. lilior. albor.
chamomill. aa ʒvj.
diagridii ℈j.

Coque ad horæ quadrantem, poſtea exprime & pro tuo libitu utere.

Oleum de colocynthide carminativum purgativum: Item aliud quod ad corruptorum humorum, unde illi naſcuntur, expulſionem præſtantiſſimum eſt, habet Quercetanus in ſua Pharmacopœa reſtituta ſub titulo de oleis.

DE ELATERIO.

Elaterium.

Elaterium eſt ſuccus cucumeris ſylveſtris plantæ notiſſimæ.

Quod eligatur.

Optimum eſt leve non ponderoſum, cum candore leniter humectum; juſtu amariſſimum, quodque lucernatum luminibus objectum facilè flagrat.

Quod improbatur.

Improbatur ſcabrum, turbidum porracei coloris, & grave. Sunt qui amylum immiſceant, ut candorem ipſum inmitentur, ponderoſiusque ſit.

Quibus modis colligitur.

Colligitur ſic. Decerpti circa autumnum maturi cucumeres, qui tacti protinus exiliunt, impoſita ſupra vas aliquod rariore cribro, ſigillatim ſupino cultro ſurſum verſus aciem habente ſinduntur, atque per cribrum in ſubjectum vas exprimitur, ſimulque carnoſum, quod hæſit cribro, quò facilius excitat, eliditur. Coacervata autem in cribro ſegmina, dulci aqua perfunduntur & denuo preſſa abjiciuntur, humor in pelvi agitatur, & linteo opertus

opertus duplicato, ſoli exponitur, dumque ſteterit, tota ſupernatans aqua cum ſpuma identidem effunditur: deinde conterendo cogitur in paſtillos & ſervantur ab annis tribus ad undecim.

Vires & Uſus. Aquam & bilem ex viſceribus exhaurit, aquamque, quæ non ſolum in venis continetur, ſed & eam, quæ in abdomen affluxit, educit, quod vix aliud æquè feliciter præſtat, & propterea hydropicis convenit, & iis quibus aqua thermarum bibita in corpore ſubſiſtit. Verum quia potentius purgat, vomitus movet, viſcera rodit, ora venarum aperit, religioſius eò utendum & ad magnam doſin non facilè aſcendendum; corrigendumque tragacantho, pſyllio, bdellio, cinamomo, vel miſcendum pil. aleophan. maſtichin. vel de rhabarb, &c.

℞. *Elateri.* ſ. noſtr. deſcript. præparat. gr. iiij. vel iiiij.
ſeri lactis ℥iij.
ſpec. diarb. abb.
cordial. temperator. aa ℈ß.
Miſce.

ALITER.

℞. *Elaterii corr.* ad noſtr. deſcript. gr. v.
decocti eupatorii
in quo aliquid de tragacantho & cinamomo infuſum fuerit ℥iij.
ſpecie. diarr. abbat. ℈j.
Miſc. Sed non niſi in robuſtioribus.

Vide *antidotar. ſpec. Weck. lib. 1. ſub titulo de gummis concretis purgantibus pituitam. Inſtitution. D. Sennerti lib. 5. part. 1. ſect. 1. cap. 11. ſub titulo de purgantibus aquoſos humores. Obſervation. Foreſti de hydrope.*

DE HERMODACTYLIS.

De Hermodactylis. Hermodactylus eſt radix officinis ſatis nota. Variæ ſunt opiniones cujusnam plantæ radix ſit, à veteribus deſcripta. Veriſimilior eorum ſententia eſt, qui colchi radicem eſſe exiſtimant, tametſi *Dioſcorides* venenoſam eſſe affirmet: nam medicamentorum purgantium magna pars eſt ejusmodi. Hermodactylum unum idemque eſſe & Græcis & Arabibus credimus: itaque hujus noſtræ radicis facultatibus freti eo utimur hermodactyli veterum loco.

Electio. Probatur candidus corpulentus,

tus, plenus, gravis, non carioſus.

Locus ubi naſcitur. Naſcitur in montibus.

Collectio, Colligitur vere, ſiccatur in umbra, & conſervatur per annos tres.

Correctio. Corrigitur cinamomo, maſtiche, zingibere, pipere longo &c.

Doſis. Doſis à ʒj. ad ʒij.

Natura. Calidus & ſiccus in ſecundo ordine, cum humiditate excrementoſa, flatulenta, nauſeabunda.

Operationes & proprietates. Pituitam craſſam præſertim à juncturis trahit: ob id podagræ & aliis arthriticis affectibus confert, Medici Florentini ex *Meſue.*

Vide *antidotar. ſpec. Weck. lib. 1. de radicibus purgantibus pituitam, Lonicerum, Matthiolum, Tabernamontanum & alios in deſcriptione Radicum purgantium: Item D. Sennert. lib. 5. part. 1. ſect. 1. de purgantibus. Proſper. Alpin. de medicam. Ægyptiac. lib. 4. cap. 2. Et Franc. Areaum de vulner. curand.*

SYRUPUS de Hermodactylis.

Syrupus de hermodactylis.

℞. *Quinque radicum* aa ℥j.
ſem. q. frig. major. aa ℥jß.
hyſſopi
aſplenii
capill. ♀ris aa mß.
violarum miß.
flor. roriſmarin.
borrag. aa mjß.
cyperi ʒjß.
chamomillæ ʒij.
paſſularum ℥j.
ſenæ ℥jß.
hermodactyl. ℥ß.
cuſcutæ mß.
aniſi
fœniculi
carui aa ʒijß.
polypodii ℥iij.
agarici ʒij.

coquantur in aqu. lib. iij. & colaturæ adde
ſacchari lib. jß.
roſar. ℥ß.
rhabarb. ℥ß. ʒj.
turbith. ʒiij.

Hæc tenuiſſimè trita, inque panno ligato ſuſpendes in ſyrupo cocto ſecundum artem. *Nicolaus.*

PILULÆ de Hermodactylis.

Pilulæ de hermodactylis.

℞. *Hermodact.*
myrobalan. citrin.
aloës
turbith
colacynthis
bdellii mollis
ſagapeni aa ʒvj.
caſtorei

ſara-

ſarcocoll.
euphorbii correct.
oppoponacis.
ſem. rutæ
apii aa ʒiij.
croci ʒjß.
ſucci caulium. q. ſ.
Fiat maſſa.

Adverſus padagram & arthritin proſunt.

EXTRACTUM
de hermodactylis compoſitum.

Extractum de Hermodactylis compoſitum.

℞. *Hermodact. mund.* ℥iß.
mechaacan. ʒiiß.
turbit. opt.
pulp. colocynth. aa ʒiß.
ſpec. diambr.
diamoſch. d. aa ℈iiij.
ſalis gemmæ ℈ij.
herb. chamæpith. ʒiiß.
chamædr. ʒij.
ſem. aniſi
fæniculi
coriandr.
hypericon. aa ʒß.
craſſo modo pulver. & affund. in vaſe idoneo Sp. V.
eſſent. ſalviæ imprægnat.
aqu. apoplectic. Langii ℥ij.
cinamomi ℥j.
Digere per dies quatuor poſtea leniter in B. M. refrigereſcentia, exprime fortiter, expreſſioni adde
rhabarb. elect. ʒij.
pulv. roſmarin.
flor. becon. aa ʒj.
ſalviæ ℈iiii.
trochiſc. aliptæ moſchat. gr. x.
croci gr. vij.
flor. carthami ℈j.
Digere per quatriduum. Exprime fortiter, expreſſum cola, ut ſubſtantia craſſa in colatorio maneat, poſtea in lento igne abſtrahatur humiditas ſupervacua ad mellis conſiſtentiam, tunc adde
extract. diagridii ℈ij.
eſſent. aloës per. aqu. Endiviæ fact. ʒj.
Coagula lentè & ſub finem inſtilla
ol. aniſi
fænic.
anth.
majoran. aa gutt. iij.
Fiat maſſa.

Doſis à gr. xv. ℈j. ad ʒß. in forma pill. vel diſſolut. in vehiculo convenienti. *Doſis.*

In evacuanda arthritidis materia peccante, curandiſque ejus ſpeciebus, præclarum eſt medicamentum. *Vires & Uſus.*

ELECTUARIUM
CARYOCOSTINUM.

Electuarium caryocoſtinum.

℞. *Rad. hermodact. mundat.* ʒij.
diagridii
coſti
ſem. cimini
zingib.
caryophyll. aa ʒj.

Fiat pulvis qui excipiatur Syrup. Beton. F. Electuarium.

Alius pulvis arthriticus è hermodactylis, qui *Crollio* adſcribitur.

Pulvis laxativus in Arthritide Crollii.

℞. *Hermodact. mund.*
turpeti
diagridii
fol. ſenæ
raſura cranii.
ſacch. aa ℥j.

Miſce & F. pulvis.

Doſis à ℈iß. ad ℈ij. in aqua artheticæ ivæ per dies 3. vel quatuor.

Purgat ſecurè & leniter omnes defluxiones podagricas. Loco cranii humani quidam ut etiam *Theophraſtus* ſumunt oſſa pedum; nam ipſa ventrem ſolvunt & tartarum ab oſſibus & ligamentis feliciter educunt.

Nota.

Vide *Notas ad Crollium Hartmann. in pag. 425.*

ELECTUARIUM
Cariocoſtinum
P. Bejeri.

℞. *Vini Rhenani* ℥iiij.
cui incoqvantur
Radic. polypod. ʒij.
ſem. carthami per ſubmerſionem in aqua probat. ʒiß.
fol. roriſmar.
beton.
chamæpith. aa pj.

Poſtea colentur, colatur. ſ. q. adde
mell. roſat. ℥iß.

Coqvantur ad ſyrupi conſiſtentiam, cui admiſce
hermodact. mundat.
diagridii aa ʒij.
agarici trochiſcat. ʒß.
caryophyllor.
coſti
cymini
zingib. aa ℈j.

Exactè pulveriſata miſceantur. Sumatur manè à ʒiß. ad ʒß. Luna decreſcente & ſuperbibatur brodium.

Electuarium ſingulare & præſtantiſſimum contra Podagram.

ELECTUARIUM
Cariocoſtinum aliud.

℞. *Vin. Rhenan. alb.* lib. ß.
cui incoqvantur rad. polyp. ℥ß.
ſem. carthami per ſubmerſ. in aqu. probat. ʒiijß.
fol. roriſm.
beton,
chama-

chamepith. aa m𝔰.

Poſtea ℞. colatur ℥iij. *adde Mell. roſat. tartar. ad deſcript. Levin. Fiſch.* ℥iij.

Coquantur iterũ ad conſiſtent. juſtam adde

Hermodact. diagrid. aa ℥ij.
agar. trochiſc. ʒiß.
garyophyll. zingib.
coſt. cymini aa. ʒj. Miſce.

ALIUD ELECTUARIUM
è Hermodactylis.

Aliud electuarium è hermodactilis.

℞. *Radic hermodact. depurat. à corticibus externis* ʒiß.
diagridii ℈iiij.
radic. coſt.
ſem. cymini aa ʒß.
zingib. garyophyllor. aa ℈j. gr. viij.
conſerv. chamæpith. ℥iß.
ſpir. ⊕li gut. viij.
ol. nunc. moſch.
ſyrup. roſat. ſolutiv. q. ſ.

Miſce. F. Elect. Doſis à ʒj. ad ʒij. vel ʒiiß. In Arthriticis Affectibus.

PILULÆ DE HERMODACTILIS ALIÆ.

Pilulæ de hermodactilis.

℞. *Hermodactylor.*
turpeti
agarici aa ℥iß.
caſſia lignea,
ſpic. indica,
garyophyllor.
xylobalſami,
carpobalſami
macis,
galangæ,
aſæ fœtida,
fœniculi,
aniſi,
ſaxifragia,
ſem. aſparagi
ruſci
roſar.
milii ſolis
ſalis gemmei. aa ʒij.
ſcammonii ʒj.
aloë optimæ
ad pondus omnium.
ſucci fœniculi q. ſ.

Fiat maſſa. Siccetur & ſervetur in charta ceræ liquidæ intincta, ad annum.

Doſis à ʒj. ad ʒiß. *Vide Weck.*

PILULÆ ALIÆ E HERMODACTILIS.

Pilulæ de hermodactylis.

℞. *Hermodact.*
diagridii
panchymagag. Crollii aa ℈j.
coſti veri
zingib.
cymini
caryophyllor. ℈ß.

Cum ſyrup. roſ. f. pil. num. LX. Singula vice xv. in Arthritide

CATHA-

CATHARTICUM VIOLATUM DE HERMODACTYLIS.

℞. *Hermodact. mundat.* ℥iij.
magiſterii ſcammonii ʒviij.
tartari ⊕*lati* ʒx.
cinnamomi acuti
zingib.
caryophyll. aa ʒj.
ol. cymini ℈j.
conſerv. violar. ⊕*lat.* ℥iiij.

Miſce & cum ſyrupo violarum vitriolat. Fiat electuarium craſſum in forma opiata.

VIRES USUS ET DOSIS.

Vires & Uſus. Hæc de Hermodactylis confectio eſt admirandæ virtutis & facultatis in Arthritide & ſimilibus juncturarum doloribus; purgat enim leniter & ſecurè omnes defluxiones podagricas;

Doſis à ʒiß ad ʒij.

DE SAMBUCO ET EBULO.

De ſambuco & ebulo. Efficax quoque inter purgantia medicamenta eſt Sambucus & Ebulus, præſertim ſuccus eorum; fortior tamen eſt Ebulus.

Datur contra hydropem. Succus Ebuli & radice & mediano cortice contuſo, & cum aqua hordei vel decocto paſſularum cum momento cinamomi, vel nuc. moſch. ne ventriculo noceat, expreſſus non coctus (coctione enim vis purgandi minuitur) ab

Doſis. ℥ß. ad ʒvj. *Vide Fernelium lib. 5. meth. medicin. cap. 12.*

Exprimitur quoque ex acinis bacca ſambuc. oleum, ut ex ſem. lini, quod pondere ʒß exhibitum potenter purgat.

Paratur etiam è granis Ebuli probè maturis & in umbra ſiccatis extractum, quod in Hydrope utilis eſt. *Vide Medicin. Pract. D. Sennerti lib. 3. part. 6. ſect. 2. cap. 3.*

PULVIS TURIONUM SAMBUCI POLYCHRESTUS

Blochwitzii.

Pulvis laxativus turionum ſambuci.

Turion. in umbra ſiccat. ſambuci ʒß.
Arillarum Sambuc. trochiſc. ad deſcript. Martin. Blochwitii.
ſal. ſena ſ. ſ.
ſal. ſambuci cryſtall. aa ʒ ij.
extr. ſcammonii ʒij.
galangæ
maceris aa ʒß.

ſub-

ſubtiliſs. pulveriſat. inſtilla
ol. charyophyll.
fænic. aa gut. vj.
cinamomi
carui aa gut. iij.

Miſceantur exactiſſimè in mortario marmareo pro pulvere: cujus Doſis à ℈j. ad ʒß. Vid. *anatomiam de ſambuco Martini Blochvvitii cap. 3. vel 56.*

DE RADICE TURPETO.

Radix Turpetum.

Turbith planta eſt radice neq; magna neque longa, caulis dodrantalis, ſubinde longior digitalis craſſitudinis, hæderæ modo per ſolum repit, folia profert althææ: flores etiam ſimiles à candido rubentes, nonnunquam omninò exalbidos. Utilis autem medicinæ caulis duntaxat pars inferior radici proxima, quæ gummoſa. Atque hujus cortex eſt, quem officinæ oſtendunt, craſſior videlicet quidam ac inanis, caudicis inferioris exterior cortex, medio exempto. Laudatur vacuum, arundinoſum, fragile & plani corticis turbith: deinde cui gummi adhæret concretum quod gummoſum dicitur, & albidum. At gummoſum non eſt ſemper natura ſua: ſed Indi, quia vident à gummoſitate optimi turbith notas à noſtris peti, ſolent ejus ſtirpem, ac cauliculos prius quam colligunt, aut contorquere, aut leviter vulnerare, ut liquor efflueret, quo tandem denſato atque concreto cauliculos gummoſos auferunt. Reperitur verò & quandoque abſque contorſione gummoſum factum, ſed tamen, quo facilius liquor emanare poſſet, vulnerari, ac contorqueri poſſet. Candidum etiam fit, in ſole reſiccatum: In umbra etiam nigreſcit. Provenit in maritimis, verum non adeò mari vicinis locis, ut unda ejus allui queant, ſed duabus aut tribus interdum à mari leucis, ſive miliaribus diſtantibus, & quidem in incultis, & potius humentibus quam ſiccis. Naſcitur autem in Cambaya, Surrate, Dio, inſula, Bazaim locisque vicinis, & in Guzarate, ubi plurimum, atque unde magna copia in Perſiam, Arabiam, Aſiam minorem, & Luſitaniam effertur. Præfertur aut in Cambaya natum Arabib. Perſis & Turcis Turbith appellatur: in Guzarate verò Barcamam: in Canara provincia, cujus civitas Goa, Tiguar. Habetur ab Indis Me-

dicis pituitam dejiciens ac expurgans medicamentum: cui ſi febris abeſt, adjicere ſolent zingiber, alioquin abſque hoc ex decocto pulli gallinacei, aut cum aqua exhibent. *Meſues* turbith calidum eſſe refert ordine tertio, & craſſam lentamque pituitam evacuare: atque hanc è ventriculo, thorace, nervis, atque remotioribus artubus educere: ſed tardioris facultatis eſſe, & ventriculum ſubinde eò ſubverti perturbariq́; Quocirca zingiber, maſtichem, aliaque aromata ei permiſcenda: addi & oleum amygdalarum dulcium vel ipſa amygdala, aut ſaccharum, ne corpus hujus uſu extenuaretur, aut emarceſceret: Ab aliis item cum palmulis, amygdalis dulcibus, aliiſque contemperari, inde componentibus andidotum (electuarium, aut electuarium appellant) quo Διαφοινικὸν dicitur, officinis ipſis, & medicis exercitatis in uſu frequens. Datur ipſius turbith drachma (plus minus) una, ad ſummum duæ. In decocto verò aut diluto tres, quatuorve admittuntur. *Garcias ab Horto.*

PILULÆ
ex Turbith. ſtomachicæ dictæ.

Turpeti gummoſi
maſtiches
roſar. rubrar.
aloës
ſucci abſinth. aa q. ſ.

Fiat maſſa. Servatur per annum dimidium vel integrum.

Datur à ʒj. usq; ad ʒij. vel ʒiij.

Materiam pituitoſam putrem & aquoſam ex ventriculo & cerebro evacuant.

PILULÆ
ex Turbith. aliæ.

℞. *Turpeti*
myrobalan. citrin.
aloes aa ʒx.
maſtichis
roſarum
ſpicæ aa ʒvijß.
aniſi ʒj.
croci ℈ij.
ſalis ʒij.

Idem ut ſequentes promittunt.

PILULÆ AUREÆ
ex Turbith.

℞. *Aloes* ʒxij.
maſtiches
roſarum aa ʒvij.
myrobalanar. flavar. ʒx.
croci ʒiij.
turbith. gummoſi ʒxvj.

Pulveriſentur, & cum ſucco abſinthii q. ſ.

Fiat maſſa.

Pituitam & bilem ſine moleſtia purgant, hepar & ventriculum roborant, coctionem juvant.

Vid. *Antidotar. ſpec. lib. 1. ſub titulo de purgantibus pituitam. & lib. 2. de pilulis purgantibus humores ſimplices.*

DIATURBIT CUM
Rhabarbaro
D. Montagnanæ.

℞. *Turbith. optimi*
hermodactylor. aa ℥j.
rhabarbari ʒx.
diagridii ʒiiij.
ſantali albi
rubri
violar.
zingib. aa ʒj.
maſtiches
aniſi
cinamomi
croci aa ʒß.
Sacch. albiſſ. triplum, hoc eſt lib. j. ℥ij. ʒij. poteſt fieri in liquida & ſolida ſubſtantia

Eſt Cholagogum
Phlegmagogum,
Melanagogum.

ALITER.

℞. *Turbit. optimi* ℥j.
diagridii
zingib. aa ʒiiij.
cinamomi
charyophyllor. aa ʒijß.
galangæ
piperis longi
macis aa ʒj.
ſacch. albiſſ. ℥viij.

Ducit phlegmaticos humores & purgat & calefacit.

SPECIES DIATURBIT
ſine Rhabarbaro.

℞. *Turpeti alb. & gumm.* ʒx.
zingib. ʒv.
maſtiches ʒiij.
ſacchari albiſſ. ℥vj. ʒvj.

Leniter purgat phlegma à ſtomacho.

Nota.

Ventriculo parum noxium eſt, & pueris, ſenibus, & gravidis non facile dandum.

MORSULI PURGANTES
de Turpeto.

℞. *Gummoſi turpeti* ℥ß.
mechaacann. ʒiij.
diagridii ʒij.
conſerv. violar.
acetoſ.

Digitized by Google

borrag. aa ʒij.
cortic. citri &
pulp. citri conditi aa ʒiij.
zedoariæ
cinamomi
macis aa ʒj.
ſacchari albiſſ. ℥xij.
Diſſolut. in aquæ borrag. q. ſ.
Fiat confect. in morſ. pond. ʒij. ʒiij. vel ℥ß.
Vid. Tractat. de peſte *Unzeri pag. 177.*

DIATURBITH CUM Rhabarbaro.

Diaturbith cum Rhabarbaro.

℞. *Rhabarb.* ℈iiij.
charyophylli
piperis longi
cinamomi aa ℈j.
turbith ʒiij. ℈j.
zingib. ʒj. ℈ij.
diagridii ʒij.
croci
ſpica Indica
aniſi
maſtichis aa ℈ß.
ſacch. albiſſ. q. ſ.
Fiat confectio in morſulis.

ALITER.

Aliter.

℞. *Turpeti elect.* ℥ß.
zingib.
cinamomi aa ʒj.
nuc. moſchat.
galangæ
ſpic. Indicæ
maſtichis
charyophyll.
cardamom.
macis aa ℈j.
ſem. aniſi
radic. polypod. aa ℥ß.
fol. ſenæ elect.
hermodactyl.
diagridii aa ʒij.
ſacch. alb. ℥xij.
Diſſolve in aquæ cichorei q. ſ. fiat confectio in morſulis vel rotulis ad pondus ʒij. vel ℥ß.

DE MECHOACANNA RADICE.

Mechoacan radix eſt ante viginti annos primum reperta in provincia Mechoacan dicta quadraginta miliaribus ſupra Mexico quam devicit *Ferdinandus Carteſius* Anno 1524.

Jam vidimus apud Franciſcanus hujus urbis naſcentem ex ipſa provincia Mechoacan navi delatâ multis ramis luxuriantem ſupra terram expanſis colore cinereo, qui vicinas perticas, aut pergulas ſcan-

ſcandunt, & multiplici nexu amplectuntur, foliis rotundis, in mucronem deſinentibus, ſecundum pediculum amplis, fibroſis adeò vero delicatis, ut humiditate carere videantur: fructu coriandri ſicci magnitudine, racematim cohærente, qui Septembri matureſcit: radice craſſa vitis albis ſeu Bryoniæ modo, ut non defuerint qui eandem plantam eſſe putarent; aut ſaltem ei congenerem: ſed multum differunt: Nam Bryoniæ radix viridis & ſicca, admodum acris eſt. Mechoacan vero inſipida, & ſine acrimonia. Milii ſemine obruta ſervatur hæc radix, aut lino picato, ſeu reſinato involuta. Cæterum nunc ex continenti advehitur Mechoacannatū circa Nicargua, & in Quito (ubi diligēter colitur, & magno in uſu eſt, ob ejus mirabiles effectus) longè præſtantius eo, quod ex nova Hiſpania adferri conſvevit: Cujus flos, ſemen, & ramuli etiam allati ſunt.

Erat verò is flos quaſi mali aureæ, quinque foliis conſtans majoribus, è cujus umbilico protuberat calyx, ſive veſicula quædam Avellanę magnitudine membrana conſtans tenui, albicante, quæ in duas cellulas tenuiſſima pellicula ſecretas dividitur, & in ſingulis bina grana, ciceris exigui magnitudine, colore per maturitatem nigro, guſtu inſipido continebantur, quæ molli & ſpongioſa terra excepta, commodè naſcuntur.

Ex hujus radice fit conſerva varii generis Cydoniorum modo ſed etiam gelatina ex ſaccharo, & illius ſucco, quæ in delitiis eſſe poſſunt: Nam ut radix eſt inſipida, facilè ſaccharum recipit, quocunque tamen modo paretur. Moleſta non eſt radicis ſumptio quia nullius mali ſaporis eſt particeps, ideoque pueris, ſenibus, aliiſque qui vetera medicamenta reſpuunt, utilis eſt.

Purgat humores ſeroſos, aquoſos & pituitoſos, in inteſtinis, ventriculo, capite, thorace: propterea plurimos harum partiū morbos curat, utiliſſimumque adverſus hydropem remedium commendatur, & vires quæ in rhabarbaro & agarico commixtis inveniuntur, una obtinere prædicatur.

Viſcera non debilitat, ſed roborat; ideo multis in frequenti uſu eſt, ſed calidis & ſiccis corporibus non ita commodè adhibetur.

Corrigitur oleo cinnamomi, aniſi, fœniculi maſtiche &c.

Antidotar. ſpec. VVeck. lib. 1. de radicibus purgantibus pituitam

MORSULI PURGANTES DE MECHAACANNA.

℞. *Radic. mechaacannæ*
turpeti aa ℥ß.
conſerv. violar. ℥j.
ſpec. diatrag. frig. ʒiß.
diagrididi correcti cum ol. aniſi
ſacch. in aqua borag. diſſolut. ℥xiv.
ol. cinnamomi gut. vj.
aniſi gut. v.

Fiat confectio in morſulis. Olim in frequenti uſu fuêre *D. D. Tobiæ Knoblauchio. Vid. Gregor. Hoſtii obſerv. medicin. pag. 293.*

ALITER.

℞. *Pulver. mechaacan.* ℥j.
ſpec. diacitri ſolutivi ʒv.
garyophyllor. ℈ß.
ſacchar. in aqua convenienti diſſolut. ℥viij.

Fiant morſuli. Doſis à ʒiij. ad ℥ß. *Vid. Medicin. Pract. D. Sennerti lib. 3. part. 6. ſect. 2. cap. 3. de Hydrope.*

PILULÆ DE MACHAACANNA

D. Andreæ Döreri.

℞. *Mechaacann.* ℥ß.
turbith. optimi ʒiii.
gummi gottæ
ſem. ebuli vel ſambuci
agarici trochiſc. aa ʒij.
radic. eſulæ præpar.
gran. maſtichis aa ʒiß.
cinnamomi acuti
macis
ſalis gemmæ aa ℈ij.

Pulveriſentur, & cum vino albo Rhenano fiat maſſa, quæ ſiccata teratur, & ſucco radic. ireos coagmentetur, arida rurſum teratur, & cum ſyrupo de ſpina cervina q. ſ. fiat maſſa uſui reponenda, & addendo olei aniſi parum. Valent contra Hydropem Aſciten. Vide eundem ibidem.

EXTRACTUM MECHAACANNÆ.

℞. *Radic. mechaacan. elect.* ℥iij.
turpeti gummoſi ℥j.
zingib. ʒiß.
radic. polypodii ℥ß.

Inciſis craſſo modo affund. S. V. optimi aquæ betonicæ & quidem ejus, quæ ab aloë eſt abſtracta aa lib. ß. Stet biduum in loco calido, ac maceretur in vaſe vitreo clauſo, deinde fiat ſuccorum expreſſio ſub prælo: fecibus relictis aliam affunde aquam betonicæ, ut parum emineat, deinde maceratum exprime, expreſſi liquores colligantur, & adde

mannæ puriſſ. ʒij.
ſcammonii mundati ʒj.

Agitando miſceantur, adde
ſpir. ⊕*li gut.* v.

ol.

ol. cinnamomi gut. iij.

Doſis ℈j. plus minusve. *Vide Notas ad Croll. D. Hartm. pag. 239.*

EXTRACTUM MECHAACANNÆ COMPOSITUM ALIUD.

℞. *Mechaacann. opt. pulv.* ℥viß.
pulp. colocynth. ʒvß.
diagridii optimi ℈iiiiß.
ſpec. diarh. Abb. ʒj.
diambræ
diamargarit. frig. aa ℈ij.
ligni aloës ℈iiij.
trochiſc. alipt. moſch. ℈j.

Da in cucurbita vitrea, ſuper fnude

aquæ cinnamomi ℥v.

S. V. optim. q. ſ. ut 3. digitis ſupereminεat. Vaſe accuratè clauſo ſtent ſimul in digeſtione per aliquot dies in loco moderatè calido: poſtea bulliant leniter. Ubi refrixerit ferè fortiter exprime.

Expreſſum cola per pannũ lineum; Expreſſio ita fiat ut ſubſtantia in colatorio maneat; Colatum exicca leni calore vel extrahe S. V. ad mellis craſſitiem, tunc inſtilla,

ol. aniſi gut. viij.
caryophyll.
macis aa gut. iiij.
cinnamomi
citri
aurantiorum aa gut. iij.

Miſce, ſerva pro uſu & S. ut ſupra.

℞. *Extracti mechaacannæ ſ.* g̃. xij.
rhabar. g̃. vij.
diagridii g̃. iiij.
♀*ri* ⊕*lati.* g̃. vj.
ol. aniſi
fænic. aa gut. ij.

Fiant pil. num. vij.

Vel

℞. *Extr. mechaacan. ſimplic.* ℈ß.
rhabarb. g̃. vj.
diagridii g̃. iij.
gummi guttæ g̃. ij.
♀*ri* ⊕*lati* g̃. vj.
ol. aniſi
fænicul. aa gut. ij.
ſpiritus ſalis gut. j.

F. pilulæ num. xj. in Hydrope.

Vel

℞. *Radic. mechaacann.* ℈j.
turpeti g̃. ix.
cremor. ♀*ri*
pulver. laxativi catholici aa gr. v.
extract. diagrid. gr. iij.
ſacchari cand. gr. vij.

F. pulv. cui inſpergantur
ol. aniſi
citri
aurantior. aa gut. j.

Vel Sic

℞. *Radic. mechaacan.*

cremor

cremor. ♀ri aa xij.
turbith. opt. gr. viij.
extract. diagridii gr. iiij.
pulveri huic inſperge ol. citri cinnamomi aa gut. j.

ALITER.

℞. *Rad. mechaacan.* gr. xv.
crem. ♀ri ℈ß.
turbith. opt. gr viij.
cortic. myrobalanor. citrin. gr. vj.
Extract. diagridii gr. iiij.
ol. aniſi
caryophyll. aa gut. j.

DE PASSULIS.

Paſſulæ. PAſſulæ quoque inter purgantia referuntur, propterea quod alvum laxent, bilem alterent & ad exitum ſtimulent; ſed quia tardioris operationis eſſe ſolent, aliis rebus ut acuantur, neceſſe eſt, uti ſequentia exempla docent.

DE PASSULIS LAXATIVIS.

Paſſulæ laxativæ. ℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥ij,
rhabarb. ʒiiß.
agarici trochiſc. ℥ß.
galangæ
cinnamomi
zingib. aa ʒiß.
caryophyllor. ʒß.

Infundantur in ſ. q. aquæ ferventis per horas xij. Deinde bulliant parum, exprime, & colaturæ adde
paſſul. minor. ℥viij.
Rurſum bulliant ad juſtam conſiſtentiam, adde ſyprup. d. tribus ſolutivis ℥iß.
pulver. cinnamomi
caryophyll. aa ʒß.
Miſc. f. a. S. Paſſulæ laxativæ.

ALITER.

Paſſulæ purgantes. ℞. *Hordei mundi* mj.
ſem. aniſi
fœniculi aa ʒij.
rad. polypod. ʒiß.
glycyrrh. raſ. ℥ß.
Fiat decoctio in lib. iiij. aquæ font. ad conſumptionem medietatis, coletur, colaturæ tum infunde per biduum.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥iiiß.
zingib. ʒj.
nuc. moſch.
cinnamomi aa ℈ij.
galangæ,
caryophyllor. aa ʒj.
Bulliant parum, colaturæ adde ſacchari clarificat. ℥xiij.
Coque ad aliqualem conſiſtentiam, demum adde paſſular. mundatar. in vino benè lotarum ℥xx.
ſyrup. roſat. ſol. ℥v.
diaſcreos
andernaci ſolutivi aa ℥ij.
Coque ſecundum artem, & inter coquendum in nodulo impone.
ſpec. aromatic. roſ. ʒiß.

Fiat

Fiat inſtar condit. Servatur pro officina. S. Purgierende Roſinlein.

Doſis cum brodio à ℥j. ad ℥ij. vel ℥ijß.

PASSULÆ LAXATIVÆ
Pro delicatioribus pueris & infantibus.

Paſſulæ laxativæ pro delicatioribus.

℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ℥iiiß.
rhabarb. ℥ß.
zingib. ʒij.
galangæ
cinamomi
charyophyll. aa ℈ij.

Inciſa & contuſa infundantur in ſ. q. aquæ roſar. per horas 6. Poſtea parum ebulliat, & colaturæ adde paſſular. lotar. & ſacchari albi aa ℥viij.

Ebulliant iterum, adde in fine cremor. ♀ri ℥ß. & S. Vitrioli parum.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

Hæ paſſulæ puerorum & infantium & eorum, qui à nauſeabundis remediis abhorrent, corporibus expurgandis accommodatæ ſunt.

DOSIS.

Doſis cochlear parvum ſeu ℥ß. plus minusvè pro ratione ætatis. Vide Tractat. de peſte *Unzeri pag. 178.*

PASSULÆ LAXATIVÆ
pro robuſtioribus.

Paſſulæ laxativæ pro robuſtioribus.

℞. *fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iij.
rhabarb. elect. ℥ß.
diagridii ʒij.
ſem. aniſi
fœniculi aa ʒiij.
flor. cordial. aa. p. j.
radic. turpeti
galapiæ aa ℥ß.

Miſce & infunde in ſ. V. q. ſ. Sten. infuſa, quoad perfectè tingatur, ſapore atque virtute ingredientium imbuatur; poſtea Sp. tinctum aufer per inclinationem, & illum paſſul. Corinthiac. ℥ix. ſuffunde, digerantur parum; donec paſſul. S. ſufficienter imbuant: Et hunc demum paſſulis exemptis adde

zingib. alb.
galang.
piper. longi aa ʒiß.
cinamomi acuti
charyophyllar. aa ʒij.
ſpic. Indicæ
galliæ moſchat. aa ℈ß.
ſyrup. roſat. ſolut. q. ſ.

Ut fiat ſ. a. conditum.

VIRES, USUS, DOSIS.

Vires, Uſus, Doſis.

Melancholicos & aduſtos humores purgant: ſeroſam aquarum colluviem exhauriunt & pituitam

tuitam ſalſam deturbant: Inde lepram cutis fœditatem & ſcabiem elegantiſſimè eluunt. In arthritide, anguſtia pectoris, calculo, catarrhis, dolore & tumore utriusque lateris, remedium eſt excellens. Doſis ab ℥ß ad ℥j. plus minusve pro ratione complexionis & ſexus.

Vide Theſaurum Medico-Chymicum *Hadrian. à Myrſicht. pag. 135.*

Paſſulæ purgantes.

PASSULÆ PURGANTES ALIÆ.

℞. *Fol. ſenæ* ℥j.
mechaacan
polypodii aa ʒvi.
flor. cordiat. aa p. j.
cinamomi ʒß.
ſem. fœnic. ʒj.
glycyrrh. raſ. ʒß.

Ebull. in ſ. q. aqu. vel vini & maceretur per noctem in infuſione:
Colaturæ fortiter expreſſæ
℞. lib. j.
cui adde ſacchar. albi ℥ij.
mannæ ℥iij.

Coquantur ad ſpiſſitudinem julebi, cui ſub finem adde ſyrup. d. cichor. cum rhabarb. vel ſucci cochleariæ (quod melius) ℥ij. Rurſus ſemel atque iterum ebulliant: Tandem adde cremor. ♀ri ʒvj. Paſſul. min. lotar. ℥x. & maneant paſſulæ. In infuſione de quibus datur ℥ß. vel ℥j. vel ℥jß. Pro ætatis & virium ratione: Si opus erit, poſſunt, dum ſumantur, gr. j. vel ij. Extracti ſcammonii acui. Vide *medicin. Pract. D. Sennert. lib. 3. part. 5. ſect. 2. cap. 2.* In morbo ſcorbutico valdè utiles ſunt.

DE PSYLLIO.

Pſyllium quid.

Pſyllium eſt notum ſem. in officinis, bilem purgat, frigidum in ſecundo, in reliquis temperatum, nec ipſum adeò vehemens remedium.

Electuarium de pſyllio.

ELECTUARIUM DE PSYLLIO.

℞. *Succi bugloſſi domeſtici & & ſylveſtr.*
ſucci apii aa lib. ij.
fumar. ℥v.

Clarificatis adde
cuſcuti, aniſi
ſenæ aa ℥ß.
capill. ♀*ris* mj.
aſari ʒß.
nardi Indicæ ʒij.

Macerentur 24. horas. Deinde ſimul ferveant & adde

vio-

violar. recent. m iiij..
epithymi ℥ij.

Rurſus fervefiant, colentur: colaturæ addantur

ſem. pſyllii ℥iij.

Macerentur 24 horas: identidem agitando: poſtea exprime totam mucaginem, in cujus lib. iiij. coque in igne lento

ſacchari opt. lib. iiß.
diagridii ℥ii ß.

Coctis omnibus adde ſubſequentia ſubtiliſsimè trita

trochiſc. d. rhabarb.
d. ſpodio
diarhod· aa ℥j.
de berberis ℥ß.

Fiat Electuarium.

Flavam bilem evocat; ob id febribus ardentibus, acutis, curatu difficilibus auxiliatur, dolori capitis, & vertigini à bile vapore naſcentis, ictero & intemperiei calidæ hepatis.

Datur à ℥ij. ad ℥iij.

ELECTUARIUM de pſyllio Montagnanæ.

Electuarium de pſyllio Montagnanæ.

℞. *Polypodii recentis* lib. j.
ſenæ
violar.
prunorum
tamarindorum
paſſular. aa ℥iij.
aqu. font. lib. x.

Macerentur 24. horis, poſtea decoquentur ad medietatem, colentur, & exprimantur, colaturæ portio reſervetur, pro extractione

caſſiæ &
tamarindor.

Reſiduo adde

ſem. pſyllii ℥iij.

macerentur rurſum totidem horis, ſemper agitando: poſt exprime mucilaginem, cujus libræ uni adde

ſacch. albi lib. iiij.

decoqvantur iterum lento igne, & addantur

caſſiæ fiſtulæ
pulpæ tamarindorum diſſolutorum cum præcedente decoctione, aa lib. ß.
diagridii ℥iiij.
ſpodii
rhabarbari
ſantali albi
rubri
roſar. rubr.
violar.
ſem. papav. alb.
portulac.
endiviæ
ſcariolæ
lactuc.

 ſeni-

fœniculi
aniſi
berberor.
tragacanth.
amyli
gummi Arab.
eboris
fumi terræ
glyzyrrhizæ aa ʒiij.
myrobalan. Indor.
emblic. aa ʒvß.
Fiat ſ. a. Electuarium.
Vid. *Anditodar. ſpec. Weck. lib. 2. de Electuariis officinalibus ſolutivis & Cordum.*

DE PRUNIS.

Pruna.

Pruna Germanicè Pflaumen/ dulcia alvum ſolvunt, bilis fervorem reſtringunt, ſed ſtomachum malè habent; Acida ſtomacho utilia ſunt, & alvum adſtringunt. Præferuntur Damaſcena, Ungarica, dulcia, oblonga. *Matthiolus. Vid. Antidotar. ſpec. Weck. lib. 1. de fructibus frigidis in ſecundo gradu.*

DIAPRUNUM ſolutivum.

Diaprunum ſolutivum.

℞. *Diaprun. lenitiv.* lib. j.
diagridii ℥j.
Miſce & repone.
Doſis à ʒjß. ad ʒiij.

DIAPRUNUM SOLUTIVUM aliud.

℞. *Pulpæ prunor. dulc.*
ſacchari albiſſ. aa lib. j.
tamarindor.
caſſ. extract. aa ℥j.
ſantali albi
rubri
eboris uſti
rhabarb.
cinamomi aa ʒiij.
roſar. rubr.
violar.
ſem. portulac.
endiviæ
berber. ſem.
ſucci glyzyrrh.
gummi tragantb. ʒij.
ſem. quat. frigid. major. aa ʒj.
Fiat ſ. a. Electuarium.

PRUNA SOLUTIVA.

Pruna ſolutiva.

℞. *Spec. decoct. pectoral.* m i j.
fol. ſenæ ſ. ſ. ℥iij.
radic. mechaacan. ℥ß.
cinamomi
zingib. aa ʒj.
caryophyllor. numer. vij.
ſem.

ſem. aniſi
coriandri aa ʒß.
ſebeſten.
ficuum aa num. vij.
paſſular. mundat. Miß.
Coque in ſ. q. aquæ fontan.

Colaturæ adde prunor. Damaſcenorum num. xxxvj. iterum coque addendo
ſacch. q. ſ.
Fiat conditum.

DE EPITHYMO.

Epithymum.

Epithymum temperatum eſt in calore & frigore, ſiccum in ſecundo, aduſtam bilem & melancholiam expurgat ſatis valenter, verum citra moleſtiam. Efficax eſt remedium ad morbos cerebri, lienisque affectibus & melancholiæ hypochondriacæ mirè confert, quartanis item & leproſis.

Cautio. Ejus uſus tamen eſt tutior hyeme, quàm æſtate.

SYRUPUS DE EPITHYMO.

Syrupus de epithymo.

℞. *Epithymi* ℥xx.
mirobalan. citrin.
indor. aa ʒxv.
cuſcutæ,
fumiterræ aa ʒx.
thymi,
bugloſſæ
calaminthæ
mirobalan. emblicorum,
bellericor.
glycyrrhizæ
polypodii,
agarici,
ſtœchados, aa ʒvj.
roſar.
fœniculi,
aniſi aa. ʒiß.
prunor. num. xx.
paſſular. enucleat. ℥iiij.
tamarindorum ℥iiß.
Aquæ lib. x. vel q. ſ. Bulliant ſ. a. Colaturæ adde
ſacch. lib. iiij.
ſapæ lib. ij.
Fiat Syrupus. *Vid. Antidotar. ſpec. Weck. lib. 2. de Syrupis officinalibus: Item Valerium Cordum.*

Potio purgans ex Epithymo contra ſcabiem.

℞. *Epithymi*
fol. ſenæ ſ. ſ. aa ʒiß.
agarici albiſſ. ℈j.
tartari ʒj.
ſem. fœnic. ʒß.
aqu. ſucci fumar. ℥iij.
Infundantur per horas vj. Colaturæ addatur
mannæ calabrin. ℥j.
Fiat hauſtus.

DE FUMO TERRÆ
ſeu Fumaria.

De Fumo terra.

FUmus terræ & aduſtis humoribus conveniens, hepatique ac ſtomacho utilis eſt. Ejus vis non modò ad epar, ſed & ad venas diffunditur, ſanguinemque expurgat, & omnibus incommodis à bile aut exuſtis humoribus ortis auxiliatur, atque inprimis cutis vitia mirificè emendat.

SYRUPUS E SUCCO FUMARIÆ SIMPLEX.

Syrupus è ſucco fumariæ ſ.

℞. *Succi fumiterræ crudi* lib. iij.
ſacchari boni lib. iiiſ.

Coquantur ſimul, & deſpumentur, quoad ſyrupi conſiſtentiam acquirat. Ad eadem, quæ jam de inferioribus ſyrupis dicturus ſum.

SYRUPUS DE SUCCO FUMITERRÆ MAJOR.

Syrupus de ſucco fumiterræ.

℞. *Myrob. citrinar.*
chebular. aa ʒxx.
flor. borrag.
bugloſſ.
violar.
abſinthii
cuſcutæ aa ℥j.
glycyrrh.
roſarum rubr. aa ℥ſ.
epithymi
polypodii aa ʒvij.
prunor. numero centum
paſſular. enucleat. lib. ſ.
tamarindor.
pulp. caſſiæ fiſt. aa ℥ij.
aquæ fontis lib. x.

coquantur omnia præter caſſiam & tamarindos ſ. a. ad tertias partes: deinde cola, & colaturæ adde caſſiam ad tamarindos & ſucci fumi terræ depurati, ſacchari albiſſimi aa lib. iij.

Coquantur lento igne, ad juſtam conſiſtentiam, & repone.

Syrupus fumariæ hic ventriculum & hepar roborat, & obſtructiones aperit, cutis morbos, præcipuè ab humore ſalſo vel uſto natos, ut pſoram, lepram, impetiginem, ſerpiginem curat.

SYRUPUS FUMARIÆ MINOR.

Syrupus fumariæ minor.

℞. *Mirobolan. flav.* ℥ij:
violar.
abſinthii
cuſcutæ aa ℥j.
Aquæ lib. vij.
ſucci fumariæ coctiĉ purgati,
ſacch. aa lib. ij.

Coque

Digitized by Google

Coque omnia ad tertiam partem uſque. Expreſſum cum ſucco fumariæ & ſaccharo percoque.

quidam *ſcammonii* ʒß.

Panno lineo raro ligatam in eo ſuſpendunt.

Syrupus hic hepatis obſtructionem aperit: ob id icterum ſanat, pituitam ſalſam, & bilem uſtã vacuat, proinde pſoram, lepram, pruritum & alia cutis vitia inde orta ſanat, & corporis colorem floridum reddit. *Vid. Antidotar. ſpec. Weck. lib. 2. de Syrupis officinalibus.*

PILULÆ DE SUCCO FUMI TERRÆ.

Pilulæ de ſucco fumariæ.

℞. *Myrobal. citrini*
chebulor.
indor. aa ʒv.
aloes ʒvij.
ſcammonii ʒv.

ſucci fumi terræ clarificati q. ſ. ut formetur ter hæc maſſa: nam cum primò fuerit ſiccata maſſa, plus ſucci eſt addendum, & rurſum exiccetur, idque tertiò eſt faciendum. Educunt è corpore humores bilioſos, acres & ſalſos; ideoque adverſus omnia cutis vitia valent.

DE SERO LACTIS.

De ſero lactis.

Serum lactis commodiſſimè uſurpatur ad evacuandum ſeroſos & aduſtos humores; præcipuè ſi in eo aliquid fumariæ maceretur, & non parca manu, ſed vel ad lib. ß. vel iß. menſuram propinetur. Serum lactis frigidum & humidum eſſe medici ſtatuunt. *Vide Inſtit. Medicin. D. Sennerti lib. 3. part. 1. cap. 3. de alimentorum facultatibus.*

INFUSUM SERI LACTI Meſuæ.

℞. *Fol. roſar. recent. completar. mundatar.* ℥iij.
rhabarb. elect. ʒiiß.
nardi ſpicæ ʒjß.

Rhabarb. & Roſæ ſimiliter & Spica minutim incidantur macerenturque per noctem in ſeri lactis caprini libr. ij. id deinde cola, ac leniter exprime.

Sanguinem depurat, bilem quoque flavam tenues & calidos Ichores eidem admixtos clementer ac ſine moleſtia educit, & Eriſipelata juvat.

INFUSUM ALIUD SERI LACTIS.

℞. *Flor. borrag.*
bugloſſ.

bugloſſ.
fumariæ
epithymi aa m ß.
polypod. q ʒ vj.
fœnic. ʒ ij.
follic. ſenæ ʒ ß.
aqu. lactis lib. iij.

Fiat decoctio ad tertiæ partis cõſumptionem & addantur
mellis roſati ℥ ij.

Aduſtos humores temperat & expellit: cutem à ſcabie ac prurigine mundificat.

DE FOLIIS SENÆ.

Folia ſenæ. SEna foliis conſtat glycyrrhizæ, craſſis, ſubpinguibus, fabarum ſapore, caule cubitali, à quo ramuli exeunt, in lori modum flexibiles. Flores emicant aurei, veluti braſſicæ, purpureis intercurſantibus venulis: quibus ſuccedunt folliculi falcati, adeoque natura compreſſi, ut ſuperior membrana inferiori cohæreat, in quibus ſemen continetur in nigro ſubvireſcens, uvarum vinaceis usque adeò ſimile, ut non facilè primo oculorum intuitu alterum ab altero diſcernatur: folliculi è ramuſculis prominent, tenui pediculo appenſi: quò fit, ut matureſcens parvo ventorum flatu facilè decutiantur.

Planta eſt frigoris impatiens, ob idque ſeri vult Majo, nec ultra autumnum perdurat: ſi quidem prius ſata facilè frigore deperditur, ſeriùs verò hyemem ſimiliter non tolerat. Præſtat quæ ex *Alexandria* Ægypti, vel ex Syria affertur. Folia autem viridia ſunt præſtantiora ſubalbidis & tenuibus.

Calefacit initio ſecundi ordinis, ſiccat primo. *Natura.* Terget, expurgat, digerit. Educit per inferna bilem tum atram, tum flavam *Vires & uſus.* & pituitam. Mundat cerebrum, cor, jecur, lienem, pulmonem, & omnes corporis ſenſus, confertque omnibus eorum incommodis. Viſcerum obſtructiones aperit, auget juventutem, ſenium retardat, & animi hilaritatem affert. Folia in capitis perfuſionibus utiliter decoquuntur, præſertim addita anthemide. Roborat enim hoc modo cerebrum, nervos, oculorum aciem, & auditoriam facultatem. Optima eſt medicina morbis omnibus diuturnis, & melancholicis ut delirio, amentiæ, ſciſſuris totius corporis, reſolutione nervorum, phthiriaſi,

Digitized by Google

ſi, cephalalgiæ, ſcabiei, puſtulis, pruritui & epilepſiæ. Cor etiam roborat: ſi tamen iis potiſſimùm commiſceatur medicamentis, quæ ipſum maximè confirmant, veluti viola.

Datur commodè prægnantibus, & pueris, & cujuscunque ætatis hominibus. Dilutum tamen magis præſtat, quam decoctū, quòd nulla ex parte exhalet, cujus unciæ quinque vel ſex, alvum modeſtiſſimè, & ſine moleſtia ſolvunt. Redditur medicamentum hoc in dejicienda alvo præſtantius, atque valentius, ſi caſſiæ nigræ, aut mannæ, aut rhabarbaro, aut roſarum diluto, aut ſyrupo roſato ſolutivo commiſceatur, aut ſi maceretur ſena caprino ſero.

Corrigitur zingibere, vel ſale gemmæ.

Doſis ejus diluti eſt ab ℥ß. usque ad ℥j. pulveris verò à ʒj. usq; ad ʒij. *Matthiolus & Meſue.*

OBSERVATIO.

Obſervatio. Quod ſenâ præſertim mulie-bria, & pituitoſa corpora torminibus vexentur, id potius humorum pituitoſorum vitio fit, quam ipſius ſenæ, atque interdum propter viarum anguſtiam. Præparanda itaque ejusmodi corpora, antequam ipſis ſena exhibeatur. Et cum ſena ſit ſiccior, corrigitur non incommode floribus violarum, borraginis, aut decocto prunorum.

EXTRACTUM foliorum ſenæ.

℞. *Fol. Sen. orient. ſ. ſ.* macera per horas xxiij. in ſufficienti deſtill. aquæ prunorum redolentium, quantitate: quod tinctum eſt effunde & filtra foliis prius fortiter expreſſis. *Extractum foliorum ſenæ.*

Interim ex fæcibus ſ. a. ſal elice, & tincturæ commiſce: proinde lento balnei colore ſufficienter deſtilla, ut conſiſtentiam mellis acquirat. *Vid. Tyrocin. Bejuini lib. 2. cap. 9. ſub titulo de Extractis.*

DECOCTIO SENÆ *D. Gereonis.*

Decoctio ſenæ.

℞. *Follic. ſen. ſ. ſ.* ℥iß.
fol. ſenæ ℥j.
zingib. ʒj.
flor. borrag.
roſar. rubr.
arantiar. aa ʒij.
polypodii ℥ß.
paſſular. purgat. ℥ij.

ſebeſten
prunor. aa xxij.
aquæ fontis lib. ℥ß.

Fiat decoctio ſ. a. Modo Sena parum bulliat, & vas optimè obduratum per ſex horas dimittatur, deinde exprimatur.

VIRES ET USUS.

Jam affectibus melancholicis, quartanis; cancro, lue venerea valet. Vid. *Antid. ſpec. Weck. lib. 2. de decretis minus uſualibus.*

ELECTUARIUM
Diaſenæ *D. Nicolai.*

Electuarium diaſenæ.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iiij.
avellanar. toſtar. nro 50.
ſeri toſti ʒij.
lapid. armen. loti ʒj.
lazuli loti ʒiij.
ſaccbari ℥vj.
cinamomi ℥j.
charyophyllor.
galangæ
ſpic. Indicæ
ſem. ocymi
fol. charyophyll.
cardamom.
croci
zingib.
zedoar.
flor. rorisſmarin.
macropiperis aa ʒij.
mellis deſpumati lib. vj.

Fiat Electuarium.

USUS.

Succurrit melancholicis, mania vexatis, atque Quartanis, triſtitiaque affectis, lienoſis, & omnibus malis ex bile atra procreatis.

Doſis à ℥ß. ad ℥j. vel ℥jß. Vide *Cordam.*

DIASENA ALIA.

Diaſena alia.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iij.
avellanar. nro. 50.
ſeri uſti ʒij.
lapidis Armeni ʒj.
ſaccbari ℥v.
mellis deſpumat. ℥vj.

Fiat. Elect. ſ. a.

Gentilis de Fulgino Antidot. Spec. Weck. lib. 2. de Electuar. officinalibus ſolutivis.

ELECTUARIUM
foliorum Senæ aliud.

Electuarium folior. ſenæ.

℞. *Cinamomi* ℥vj.
fol. ſenæ ℥v.

Fiat infuſio in vino gummoſo ad lib. iiij. per biduum in loco calido. Cum colatura extrahe pulpam paſſulor. in aqu. Endiviæ ad ℥viiij. Adde pulpæ caſſiæ ℥vj. & ſi fortius deſideres Elect. leniti-

tiv.

Digitized by Google

tiv. ℥ij. Ol. nuc. moſchat. expreſ. ʒß. Fiat Electuar.

DOSIS.

Doſis à ℥ß. ad ʒvj. per ſe vel cum ℈j. vel ʒß. *Diatartari. Pract. Chymiatr. D. Hartmanni pag. 7.*

PULVIS DIASENÆ laxativus.

Pulvis diasenæ laxativus.

℞. *Fol. Sen. Alex. mundi*
cremor. ♀*ri* aa ℥j.
ſem. aniſi
charyophyll.
caſſia lignea
galang.
diagridii aa ʒj.
Fiat pulvis.

Doſis à ℥ß. ad ʒß. Vid. eundem ibidem.

PULVIS SENÆ
præparata D. Montagnana.

Pulvis ſenæ præparata.

℞. *Fol. Sen.* ʒxij.
zingib.
macis aa ʒiij.
cinamomi
cremor. ♀*ri* aa ʒjß.
Fiat pulvis.

Doſis ʒj. à cœnâ. Purgat mirabiliter caput.

PULVIS SENÆ
Aliter.

℞. *Fol. ſen. mundat.*
tartari albi vel
cremor. ♀*ri* aa ℥j.
diagridii ʒij.
cinamomi
galangæ
charyophyllor. aa ʒj.
ſem. aniſi ʒjß.
F. P. Doſis à ʒß. ad ʒj. cum ℈ß. ſpeciebus diambræ.

ALITER.

Aliter.

℞. *Fol. ſen. mundat.*
cremor. ♀*ri* aa ℥j.
ſem. aniſi
fœniculi
charyophyllor.
caſſiæ ligneæ
galangæ
diagridii aa ʒj.
Pulveriſentur ſubtiliſſimè, inſtillentur
ol. cinamomi
citri aa gut. v.
Doſis à ʒß. ad ʒjß. in ſubſtantia In infuſione ℥ß. vel ʒvj. Electuarium ſolior. ſenæ cum tamarindis. Vide ſupra de Tamarindis.

INFUSIO FOLIORUM
cum Rhabarbara.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ʒv. vel ʒvj. aquæ ad infuſionem ſuff. aromatiſatæ.

cryſtallorum ♀ri ℈j.

Macerentur per 24. horas: Expreſſioni adde

ſucci pomum redolent. noviter extract. ℥jß.
ſacchari candi ℥j.
album ovo num. j.

Exquiſitè prius agitata admoveantur igni ad indurationem albuminis usque. Colatura per manicam facta detur. Hæc potio non tantum palato grata valdè, ſed & oculis.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ. & rhab.* aa ʒiß.
ſalis ♀ri
ſpiritus cinamomiſati aa ʒß.

Infunde in brodio primæ decoctionis gallinæ vel aquæ fragor. q. ſ.

In colatura cum mediocri expreſſione facta ſolve

mannæ calabrin. vel ſacch. finiſſimi ℥ß. vel ℥j.

Detur pro potu. Vid. *Exegeſ. Chymiatr. Andr. Denſchii ſub titulo de Extractis.*

Quercetanus

Decoctum fol. ſenæ ſic deſcribit.

Decoctio fol. ſen. alia.

℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ʒiiij. vel ʒvj. aquæ cichoreæ, vel aliæ convenientis aromaticæ q. ſ. ad infuſionem.

cryſtall. ♀ri acidul. ℈j.

Macerentur per horas xx. Expreſſioni adde

ſyrup. de pomis ℥iß.
ſacchari candi ℥ß.
album ov. nro j.

Exquiſitè prius agitata admoveantur igni ad indurationem albuminis ovi usq;. Colatura per manicam facta detur convenienter. Hæc potio non palato tantum grata, verum valdè utilis.

CLARETUM LAXATIVUM è foliis ſenæ.

Claretum laxativum è foliis ſenæ.

℞. *fol. ſen. Alexandr. mundat.* ʒj.
rhabarb. electi ʒij.
agarici optimi ℥iij.
croci elect. ʒß.

Hæc omnia miſceantur in duobus ſextariis vini optimi ac in loco calido ponantur per horas xij. Deinde colentur per laneum ſaccum ſepties, & poſtea addatur

ſacch. albi lib. ß.

& benè miſceatur.

Quotiescunque igitur, qui ſe purgare voluerit, ſumet dimidium ſextarium hujus potionis. Reliqvum in vitro benè obdurato ſervabit. *Fridericus Nicolaus olim Medicus Regis Daniæ*

ALIUD

Aliud infuſum fol. ſen.

ALIUD INFUSUM folior. ſenæ *D. Burſeri* non inſuave, ſed palato gratiſſimum.

℞. *Fol. ſena ſ.ſ.* ℥iiij.
paſſular. minor. enucleatar. ℥viij.
inciſor. pulver. cinamomi ʒvjß.

Indantur omnia in fictili vaſe, affundantur aquæ communis vel endiviæ ferventiſſimæ, vel vini ℥xviij. vas occludatur operculo idoneo, ſtent per horas vj. Poſtea cola per chartam, vel per linteum & ad uſum ſervetur.

Doſis.

DOSIS.

Datur infantulis ℥ß. pueris ℥j. adultis ℥iij. vel plus. Vid. *D. Nymmanni Tractat. de Apoplexia pag. 233.*

Electuar. fol. ſen. cum tamarindis.

ELECTUARIUM foliorum Senæ cum Tamarindis.

℞. *Folior. ſenæ ſ.ſ.* ℥vj.
cinamomi optimi ʒvj.
ſem. fœniculi ʒij.

Vini Malvatici optimi lib. iij. Semel ebulliant, poſtea loco calido per triduum digerantur, vaſe clauſo, fiat deinde colatura, cum expreſſione, qua extrahatur pulpa paſſularum minor & major aa ℥iiijß.

Extractæ maſſæ per ſetaceum, adde *pulp. tamarindor. Elect. diaprun.*
El. lenitiv. aa ℥iij.
cremor. ♀*ri* ʒij.
ol. nuc. moſchat. deſtill. ℈j.
aniſi ℈ß.

Fiat Electuarium.

Hoc Electuarium eſt jucundum & lenitivum, quod olim in pharmacopæa Soldquellenſi frequenter cum fructu præſcriptum fuit. Vid. *Gregor. Horſt. in obſerv. meditin. pag. 294.*

Diligenter alias in uſu foliorum ſenæ notandum, quod tormina facile cieant, ſi diutius coqvantur, adeoque leniter cum iis aqua ebullire ſaltem debet, ut flaveſcat, poteſt etiam ⊕is ♀i aliquantulum adde pro correctione, id quod alias ad diſſolutionem meliorem admiſceri ſolet, id quod hoc loco inſtar omnium moneri debuit. Sequens applicatio fol. ſen. & elegans & tuta eſt.

℞. *fol. ſen. ſ.ſ.* ℥ij.
ſem. aniſi ʒij.
⊕*ris* ♀*i* ʒß.

Bulliant leniter in aq. fontana, donec flaveſcat.

Digitized by Google

In Colatura diſſolve
mannæ calabr. ℥ij.
Iterum coletur.
additur pro lubitu
cremor. ♀ri ℨß.
Phlegmagogum eſt non adeò ingratum.

POTIO E FOLIIS SENÆ.

Potio è foliis ſenæ.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℨiij.
epithymi ℨij.
cetarab.
thymi aa ℨj.
ſem. aniſi
fænic. aa ℨiß.
ſtent per noctem in infuſione ſeri lactis caprini deſtillati manè, fortiter exprimantur, & colaturæ addantur
ſyrup. roſ. ſolut. ℥j.
crem. ♀ri ℨß.
Fiat hauſtus. V. *Gregor. Horſt. in obſ. Medicin. pag. 277. In diſpoſitione Scorbutica*, ut quotidiè alvus ſolvatur.

In eodem caſu apud eundem *pag. 22.*
℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ℨij.
rhabarb. ℨj.
paſſul. minor. ℥ß.
polypodii ℨvj.
liquiritiæ ℨvß.
ſem. aniſi ℨiß.

Infundantur per noctem in ſero lactis caprini, mane leviter ebulliant: Colaturæ ℥ij. adde
ſyrup. roſat. ſolut. ℥j.
cremor. ♀ri ℈ß.
Fiat hauſtus.

VEL

℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ℨiij.
rad. belen. ℨij.
flor. chamomill. mß.
ſem. aniſi
fænic.
macis aa ℨß.
Fiat decoctio in aqu. q. ſ. vel vini ad tertias, colentur & addantur
ſyrup. diaſer. ℥j.
elect. diac. ſtin. ℨij.
Miſce, fiat hauſtus.

In quartana notha, in duplicem mutata, nuper ex aſſumto hoc hauſtu civis quidam hujus oppidi, bilis æruginoſa cum nigricante materia permixta copioſè fuit excreta, morbo ſenſibiliter remittente.

ALITER.

℞. *Fol ſen. mundat.* ℨvj.
flor. borrag.
bugloſſ.
violar. aa p. j.
zingib. ℈j.
galan-

galangæ ℈ß.
Coque in ſucc. prunor. q. ſ. q. vel ℥ij. vel ℥iij.

Vel

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ʒvj.
zingib.
cinnamomi
galangæ aa ℈j.
paſſular. ʒvj.
Coque in ſ. q. aqu. cichor. Colatur. ℥iiiiß. adde
ſyrup. violar.
borrag. aa ℥ß.
Miſce.

Vel.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ʒiij
rhabarb. ʒj.
flor. roſ.
borrag.
bugloſſ. aa p. j.
zingib.
cinnamomi aa ℈j.
coque in ſ. q. aqu. Colatur. ℞. ℥iij. adde
elect. lenit. ʒij.
Miſce. *Vid. Inſtitut. Med. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 3. de decoctis.*

℞. *Fol. ſen. mund.* ʒiij.
rhabarb. ʒj.
rad. galap. ℈ij.
acidi ♀*ri* ℈ß.
cinnamomi ℈j.

Infunde in vini Rhenani ſ. q. per noctem, manè ebull. in diplomate, vaſe benè cooperto, coletur. Colatur. ʒiiß. admiſce
ſyrup. d. cichor. cum rhab. ʒiij.
extract. zedoar. gr. j.
Miſce.

Vel

℞. *Rhabarb.* ʒiß.
fol. ſen. ſ. ſ. ʒiij.
cinnamomi acuti ℈j.
irrorentur ol. ♀ri per deliquium facti gut iiij.
Infunde vini albi Rhenani ℥ij.
aquæ menthæ ℥iß.
Stent per horas 12. Tunc exprime, in expreſſione ebulliendo diſſolve
mannæ calabrin.
clarificat. ℥ß.
Colaturæ clarificatæ adde
eſſent. citri
cinnamomi aa gut. j.
Miſce. F. hauſtus.

℞. *Fol. Sen.* ʒvj.
rhabarb. ʒß.
agarici ℈iß.
cinnamomi ℈ij.
paſſular. min. ℥ß.
Coque in ſeri lactis caprin. q. ſ. Adde
ſyrup. d. fumar. ʒvj.
Miſce pro doſi in ſcabie.

Vel

VEL

℞. *Decoct. aperitiv. comm.* ℥iij.
Infunde per noctem

ALITER.

℞. *Decoct. aperitiv. min.* ℥iij.
Bulliant in fol. ſen. ʒij.
rhabarb. ʒj.
agarici trochiſcat. ℈iiij.
cremor. ♀*ri* ℈j.
ſquinanthi ℈ß.
ſem. aniſi ʒß.
Fortiſſimæ expreſſioni adde
mannæ ſelect. ℥ß.
Detur in fictili.

POTIO BENEDICTA
è foliis Senæ.

℞. Extracti benedicti ℈ß. plus minusvè. Tartari purificati ℈j.
mannæ calabrin. ℥ß.

In aqua cichorii, vel fragorum leniter coquantur ad ſolutionem duntaxat & colaturæ additis guttis aliquot S. Vitrioli detur pro uſu. Hanc potionem Benedictam vocant, ob felicem operationis ſucceſſum.

Extract. verò benedictum fit *ex Fol. Sen. Alexandr. rhabarb.* *aa* ℥j.
agarici ʒß.
Et S. V. pro extrahenda Eſſentia.
fol. ſen. ʒij. vel ʒiij.
♀*ri albi præpar.* ʒß.
agarici ʒiß.
rhabarb. ʒß.

Facta manè unica ebullitione colaturæ adde
ſyrup. d. cichor. cum rhabarb. ℥ij. vel ℥j.
Miſce, fiat hauſtus.

VEL

℞. *Fol. ſenæ* ℥j vel ℥ij.
ſem. aniſi ℥ß.
fol. meliſſæ Mj.
flor. cordialium aa p. j.
fumar.
abſinthii aa Mß.
macis
zingib.
cinnamomi aa ℈j.

Inciſa & contuſa dentur ad chartam. S. Species pro vino.

VINA MEDICATA.
è foliis ſenæ.

Vina medicata, è foliis ſenæ.

℞. *Fol. ſen. Alexandr.* ℥iß.
radic. turpeti ʒiiiß.
mechaacan.
rhabarb.
hermodact. aa ʒiß.
quinque radic. aperit. aa ʒiß.
herb. cuſcut.
beton.
borrag.
menthæ aa Mß.

flor.

flor. borrag.
bugloſſ.
roſar.
cichor. aa p. j.
cort. citri ſicc.
galangæ
macis
nucl. moſchat. aa ℈ij.
zingib. ℈ij.
ſem. aniſi.
fænic. aa ʒiij.
ſalis ♀*ri* gr. vij,

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur, & dentur in nodulo ad uſum. Hic Nodulus pendeat per noctem in menſura unâ, vel cum dimidia vini albi Rhenani; manè ſumat purgandus de eo vino bonum hauſtum, tepidum factum; poſt horas duas iterum hauſtum, qui, ſi neceſſitas poſtulat, circa meridiem, vel veſperam reiterandus, ſingulis diebus vel alternis, donec ſatis purgatus ſit æger, continuendo.

ALITER.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iß. vel ℥ij.
rhabarb. elect. ʒiij.
♀*ri* ⊕*lati* ʒij.
cinnamomi ʒiß.
ſchænanti ℈ß.
reſin. ſcammonii ℈j.
flor. borrag.
bugloſſ.
violar.
cheir. aa p. j.
caryophyllor. num. x.

Ex inciſis & contuſis cum ſyndon. rubr. fiat Nodulus pro vino.

ALITER.

℞. *Fol. ſen.* ℥j vel ℥iß.
rhabarb. elect.
turpet gummoſ. aa ʒiij.
♀*ri electi* ʒij.
cinnamomi ʒiß.
ſpicæ Indicæ ℈j.
ſchænanti ℈ß.
zingib. alb. ʒj.
rad. ireos flor. ʒß.
peoniæ drachm. iij.

Incidantur, contundantur & includantur ſyndone, fiat nodulus pro vino purgante.

Vel

℞. *Rad. cichor.*
petroſel.
fænic.
aſpar. aa ℈iiij.
herb. cuſcut.
ſcolop.
capill. ♀.
beton. aa ℥j.
flor. borrag.
cichor. aa p. ij.

Digitized by Google

fol. ſenæ unc. ij.
agarici drachm. jß.
rab. el. drachm. jß.
cort. citri ſicc. drachm. j.
galang.
macis.
ſem. fœnic.
aniſi
ana drachm. ij,
zingib. drachm. ß.

Incidantur & contund. ſ. a. ad chartam pro nodulo ad obſtructionem lienis, epatis, meſenterii & venar. meſaraicar colendas & totum corpus purgandum.

ALITER.

℞. *Radic. cichor. drachm.* iij.
aſparag.
petroſel.
cort. rad. capp. ana drachm. iiiß.
tamarindor. drachm. ij.
rad. hell. nigri drachm. ij.
herb. cuſc.
capill. ♀.
ſcolopend.
borrag. ana drachm ß.
epithymii. ℈iiij.
flor. bugloſſ.
borrag. ana ℈ij.
folior. ſen. unc. j.
rad. mechaacan. drachm. ijß.
agar.
rhabarb. ana dragm ß.
turbith. opt. ℈ij.
mirab. Indor. drachm. ij.
ſem. aniſ.
fœnic. ana drachm. j.
cinamomi electi.
nuc. moſch.
cort. citri ana drach. ß.

Incid. & contund. D. in chartâ.

SIMPLEX INFUSIO ſenæ in Apoplexia.

℞. *Fol. ſen. Alex.* (quæ valde in affectibus capitis commendantur) Simplex infuſio.
agarici (qui pituitam egregiè è cerebro vacuat)
mechaacannæ aa ℈ij.
plus minusvè pro ægri conſtitutione & robore,
zingib. ℈j.
galangæ ʒß.

Vini q. ſ. ſtent in infuſione per horas xx.

Colaturæ adde ſyrup. helleb. *Geſneri* ʒiß.
vel q. ſ. Fiat potio.

PULVIS FOLIORUM ſenæ in Apoplexia.

℞. *Fol. ſen. Alex.* ℈ij. Pulvis fol. ſenæ in Apo-
turbith. ℈ß. plexia
mechaacan. ℈iiij.
cremor. ♀*ri*
zedoariæ aa ℈ß.

tri-

trochiſc. albrand. gr. ij. vel iij.

Miſce. Fiat pulvis pro duabus doſibus.

Vid. *D. Nymmanni Tractatum de Apoplexia pag.324.*

CEREVISIA PURGANS è foliis Senæ.

℞. *Fol. ſen. Alexandr.* lib. jß.
follicul. ſen. lib. j.
fol. partetar.
betonicæ
mercurialis aa ℥ij.
fragor.
veronic.
lingvæ cerv. aa ℥j.
radic. garyophyll. ʒvj.
calam. aromat. ʒiij.
zedoariæ ʒij.
zingib. alb. ʒvj.
ſem. aquileg.
carui aa ʒiij.
hermodact. veror. ℥j.
mechaacan. optim. ℥iiß.
rhabarb. ℥j.

Craſſo modo inciſa & contuſa indantur vaſi, uti vocant, refrigerationis, affundatur poſtea cereviſia recentiſſimè cocta atq; adhuc calida (ad menſuras Dreſdenſes xxxv.) Fiat depuratio per fermentationem ſufficientem: quo facto immittatur cereviſia in dolium munitiſſimum, ſatis capax absq; herbis: depuretur demum diligentiſſimè & ſervetur ad uſum.

VINUM SOLUTIVUM è foliis Senæ pro ditioribus.

℞. *Fol. ſen. Alex.* lib. iiß.
follicul. fol. ſen. lib. jß.
epithymi cretici lib. j.
ſem. carthami
mechaacan alb. aa ℥iij.
cinamomi acutiſſimi ℥ij.
zedoariæ ʒvj.
cort. mali citri
arant. aa ℥j.
caryophyllor. ʒjß.
galangæ ʒij.
macis ʒjß.
raſur. ſantal. alb.
rubr.
citrin. aa ʒij.
zingib. alb.
ſem. coriandr. aa ʒijß.
flor. anthos
bugloſſ.
roſar.
violar.
tunicæ aa mß.
fol. veron.
abſinth. Pontit.
carduib.
betonicæ
linguæ cervi

meliſſ. noſtrat. aa mj.
Relinqvantur integra omnia, benè prius mundata. Affunde poſtea vini rhenani opt. canthatos Dreſdenſes numero xxxiij. & relinq. per aliquot dies, donec depuratum fuerit.

DE HELLBORO NIGRO.

De Helleboro.

HElleborus niger planta ſatis nota & etiam medicinæ Tyronibus. Utilis eſt ille ad omnes morbos melancholicos, febres quartanos, inſanies, hemicranias, elephantiaſin, herpetem.

Et quamvis ſit innoxium medicamentum, tamen pueris, gravidisque & debilibus corporibus non facilè dandus, ſed ſolum robuſtioribus perſonis & in deſperatis morbis competit: in decocto tamen minus periculi ſubeſt, in ſubſtantia eſt metus convulſionis.

Corrigitur verò addendo ad ℥j. maſtichis, cinamomi, aniſi, fœniculi, origani ℈ß.

Recentiores rad. ellebor. nigr. pulveriſatas irrorant phlegmate vitrioli, & in patella vitrea ad lenem arenæ calorem continuò ſputula agitant, iterumque irrorant, & ita agitant, donec fœtor omnis exhalarit, radicesque gratum odorem, & colorem nigricantem acquiſiverint: atque ita præparatum exhibent à ℈ß. ad ℈j. Utile tamen erit corrigentia dicta addere. *Inſtitut. medicin. D. Sennert. lib. 5. part. 1. ſect. 1. cap. 11. de purgantibus.* *Vide Pract. Chym. D. Hartmanni pag. 6.*

De helleboro & vehementioribus purgantibus illis omnibus quæ præparari dixi & corrigi aceto (melius quam cum aromatibus, utut illa etiam non incommodè addantur) notandum ab acido particulas venenatas, quæ in ſale eſſentiali eorũ conſiſtunt figi, & hæc ratio præparationis eſt. Ex Chymia enim notum, acetum, addito corpore aliquo in ⊖ quaſi abire, ut in præparatione ſacchari Ꝧni videre eſt. Ex hac cauſa etiam Arcanum ♀ri, quod itidem cum 🜊 præparatur loco arcani alicujus ad corrigenda purgantia cum ratione ſalis ♀i inſimul diſſolvendi habent, id quod in genere de correctione hic notandum.

CORRECTIO ALIA.

℞. Hellebori nigri veri Luna in felici ſidere exiſtente, collectar

ſtur in umbra ſiccatarumque, & a terra mundatarum q. ſ. Coque in vino tres circiter horas continuas, in fine augmentando ignem ut bulliant. Expreſſis radicibus, abjectisque, vinum leni igne, ne fortiter ebulliat, exhalet ad conſiſtentiam extracti. Corrigitur non inconcinnè poſtea

ol. maſtiches,
menthæ,
cinamomi,
fæniculi.

Datur ad mundificandum ſanguinem ab aduſtis præſertim humoribus, ad obſtructionem menſium vertiginem, epilepſiam, melancholiam & plures alios affectus, ut febres quartanos, inſanies, hemicraneas, elephantiaſes &c.

OBSERVATIO.

Quoniam ſpuma in quibusdam vegetabilibus, ut in helleboro, opio &c. venenata inter præparandum apparere ſolet, diligenter ea removenda eſt.

Cautè proſpiciendum, ut helleborus verus eligatur, vel Styriacus, vel alius in montibus & locis aſperis creſcens, quem meliorem, licet non mitiorem illo exiſtimo, qui in hortis transplantatus reperitur; contrarium ſentit *Quercetanus.*

Legant Studioſi Medicinæ Tractatum Viri clariſſimi *Dn. Petri Holtzemii de eſſentia hellebori nigri redivivi.* Item *Tractat. Pract. Chymiatr. D. Johannis Conradi Gerhardi. Theſ. 147.*

SYRUPUS DE HELLEBORO.

℞. *Ellebori nigri* ℥ß.
ſucci pomor. dulc. ℥x.
radic. bugloſ.
borrag.
polypodii
epithymi aa ℥j.
follic. & fol. ſenæ
ſtæchados
chamæpytheos aa ℥vj.
flor. borrag.
bugloſſ.
fumariæ aa p. j.
capill. ♀ris
chamædrios aa mj.
ſchænanthi ℥ß.

Fiat decoctio ad libras ij: Huic adde

ſucci pomor.
ſacchari albi aa lib. 2.

Fiat Syrupus.

Doſis eſt quantitas unius vel duarum unciarum. *Heurnius.*

OXYMEL HELLEBORATUM majus Juliani purgans phlegma & melancholiam.

Oxymel Hellebor. Geſneri.

℞. *Rutæ,*
thymi,
dictamn. cret.
hyſſopi,
pulegii,
marrubii,
card. bened.
ſpicæ celt.
cort. ſambuci
interioris aa mj.
calami montani p ij.
ſem. aniſi,
acymi,
urticæ, Rom.
aneti, aa ʒij.
rad. angel.
althææ,
ari,
ſcyllæ,
ariſtol. long.
rotund.
clematidis
turbith. aa ℥j.
iridis noſtræ
coſti
polypodii aa ℥j ʒj.
helleb. nigr.
ejus
cort. rad. belleb. alb.
agarici aa ʒij.

Omnia trita infunde in aceti acerrimi lib. vj. vel q. ſ. biduo in ſole, vel ad fornacem in vitreo vaſe obdurato, dum decoquantur in olla vitreata ad dimidium fere, dum colabis modicè exprimendo, addesque mellis deſpumati

ſacchari aa lib. j.

ad conſumtionem aceti decoques ad ſyrupi conſiſtentiam. Doſis ad movendam alvum ab ℥ß. ad ʒvj. cum decoctione ſenæ & polypodii, vel ſyrupo violato aliove ſolutivo.

Confert epilepſiæ, aſthmati & omnibus morbis à materia frigida craſſa tenaci, à phlegmate & melancholia pendente. Geſnerus habet. *Vid. Antidotarium Spec. Weck. lib. 2. de ſyrupis minus uſualibus.*

SYRUPUS DE HELLEBORO NIGRO ALIUS.

Syrupus de Helleboro alius.

℞. *Myrobal. omnium* ℥iiß.
contundantur craſſo modo, & fricentur manibus cum ol. amygd. d. deinde infundantur per diem ac noctem in aqu. fumar. lib. xij. Poſtea coque ad conſumtionem tertiæ partis adde

cortic. rad. helleb. nigri,
glycyrrh.

glycyrrh. polypodii aa ℥j.
ſem. citri ℥ß.
caryophyll. ʒiß.
ſummitat. fumar.
flor. citri aa mß.
borrag.
bugloſſ. aa p. j.

Bulliant ad remanentiam lib. v. Poſtea adde
fol. ſenæ ſ. ſ. ℥iß.
epithymi cret. ℥iiß.

Iterum bulliant donec maneant lb iij. Addito
ſacch. ℥xxxij.

Decoque ad confectionem Syrupi. Autor hujus eſt *Laurentius Walterus Cochelius. V. Gr. Horſt. obſerv. medic. p. 293.*

Doſis à ʒß. ad ʒi. In omnibus melancholiæ affectibus.

SYRUPUS HELLEBORATUS minor Quercetani.

Syrupus hellebori minor Quercetani.

℞. *Fibr. helleb. nigri ſelect.* ʒx.
agaric. trochiſc. ℥ij.
follic. ſenæ mundat. ℥iij.
turbith.
hermodact. aa ℥j.
aniſi
fænic.
cort. citr. aa ℥ß.
caryophyllor.
macis
cinnamomi aa ʒij.

Macerentur in ſ. q. & æquis partibus oxymellitis ſ. Vini Malvatici & aqu. meliſſ.
fumariæ
vaſe vitreo clauſo in B. M. moderatè calido per dies iiij.

Tandem aucto calore fiat levis ebullitio & expreſſio. Omnia denuò macerentur ad idemet. B. M. tepidum per biduum ad majorem coctionem & ſæcum depurationem: Huic depuratæ & clarificatæ materiæ adde ſyrup. de pomis redol. ſolutivi & ſyrupi de ſucco roſar. pallidar. ſacchari roſati & violati aa ℥iiij. ut fiat ſyrupus lentè omnia coagulando.

Omnibus morbis à materia tartarea, craſſa ac tenace, a plegmate, aduſta bile, aut melancholia dependentibus, in capite, thorace, ventriculo, hepate, liene, utero, ipſiſque articulis, mirum in modum confert.

SYRUPUS HELLEBORATUS major Quercetani.

℞. *Hellebor. nigr. præp.* ℥iß. *Syrup. helleb. ri major*
polypod. q.
ſem. carthami aa ℥ij.
viſci querni
corylor. aa ℥j.
turbith.

aſari

aſari
agarici aa ℥vj.
ſem. pæonii
aniſi
citri
cardbend.
acetoſ. aa ℥ß.
diptamni cretenſ.
flor. liliar.
calendul.
centaur. minor.
hyperic. aa p. ij.
flor. bugloſſ.
borrag.
nymphææ aa p. iß.

Macerentur in ſ. q oxymell. ſquill. & aquæ fumariæ, idque in vaſe vitreo clauſo, ad ignem B. M. per duos dies ad minimum, dein fortiter exprimantur & clarificentur. In lib. ij. hujus colaturæ macera deinceps, & digere ad eundemmet ignem Baln. per 4. dies

rad. helleb. nigr. ℥j.
folliculor. ſen. ℥iij.
macis
caryophillor.
cinnamomi aa ʒj.

Denuo fortiter exprimatur, aut per unum atque alterum diem in eodem B. M. quam optimè purificentur, ut artis eſt, ſemel aut bis in die fæces, quas in fundo ſubſidere percipies, rejiciendo, & quod purius eſt denuo purificando, idque reiterando, donec materia nullas fæces amplius deponat ad fundum vaſis. His peractis adde ſacch. violat. q. ſ. & coquantur in ſyrupum addendo ſub finem coctionis rhabarbari ſeorſim in ſucc. roſar. pallidar. macerati & expreſſi ℥iß. miſce. Fiat Syrupus mediocriter coctus. Doſis eſto à ℥ß ad ℥iß.

Per ſe exhibetur vel in aqu. lilior. convall. ſemper addendo potioni guttulas aliquot vitrioli ſpiritus.

Atque is unus eſt ſyruporum purgantium Quercetani antepilepticorum, cujus omnibus æquè, ſive ii ſint infantes, aut fæminæ, ſive juvenes aut ſenes, obæſi aut macri, ſive cujusvis temperamenti homines, tutus eſt uſus, eam doſin exhibendo, quæ pro cujusvis ægrotantis dolori aut robuſta natura ſatis eſſe poſſit. Idemmet auxilium apoplexiis, paralyſi & melancholiæ aliisque id genus morbis, validas etiam fixasque radices habentibus, valde conducens. *Pharmacop. reſtitut. Quercet. lib. 4. ſub titulo de ſyrupis.*

EX-

Extra-ctum Hel-lebori compoſ-itum.

EXTRACTUM
Hellebori nigri compoſitum.

℞. *Herb. & rad. hell. nigri veri & in vino rubro mundati* miiij.
Conquaſſentur & in vino rubro muſcatellino vaſe benè obdurato menſes duos in loco tepido macerentur. Poſt coquantur in aqua bulliente per 24. horas, ſuccus exprimatur, & filtretur. Deinde ℞. *radic. & herbar. hellebor. ejusdem manipul. unum,*
roſar. rubr. manip. iiij.
garyophyller. ʒvj.
Ponantur omnia una cum ſucco, ſuperius filtrato, in digeſtionem per aliquot dies: addendo vini ardentis octavam partem reſpectu vini præcedentis; Deinde fiat expreſſio, expreſſumque ad juſtam conſiſtentiam deſtilletur: cui adde ſalem ex cineribus reſiduis l. a. extractum,
extracti croci orient. ʒj.
ambr. griſea ʒß.
moſchi ℈ß.
aloës eſſent. ſ. Quercetanum præparat. ℥ß.
diagridii ritè præparati ʒiß,
ol. garyophyllor. ℈ß.
Miſce ſ. a.

Doſis pil. una majuſcula, magni pretii & æſtimii. Plerumque datur veſperi à cœna. *Tyroc. Chym. Beguin. lib. 2. cap. 9. ſub titulo de Extractis.*

VINUM HELLEBORATUM
Quercetani.

Vinum helleboratum Querc.

℞. *Rad. helleb. nigri rite præparat.* ℥iiß.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥iij.
fœniculi,
aniſi, aa ʒvj.
cortic. citri ℥ß.
Macerentur omnia in duabus vini menſuris, ſtent in digeſtione, & colentur absque expreſſione edulcoretur ſaccharo & cinamomo.

Excellens eſt in educendis in cerebro humoribus pituitoſis & melancholicis. Optimum igitur eſt ad maniam & melancholicos omnes affectus.

DE SAGAPENO,

De Sagapeno.

Huc quoq; pertinet Serapium ſeu Sagapenum, quod ſuccus eſt ex planta ejusdem nominis. Calidum eſt in tertio & ſiccum in ſecundo gradu, amarum tenuis ſubſtantiæ, quod lentos & craſſos hu-

humores purgat ex ventriculo, inteſtinis, cerebro, nervis, juncturis, thorace, inprimis verò ſerum, atque hinc hydropi, cephalalgiæ inveteratæ, ſpaſmo epilepſiæ, tremori artuum, aſthmati convenit: ventriculo autem & epati nocet, corrigitur tertia parte maſtichis, cinamomi, zingiberis, ſpicæ.

PILULÆ DE SAGAPENO.

Pilulæ de Sagapeno.

℞. *Sagapen. pellucid. optimè ſ. noſtr. deſcr. præp.* ℥j.
trochiſcor. alband. de agarico aa ℥j.
diagridii cum ol. aniſ. præparat. ʒiß.

Miſce optimè in mortario calido. Vid. *Greg. Horſt. obſervat. medicin. pag. 295.*

PILULÆ DE SAGAPENO Camilli.

Pilulæ de Sagapen. Camill.

℞. *Sagapeni præparati ad deſcriptionem Georgii Horſtii* ʒvj.
ammoniaci præp. ʒiij.
trochiſcor. alband. rectificati ad deſcriptionem ejusdem Autoris.
ſcammonii præpar. ʒß.
ſalis gemmæ ʒß.
eſſent. auri per triplic. infuſion. fact. ℈ß.

Cum Syrupo violar. fiat maſſa, & ex ea pilul. inſtar parviſſ. piſorum.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

Unica tantum pilula initio paroxyſmi exhibenda & continuando ad aliquot dies, ſed horum uſum præcedat debita humorum præparatio ſyrup. de fumar. & pomis.

Paulò ante vel poſt deglutionem (ergò cautè hic agendum & non niſi robuſtioribus hoc purgans dandum) debet cervix inungi, collum & tota ſpina dorſi linimento ex theriaca, aqua vitæ, ſalviæ, juniperi, & pauco oleo taurino, vel de ſpica.

Hoc multas quartanas ſuſtuli (dicit Autor) quorum effectus erat admirandus in curatione febrium quartanarum.

DE AMMONIACO.

De Ammoniaco.

Ammoniacum, Armoniacum, ferulæ ſuccus eſt, quam juxta Cyrenam Aphrica gignit: cujus fruticem cum radice Agaſillim vocant. Probatur benè coloratum, ligni & calculorum expers,

pers, thuris ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſincerum, nulla ſorde ſpurcatum, caſtoreum odore imitans, guſtu amarum. Gignitur in Aphrica juxta Ammonis oraculum, ſuccum ſtillante ferulacea arbore. Colligitur menſe Junio. Mollit, extrahit, calfacit: tubercula duritiasque diſcutit: potum ſalvum ſolvit, partus extrahit: lienem conſumit, drachmæ pondere hauſtum: articulorum coxendicumque doloribus liberat. Auxilio eſt anhelatoribus, orthopnoicis, comitialibus: item quibus humor in pectore coit, ſi cum melle delingatur, aut cum ptiſanæ ſucco ſorbeatur. Cruentam urinam pellit, albugines oculorum abſterget, genarum ſcabritiem abſumit: tritum cum aceto, & impoſitum jecinoris lienisque duritias ſedat. diſcutit tophos, qui in artubus concaluerunt, cum melle aut cum pice illitum. Laſſitudinis & coxendicum dolores eo perungi utile eſt, cum nitro & cyprino oleo vice acopi. *Dioſcorides.*

PILULÆ
de Ammoniaco.

Pilulæ de Ammoniaco.

℞. *Gummi Ammoniaci diſſol. in oxymell. ſquillit.* ʒiij.
extract. diacarthami ʒij.
extract. pill. cocb.
aurear. āā ʒj.
rhab. ℈ij.
zedoariæ ℈jß.
pulv. trochiſc. alband. ℈ijß.
ſalis ♀ri ad puritat. cryſtall. redact. ℈ij.
ſchænanti acutiſſ. ℈j.
ol. aniſ. gut. xiiij.
ſuccini xij.
è baccis lauri gut. vij.
è cinamomo gut. iij.

Cum extract. ſceletyrb. vel in defectu hujus angelicæ. Fiat ex qualibet ʒ pil. numero xix. involve *ſpec. diambr.*

De his pil. dantur manè quatuor horas ante prandium numero vij. vel xj. vel plures.

Poſſunt etiam dari dimidia hora ante cœnam, quæ ſit parca, vel circa introitum lecti. Eſt compoſitio cujusdam magni nominis Medici.

ALITER.

℞. *Gummi Ammoniaci gutt. in aceto ſquillit. diſſol. & iterum exſic.* ʒij.
extract. diacartham. ʒj.
pill. cocb.
aurear. āā ℈ij.

 rha-

rhabarb. ℥ß.
ellebor. nigri ℈j.
galang.
zedoar. aa ℈ß.
ſalis ♀*ri puriſſ.* ℥ß.
trochiſc. albard. pulv. ℈ij.
ſchœnanti acutiſſ. ℈ß.
ol. deſtill. rutæ
citri aa gut. vj.
cinamomi gut. iij.

Cum aqu. cochlear. f. pil. ex qualibet ℥j xix. S. Uſual Pillen.

DE LAPIDE ARMENIO.

De Lapide Armenio.

LApis Armenius, Italis Verdazuro quaſi viride cæruleum dicas: Arabibus Hager armini. Interrogati tamen Armeni, an apud eos naſceretur hic lapis, affirmare non potuerunt. Sed Turci & Perſæ Medici dixerunt, exigua quidem quantitate apud ſe vidiſſe, verum ignorare, num ex Armenia adferretur, nec ne: Ajunt multos inveniri in Ultabado urbe celebri regni Balaguate. Hic lapis tametſi ex Armenia non advehatur: multi tamen exiſtimant, eo qui ex Germania adfertur, uti nos poſſe, eo delecto, qui eſt levis, colore cæruleo, perquàm æqualis, & friabilis. Sed cùm nec ejus ſit magna copia, ejus loco lapidem Lazuli uſurpabimus.

Melancholiam purgat innoxiè & validè: ſed tamen vomitum excitat, cujus cauſa plerumque eſt pulvis admiſtus, ideò ſæpè aqua pura lavari debet. Pondus ejus eſt ſextula, hoc eſt, ſcrupuli quatuor, aut paulò plus minusve, pro ſumentis viribus. *Florentini, Dioſcorides, Cardanus, & Garcias ab Horto.*

Vid. *Antidot. Spec. Weckeri lib. 1. de lapidibus purgantibus.* Item *Inſtitut. medicin. D. S. lib. 5. part. 1. ſect. 1. cap. 11.*

PILULÆ
de Lapide Armenio
D. Meſues.

Pilulæ de Lapide Armenio.

℞. *Lapidis Armenii loti & præparati*
hieræ picræ aa ℥v.
epithymi
agarici
polypodii aa ℥viij.
ſcammoniæ præp. ℥iij.
garyophyll. ℥j.
ſalſis gemm. ℥jß.

Cum ſucco endiviæ conficiatur maſſa, melancholiam, & bilem uſtam multiplicem utramque clementer vacuant, ob id morbis inde natis confert, Vide *Cordum.*

DE

Digitized by Google

DE LAPIDE LAZULI.

Pilulæ de lapide lazuli.

Lapis Lazuli, quem Græci Cyaneum appellant. Lapis eſt cærulei coloris, qui in ærariis, argentariis, & aurariis venis reperitur. Optimus eſt qui in aurariis oritur, ſaturi coloris, maculas quaſdam aureas ſtellarum modo radiantes habens, qualis is eſſe ſolet, è quo fit color ille cæruleus. Ille lapis Lazuli eaſdem ferè vires habet, quas Armenus, verum debiliores. Utilis eſt ad omnes affectus melancholicos, quartanam, lienis vitia, apoplexiam item & morbum comitialem. De quo *Antonius Muſa Braſavol, in lib. de Medic. purgantibus.* Lapidem lazuli expertus ſum, ad drachmam nunquam exceſſi, & ſemper profuit, neque tamen tormina induxit, qualia putabam, antequam expertus eſſem inducere debere, neque ori ventriculi multum obeſſe, &c.

Corrigendus eſt medicamentis cordialibus, ut bugloſſo, oſſe de corde cervi, corticibus citri.

PILULÆ DE LAPIDE LAZULI SIVE CYANIO.

D. Meſues.

Pilulæ de lapide lazuli.

℞. *Lapidis lazuli abluti* ʒvj.
epithymi
polypodii aa ʒviij.
ſcam monie
bellebor. nigr.
ſalis Indi aut. gemm. aa ʒiiß.
agarici ʒviij.
caryophyllorum
aniſi aa ʒiij.
ſpec. hieræ ſ. Galen. ʒxv.
ſucci endivii q. ſ.

Fiat maſſa. Valent ad Affectus melancholicos ex bile uſta natos. *V. Cordum.*

DE FLORIBUS PERSICIS.

De floribus Perſicis.

Flores quoque Perſicorum ſicci & in juſculo cocti, vel M. j. eorum in vino per noctem maceratus aquam educunt. Sic & conſerva eorum & ſyrupus, quorum hic ad ʒij. illa ad ʒj. homini robuſto exhibetur.

SYRUPUS DE FLORIBUS PERSICIS.

Syrupus de floribus Perſicis

℞. *Flor. perſic. recent.* lib. iij.

Hh 3 In

Digitized by Google

In aquæ vel roris majalis calefacti libris ſeptem, & dimidia, per horas 8. ſepties aut novies macerantur, deinde hujus diluti libræ duæ, cum ſacchari ſesquilibra, aut duabus, ad ſyrupi ſpiſſitudinem incoquuntur. Hic ſyrupus acres tenuesque humores in bilioſis febribus, uti roſarum trium unciarum vel quatuor inſtar exhibitus educit.

DE ASARO.

Radix omnibus nota.

COAGULUM ASARI.

Coagulum Aſari. COagulum Aſari ex aſaro toto cum S.V. extrahitur tinctura, quæ cum ſale purificato ejusdem conjungitur, & factâ in M.B. lento △ digeſtione ſp. vini B. abſtrahitur ad conſiſtentiam vel coagulum. Clarius: Menſe Majo.

℞. *rad. aſar. q. ſ.* cum foliis, quæ in umbra diligenter ſiccentur & earum pars quarta conquaſſetur, poſtea & ipſi in phiola affundatur ſp. vini rectificatus, ut 4. dig. emineat: Phiola optimè obtuſa in loco calido ponatur, ut ſpiritus vini colore è viridi flavo tinguatur. Spiritus tinctus decantatur à fæcibus & in vaſe clauſo ſervatur. Ex partibus reſiduis tribus in cinerem combuſtis aqua calida ⊖ extrahe, hic ſiccatus in Crucibilo ad △ patentem funditur. Remotus fluens ab △, ſolvitur in aqu. calida & digeritur, iterumque exſiccatur. Huic ſali tinctura ſuprà (pag. præced.) parata, prius per chartam bibulam filtrata, ſuperfunditur, & in cucurbita ſp. vini △ lento abſtrahitur ad conſiſtentiam mellis. Hujus ℈j. ad ℈ij vel ʒj. in ptiſanæ juſculo exhibetur, hydromel) hydroleo, in morbis, ubi vomitivis opus eſt.

Alii tantum folia Aſari non iiij. in vino per horas 6. aut 8. macerant, vinumque leniter expreſſis foliis exhibent ſine moleſtia vomunt.

DE GUMMI GUTTÆ.

De gummi guttæ. PErtinet & huc Gummi illud Gotte, ſive Guttæ, aut Chittagemu, Gummi de Goa, ſeu Guttajemu ſeu Chattejemu, falſo à qui-

Digitized by Google

à quibusdam Gutta de Peru, appellatum quia non ex Peru afferatur, ſed Simarum regione. Gummi quidem vocatur, ſed minus propriè, cum potius ſuccus concretus & inſpiſſatus ſit plantæ cujusdam peregrinæ. Nonnulli putant eſſe ſuccum, cujus mentionem fecit *Carolus Cluſius, lib. 4. exoticor. c. 8. num.* XI. Alii arbitrantur eſſe ſuccum è floribus Ricini Indici expreſſum atque exiccatum cujus aliàs etiam in hydropicorum aquis educendis inſignis uſus eſt.

Educit autem egregiè aquas hydropicorum. Vomitum tamen quandoque etiam movet, verum non ſemper, præcipuè ſi macis vel ejus oleum, vel ſpec. aromat. raſat. aliquid addatur, aut ſi in marmore cum ſpiritu ſalis vel vitrioli teratur & præparetur. Doſis eſt à gr. v. ad gr. xij.

Exhibetur verò variis modis, vel cum ſyrupo cinamomi ℥ij. ad ℥iij. vel cum conſerv. roſar. viol. tunicis ʒß. addita gutta j. olei cinamom. vel cum cremore ♀ ſcrup. j. in juſculo carnis, vel cum ſpec. diambr. aut aromat. roſat. gr. iiij. cum ſyrupo cinamomi in pillulas formatum. *Vid. lib. 3. Medic. Pract. D. Senner. part. 6. ſect. 2. cap. 3. de Hydrope Aſcite.*

DE GUMMI GUTTE ROSATO

De gummi gutte roſato.

℞. Gummi de peru optimè pulveriſat. ℥j. aqu. cichorei ℥ß. Spiritus vitrioli rectificat. ʒj. Hæc benè commixta tabulæ vitreæ ſuperilline, loco calido (non nimium tamen, alias nigreſcit) evaporare ſine, donec materia terreum colorem induat. Hanc poſtea pulveriſa, & adde

pulv. roſar. rubr ʒj.
ſantali ʒij.

Spir. vini q. ſ. affunde per horas 24. circula, deinde quando refrixit, per chartam filtra & paulatim, usque dum ſiccetur, evaporare ſine. Et ſic habes extractum rubicundum validæ & præſtantisſimæ efficaciæ, ipſo etiam adſpectu pulchrum & amabile.

VIRES, USUS, DOSIS.

A ſeroſis humiditatibus totum corpus humanum ſine omni periculo & difficultate purgat. Inde ingenti cum fructu datur in Cachexia, Hydrope, Arthritide, Poda-

Podagrâ, &c. Uti etiam in ſcorbuto, & morbo virgineo inſtar ſingularis experimenti uſurpatur.

℞. *Gummi Guttæ ſubtiliter pulveriſat.* gr. viij.
Gillæ Theophraſti gr. ij.
vitrioli ♂tis gr. iij.

Miſce pro pulvere. S. Brech-pulver.

ALITER.

D. Roſenbergii.

℞. *Gummi gut. laxativ. ſ. ipſius Autoris deſcriptionem correcti* gr. viij.
cremor. vel
♀ri ⊕lati ℈ß.
ol. cinnamomi
citri aa gut.

Miſce. Fiat pulvis exhibendus cum juſculo, cui poteſt addi parum ſyrup. acetoſ. citri ad guſtum amabilem. In forma pilulari ſic à *D. Hechſtetero præſcribitur in Hydrope.*

℞. *Extract. cucum. agreſt.* gr. viij.
gummi gut. laxativi correcti gr. vij.

Cum ſyrup. de cinamomo fiant pilulæ q. ſ.

in forma potiunculæ.

Quidam in tertiana ita cum commodo præſcribunt, præmiſſis tamen lege methodi univerſalibus.

℞. *Gummi laxat.* gr. vij.
ſyrup. roſat. ſolut. ℥ß.
de ſucco citri ʒvj.
aquæ cinnamomi ʒij.
Magiſter perl. gr. v.
ol. cinnamomi gut. ij.

In forma Infuſi in Hydrope.

℞. *Aquæ betulæ* ℥iij.
ſpir. vitriol. gut. iij.

Infunde per noctem rhabarb. ol. ʒj. Colatura leviter facta manè diſſolve in ea
gummi guttæ laxat. correct. gr. vj.
ſyrup. d. cinamomi ℥ß.

M. F. hauſtus. Poteſt etiam ex ſententia *D. D. Henrici Julii Bokelii* ita fieri infuſio.

℞. *Magiſt. ♀ri ⊕lati* ℈ß.
gum. gut. laxativ. gr. vij.

Infunde per noctem in aqu. cinamomi ad ℥j.

Colatura manè diſſolvatur.
ol. caryophyll.
cinamomi aa gut. j.
diagridii prep. gr. iij.

Miſce. Fiat hauſtus. *V. Gregor. Horſt. in Epiſtola medicinalibus ſect. 9. pag. 295. 436.*

Plura

Digitized by Google

Plura qui ſcire cupit de gummi guttæ legat Autores citatos locis allegatis: Item *Dom. D. I. P. Lotichii* Mœno-Francofurtenſis diſcurſum de gummi (ut vocant) gutta laxativo Iatrico per totum. Item *D. D. Johannis Carolini* Roſenbergii Argentoratenſis Roſam. Nobilem Iatricam, *animadverſioſione 15. pag. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.*

Sic ego præſcribere ſoleo.

℞. *Gummi gutt. correct. ad noſtram mentem* gr. vij.
diagridii gr. iij.
cryſtall. ♀*ri* ℈ß.
ol. aniſi
citri
cinamomi aa gut. j.
M. Fiat pulvis.

Cautè hîc agendum, purgans enim eſt medicamentum pro robuſtioribus.

DE RADICE GIALAPÆ.

De radice gialapa. *Gialapia,* *Mechaacanna nigra.* Radix Gialapæ meritò huc quoq; refertur, quod in hydropis eſt efficaciſſima radix Gialapa vel Gelapium à quibusdam dicta, quæ pro Mechaacanna nigra habetur, & extra nigricat, intus ruffeſcit, guſtu non eſt injucunda, fortius tamen & potentius, quam alba, ſeroſos humores purgat.

Doſis à ℈j. ad ʒß.

PULVIS LAXATIVUS
noſter de Chalapia.

Pulvis de galapia. ℞. *Radic. galap.* ʒvj.
fol. ſenæ f. ſ. ℥j.
♀*ri* ⊕*lati* ʒß.
ſem. aniſi ʒij.
macis ℈j.
garyophyll.
zingib. aa gr. xv.
ol. citri
aniſi aa gut. ij.
Miſce. Fiat pulvis pro officina.

Doſis à ℈j. ad ʒß. vel ℈ij.

PULVIS LAXATIVUS
Chelapæ ſeu Antiſcorbuticus *D. D. Victorini* olim Phyſici Brunſvicenſis.

Pulvis alius. ℞. *Pulv. galap.* ʒv.
rhabarb. ʒij.
cremor. ♀*ri* ʒvj.
fol. ſen. el. ℥iß.
cinamomi acerrimi ʒiij.
ſem. fænic.
aniſi
naſturtii aa ʒß.

Digitized by Google

zingib.
galangæ aa ℈ij.
garyophyllor. ℈j.
diagridii ʒj.
ol. arant.
aniſi aa gut. iij.
M. Fiat pulvis.
Doſis à ʒß. ad ʒj.

℞. *Radic. galap.* ʒiß.
extract. diagrid. ʒß.
magiſterium perl.
corallor. aa gr. xxv.
ol. aniſi
fænic.
garyophyll. aa gut. iij.
Miſce. F. pulvis.

VEL.

℞. *Pulv. rad. galap.*
♀*ri* ⊕*lati* ʒß.
gummi de Peru gr. xxv.
magiſter. perlar. ℈j.
ſpec. diamargar. frig. ℈ß.
Miſce. Fiat pulvis.

DE MAGISTERIO rad. Galapiæ.

De Magiſterio Galapiæ.

℞. *Radic. galap. q. ſ.* ſuperfunde Sp. V. ad æqual. proportionem, fiat Extractum. Quod præcipitetur aqu. vel S. roſar. Sic

℞. *Magiſterii vel extracti hujus* gr. x.
cremor. ♀*ri* ℈j.
margar. præp. gr. iiij.
F. pulvis pro doſi.

VEL.

℞. *Magiſterii galapiæ* ℈ß.
diagridii gr. iiij.
cryſtall. ♀*ri* ℈j.
ol. fænic.
aniſi aa gut. j.
F. pulvis.

VEL.

℞. *Magiſterii galap.* xxvj.
conſerv. roſar. cum ſpirit. Vitriol. ʒß.
ſpirit. roſar. ℈ß.
magiſter. perl.
corall. aa gr. ij.
Fiat mixtura pro duab. doſibus.

DE SOLDANELLA.

De Soldanella.

Braſſica marina, Soldanella vocata robuſtioribus paulò exhiberi poteſt, quam aquam ducere ſalubriter *Fernelius*, citra mole-

moleſtiam purgare, & præterea epar roborare *Paſchalius*, aquam ducere copioſè & facilè *Maſſarias* ſcribunt. Verum adeò ventri adverſum eſſe medicamentum tradit *Mercatus*, ut minus damnum ipſi videatur, carere iſto præſidio, qua frui ejus malefico effectu; cum & ventrem ſubvertat, & dyſenteriam nonnunquam excitet. Si tamen alia admiſceantur, quæ viſcera roborant, ſine inſigni violentia aquas educit. Cujus ſuccus datur à drachm. j. ad drachm. iß. in decocto ad unc. iß.

Quia verò, ut dictum ventriculo noxia eſt, addenda neceſſariò corrigentia; ſemina odorata, aniſi, fæniculi, ſpica, ſpec. aromat. roſati, & ſimilia, ut;

℞. *Soldanellæ. unc.* ß.
ſemen. aniſi drach. ß.
ſpicæ ſcrup. ß.
Coquantur colaturæ
℞. *Unc.* v.
dulcoretur ſaccharo.

V E L S I C.

℞. *Soldanellæ* gr. xv. vel ad ſummum ℈j.
hermodact. ℈ß.
turpeti
diagridii aa gr. jv.
ol. citri
fænic. aa gut. ij.
Miſceantur pro pulvere.

A L I T E R.

℞. *Soldanell.* gr. x.
rad. mechoacan.
aſari
eſul. prepar. aa gr. v.
ſpec. diacanth. gr. ij.
diagridii
facul. bryon.
ireos
croci ♂tis
cinamomi
macis aa gr. iij.
trochiſc. d. eupatorio ʒß.
ol. aniſi
cinamomi aa gut. ij.
Miſce pro duabus doſibus.

V E L.

℞. *Extract. ſoldanell.*
colocynth. aa ℈ß.
rhabarb. ℈j.
margarit. prep. gr. iiij.
ol. arant.
carui aa gut. ij.
Cum aqu. abſinthii fiant. pil. pro duabus doſibus.

ELECTUARIUM
de Soldanellâ.

Digitized by Google

Electuarium de Soldanella.

℞. *Soldanellæ* ℥iiij.
ſucc. ireos noſtr. ℥xij.
galangæ,
zedoariæ aa ℥j.
garyophyll.
nuc. moſchat. aa ℥ß.
mellis q. ſ.
Fiat Electuarium.

ELECTUARIUM
de Soldanella
D. Navii.

℞. *cinamomi elect.*
ſem. aniſi
fænic.
ſchœnant.
Coque in aqua agrimoniæ & cuſcutæ ℥iij. vel aqu. & vini part. æqual. in vaſe duplici clauſo.
Colaturæ adde
ſacch. canar. ℥iiij.
pulv. ſoldanellæ recentis ſubtiliter triti, & cribrati ℥ß.
Fiat Electuarium.

Doſis à ʒij. ad ℥ß.

Vid. *medicin pract. D. Sennerti lib. 3. part. 6. ſect. 2. capit. 3. Et ipſius inſtitut. medicin. lib. 5. part. 1. ſect. 1. capit. 12.*

Nodulus pro vino è Soldanella *D. M. Sebaſtiani Starcken.*

℞. *Soldanellæ*
herb. abſinth. pont.
borrag.
cuſcutæ aa mß.
radic. petroſel.
fænic.
apii aa ʒiij.
polypod.
glyzyrrh. aa ℥ß.
fol. ſen. ſ. ſ. ℥j.
cinamomi
galangæ
cortic. citri aa ʒj.
cremor. ♀*ri* ʒiß.
F. ex inciſis & contuſis Nodulus pro vino.

DE SUCCO IRIDIS noſtratis.

De ſucco Iridis noſtrat.

INter hydragoga & hîc Succus Iridis pertinet, qui potenter & copioſè humores ſeroſos evacuat. Datur ſuccus è radice recens expreſſus ad ʒij. vel ℥ijß. *ut Inſtitut. lib. 5. part. 3. ſect. 1. capit. 5. Sennertus* ſcribit, cum mannæ melle, decocto paſſularum & aliis nucilaginoſis, ut & tragacantha.

Nam per ſe nimis acris eſt, & fauces urit ac vellicat. *Eraſtus* quoque

quoque cum vitello ovi exhibet, & aperto ovo in parte acutiore albumen evacat, repletque locum ſucco iridis, & cum vitello ovi miſcet ac calefactum exhibet.

Scribit idem *Eraſtus*, ſe curaſſe aliquando pauperem cum incredibili ventris, pudendorum & pedum tumore, alterna ſucci iridis & abſinthii exhibitione, pedum ſcarificatione, & ſudorem provocantibus balneis, præter ſuam & aliorum expectationem.

Paratur etiam ex radice conſerva efficaciſſima, cum ſ. q. mellis. Utilis eſt & aqua è floribus purpureis iridis data pondere ℥vj. vel ʒj. cum ſpec. diatrion. ſantal. ſcup. j. cinamom. g. vij. ut & fecula radicis iridis.

Vinum purgans è ſucco.

PLATERUS VINUM tale ex radic. Ireos pro Hydropicis habet.

℞. *Radic. Ireor.* ℥iß.
cort. & radic.
ſambuci & ebuli aa ℥j.
abſinthii ſicci ʒij.
fol. ſen. elect. elect. ℥j.
ſem. carui ʒj.

Vini Menſuram, j. Coque lento igne in vaſe duplici. Bibat æger quotidiè hauſtum.

Nota.

Gravidis hæc radix vel ſuccus ejus non tutus, quia menſes movet.

℞. *Succi ireos* ʒvj.
aqu. caſei ℥iiß.
mellis crudi ℥iß.

Fiat horum ebullitio levis, colaturæ adde
ſpica Indica
cinamomi aa ℈j.
diagridii gr. iiij.

Novi multos hoc ſolutivo ſumpto, inquit *Foreſtus*, & ſubinde exhibito, multum aquæ per intervalla, excreviſſe, poſtea ab hydrope ſanatos fuiſſe.

ALITER.

℞. *Suc. Ireos noſtr.* ℥ß.
plus minusvè
mellis roſat. colat. ℥j.
paſſular. minor. ʒvj.
ſpica Ind. ℈ß.
diagridii gr. iij.
aqua caſei ℥iiij.

coque, atque adde colaturæ ſpec. diarch. abb.
trochiſc. de eupator. aa ʒß.

Miſce.

Digitized by Google

DE MEZEREO.

De mezereo.

MEzereum, cujus vis ignea, acerrima, exulcerans, mordens, principiumque partium vires exolvens, validiſſimè bilem, biloſosque humores, & ſeroſitates purgat: ergo non pro debilioribus, ſed pro robuſtiſſimis eſt medicamentum, eoque cum ipſo caute agendum.

Corrigitur aceto, ſucco mali citri, punici aut cydonii, portulacæ aut muſcilagine *ſem. Pſillii.* Ejus doſis eſt.

℞. *Fol. mezer. præpar.* ʒj.
vel ad ſummum ʒiß.
ſoldanell. ʒß.
fol. ſen. Alex. ℥ß.
rad. Ireos part. contuſ. ʒiiß.
aniſi ʒj.

Infunde per noctem in ℥ix. ſeri lactis, fact. forti expreſſione manè accipe ℥vj.
mellis roſat.
ſyrup. de eupator. aa ℥j.

Miſce pro duabus doſibus. Foreſtus in obſervationibus ſuis medicinalibus, ubi agit de Hydrope.

PILULÆ DE MEZEREO.

Pilulæ de mezereo.

℞. *Folior. Mezerei præpar.* ʒv.
myrobalan. citrin. ʒiiij.
chebulor. ʒiij.

Confice cum therebinthina vel Tamarindis maſſa pro uſu.

NOTA.

Mezerei folia macerata aceto, vel cydonii ſucco datur forma pulveris (ſed tamen cum cautione) à gr. v. ad x. cum maſtiche, & ſpica Indica. In infuſione à ʒß. ad ʒj. Coqu. à ℈j. ad ℈ij. in jure pingui: addito ſaccharo & cinnamomo. *Lege lib. 3. Medi. in pract. D. Sennert. part. 6. ſect. 2. cap. 3.*

PRÆPARATIO mezerei.

Præparatio mezerei.

℞. *Cortic. & foli. mezerei*
Infundantur in aceti part. iij. & part. ij. vini cydonior,
ſucci berber. ℥j.
macis
galangæ aa ʒiij.

Stent ſimul per noctem & diem poſtea extrahantur & laventur cum aqu. fontis & ex vino ſ. a.

DE BRYONIA.

De Bryonia.

BRyonia radix ſatis nota, ſequenti modo illa in medicinam venit. Vires ejus ſunt feroſos humores purgare, & affectus matri-

matricis curare. Corrigitur ol. ſabin. Arthemiſ. tanaceti.

SYRUPUS EX BRYONIÆ radicis ſucco.

Syrupus Bryoniæ. ℞. *Radic. ſucc. bryon. mellis Hiſpanici* vino generoſo deſpum. aa partes æquales.

Coquantur leniter in vaſe terreo, vel vitreato, donec fluxilis Syrupi conſiſtentiam acquirat, convenienter deſpumando.

Exprimatur autem ſuccus menſe Maji, cœli conſtitutione ſicca.

SYRUPUS DE BRYONIA compoſitus.

Alius. ℞. *Radic. galap.* ℥v.
aqu. decoct. origani, hyſſopi, libiſtici, ſeſeleos
cardamom.
ſtæchados aa ℥j.
ſapa uvarum paſſarum aa lib. ß.
mellis lib. 2.

Syrupus de bryonia compoſitus. Sicque fiat

EXTRACTUM DE BRYONIA compoſitum.

Extractum de Bryonia compoſitum. ℞. *Radic. bryon.* ℥v.
pæon.
cichor. aa ℥vj.
ſcillæ præp. ℥iiß.
herb. ſabin.
ſalv.
meliſſ.
flor. borrag. aa mß.
ſem. erucæ
paſtinac. ſylv.
bacc. laur. aa ℥iß.
juniper. ℥j.
myrrhæ ℈iiij.
nuc. moſchat. ℥j.
ligni aloes ℈ij.

Incidantur & contundantur ſ. a. & cum S. V. extract. fiat ad juſtam ſpiſſitudinem, adde
eſſent. aloes fact. per aqu. endiviæ ℥j.
♀*ri albi vitrioli* gr. xviij.
extract. matricar. ℈ß.
arthemiſ. gr. vij.
ol. ſabin.
matricar. aa gut. iiij.
elixir. propriet. gut. vij.

Fiat maſſa. Doſis à ℈j. ad ʒß.

ELECTUARIUM DIABRYONIAS.

℞. *Rad. bryon. purgat & exiccat.* lib. ß.
ſapæ, ſive mellis paſſular. lib. iiij.
ſcyll. aſſat. pinear. aa ℥iß.
nuc. moſch. cardam.
macis, zingib. aa ℥ij.

caryo-

caryophill. piper long.
ſtœchados aa ℥iß.
ſeſeleos,
ſalis gemmæ
galliæ aa ʒj.
agarici. ʒiij.

Datur poſt tres menſes à ʒij ad ʒiij. Cerebrum & nervos purgat, ob id Epilepſiæ Paralyſi, vertigini, & aliis cerebri & nervorum frigidis affectibus medetur.

Vinum purgans de Bryonia.

VINUM MEDICATUM ex bryonia in affectu uterino & obſtructionibus rerum & uteri.

℞. *Radix bryoniæ* ℥v.
aſparag.
petroſel.
fænic.
gram. aa ℈iiij,
herb. ſalv.
meliſſ. aa ʒj.
cort. citri ſicc.
arant. aa ʒiß.
cinamomi elect. ʒj.
macis
nuc. moſch. aa ʒß.
ſem. fænic. ʒj.
fol. ſen. ℥j.
agarici ʒiß.
mechaacan. ℥ß.

Incidantur & contundantur pro vino medicato.

FÆCULÆ BRYONIÆ ita præparantur.

Fæcula Bryoniæ

Ex radicibus bryoniæ ſuccus exprimitur, qui in loco frigido farinaceum ſedimentum deponit, aquâ turbidâ albicante inſtar ſeri lactis, innatante. Quâ effuſâ ſedimentum illud in plura vaſcula dividitur, & in umbrâ ſiccatur, donec ferè amyli formam acquirat, appellaturque Fæcula.

VIRES ET USUS.

Hæc ad uterinos Affectus valdè commendatur gr. x. vel xij. pondere cum pauxillo caſtorei exhibita.

DE ESULA MINORI.

De Eſula minori.

HÆc radix non niſi correcta & præparata in uſum medicum venit, cujus præparationem alii aliter præparant: Nos ſequentem obſervare ſolemus modum.

℞. *Cortic. eſulæ mund.* infundantur in aceto per diem ac noctem, poſt lavetur aqua & exſiccetur: hujus ℞. ℥iiij.
macis
galangæ
ſpodii aa ʒij.

tinga-

tragacanth.
bdellii, aa ʒiij,

Miſce fiat pulvis extractum eſulæ à Rulando toties laudatum ita paratur. R. Eſulæ minor. præq. v. coquatur leniter, & ſemper deſpumetur, donec ſpuma amplius non appareat. Aquam per inclinationem ſepara, aliamque affunde, & iterum, ut prius coque. Aqua collecta ad ignem exhalet ad ſpiſſitudinem mellis.

Poſtea affect. affunde ſpiritum vini ad digiti eminentiam in vaſe clauſo loco calido aliquandiu aſſervatur. Tandem Spiritu vini abſtracto, relinquitur extractum, qui à ℈j. ad ʒß. exhibetur. *Vid. Inſtit. medic. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 9. Exegeſin Chymiatr. D. Andr. Denzulii ſect. 3. ſub titulo de Extractis: Item notas ad Croll. Hartmanni pag. 131*

JULAPIUM ROSATUM de Eſula.

Julapium de Eſula.

℞ *Cortic. rad. eſul. præp.*
mechoacan.
turbith. elect. aa ℥ß.
ſcammonii ʒj.

F. cum S. V. ſ. a. Extractum.

Deinde cum ſaccharo albo in aqu. roſar. aliquoties decoct. lib. j. Fiat julapium. Poſſunt & aliquot guttæ olei cinamomi & citri addi.

PILULÆ DE ESULA
D. Georgii Leuſchneri.

Pilulæ de Eſula.

℞. *Trochiſc. de eſula* ʒß.
aloes ʒvj.
maſtichis ʒiß.

Pulveriſata miſceantur melle roſaceo, additis ol. deſtillat. caryophyll. gut. vj. Fiat maſſa.

TROCHISCI AUTEM de Eſula ſic præparantur.

Trochiſci de Eſula.

℞. *Radic. eſulæ minoris recent.* q. ſ. purgentur à ſordibus & fibris diligenter & abluantur, aqua ſimpl. poſtea macerentur in lacte caprino per 14. horas in loco calido.

Lacte remoto affundatur acetum acerrimum, in quo per noctem ſem. aniſi craſſè contuſum maceratum eſt.

Stent ita infuſa per biduum. Tandem aceto effuſo exſiccentur & ſubtiliſſimè pulveriſentur. Pulvis incorporetur cum vino & pauxillo tragacanthi, è quo cum guttis aliquot olei aniſi formentur ſ. a. Trochiſci. *Vid. lib. 5. M. Pract. D. Sennerti par. 6. ſect. 2. cap. 3.*

PILULÆ ALIÆ
de Eſula ejuſdem Autoris.

Pilula de Eſula.

℞. *Eſulæ præparat.* ℥ß.
aloes opt ℥j.
maſtichis
cinamomi aa ʒj.
ol. citri
aniſi
fenic. aa gut. iiij.

Fiant pil. cum aqu menthæ q. ſ.

Doſis. Doſis robuſtis ʒß. vel ℈ij. delicatioribus ℈j. vel ʒß. ἄνω καὶ κάτω purgant leniter tamen & ſine moleſtia hydropicas aquas. In aſthmate quoque conferunt.

NOTA.

Nota. Etiamſi multæ Eſularum ſpecies: attamen hic nullas alias putamus, quàm Eſulam minorem in officinis uſitatam.

SPECIES DIAESULÆ
Hadriani à Mynſicht.

Species Diaeſulæ.

℞. *Radic. Eſulæ minor. præparat.* ʒxj.
zingib.
cinamomi
ireos flor. aa ℈ij.
ſalis ⊕*li albi*
bellebor. præparat. aa ʒiij.
ſantali rubr.
ſucci liquiriz aa ʒj.
ol. ſtillat. caryophyl.
nuc. moſch.
maſtichis aa ℈ß.
magiſter. perlar.
corall. aa ℈j.
rot. diarh. Abbat. ℥iß.

Miſce & fiat omnium pulvis.

VIRES USUS, DOSIS.

Valet in omnibus febribus quotidianis, tertianis ardentibus, omnisque generis infirmitatibus ventriculi, defluxionibus ſalſis lumbricis, doloribus dorſi, ſynovia, peſte, morbis epidemiis, venenorum hauſtorum ſymptomatibus; per alvum enim & ſuperiora noxia quæque, ſine moleſtia expurgant. Vide *D. Hadriani à Mynſicht. Theſaurum Medico-Chymicum pag. 51.* *Vires, uſus.*

DE CREMORE SEU
Cryſtallis ♀ri.

De cryſtallis ♀ri. HIc coronidis quaſi loco prioribus annectemus cremorem & cryſtallos ♀ri, de quibus ſupra diximus, ſed ita tamen, ut tantum ipſorum compoſita enumeremus.

SPE-

Species diatartari.

SPECIES DIATARTARI.

℞. *Cryſtallorum* ♀*ri* ℥ß.

radic. mechoacanna albiſſim. & aqu. cinamomi aſperſ. ʒiijß.

ſpec. diaturbith. cum rhabarb. ℥ß.

zingib. ℈ß.

Uſus harum ſpecierum frequens eſt in omni arthritide.

PULVIS NOSTER USUALIS è crem. Tart. & ♀ro Vitriolato.

℞. *Cremor.* ♀*ri* ℥j.

♀*ri* ⊕*lati* ℥ß.

rad. turpet.

hermodact. aa ʒij.

agarici troch.

rhabarb. aa ʒiß.

diagridii ʒiß.

Fiat pulvis, cui admiſc.

ſpec. diamarg. frig. ℈ij.

aromat. roſat.

diarh. abbat. aa ʒß.

ol. aniſi, fœniculi, citri, cinamomi aa gut. iiij.

Sacch. q. ſ. pro ſapore amabili.

PILULÆ TARTAR: *Quercetani.*

℞. *Cryſtall. vel cremor.* ♀*ri.* ℥iij.

polypodii querci. ℥ij.

paſſul. Corinthiacarum ℥jß.

myrobalanorum omnium ana ℥ß.

florum buglоſſæ

borraginis

nymphea ana p. j.

Coquantur in ſuff. quantitate aquarum fumariæ & ſcolopendriæ ad medietatis conſumptionem. De hoc decocto acidulo & guſtui grato, optimè depurato & clarificato, cape ℔ij. ſucci optimè depurati pomorum redolentium, ℔j: in quibus adde

Foliculorum ſenæ mundatorum ℥iij.

turbith

rad. hellebori nigri veri ana ℥. jß.

myrrhæ electæ ℥j.

macis

caryophyllorum

cinamomi

epithymi. aa ℥ß.

Macerentur ac digerantur ad ignem Bal. Mar. per quadriduum, idque in vaſe vitreo optimè clauſo: dein dum materia adhuc fervet, fiat expreſſio, vel per ſetaceum trajectio, cui adde aloës, ut ſupra præparatæ ℥iiij. omnia ſufficienter coagulentur ad ignem lentum: addendo ſub finem, dum ferè refrigerata erit materia,

Spec. diarrhod. abb.
lenificationis Gal.
trochiſc. dial[illegible] ana ʒj.
ſalis abſinthii &
fraxini ana ʒij.
eſſentiæ croci ℈ij.
olei aniſi aliquot guttulas.

Reducantur in bonam pilularum conſiſtentiam.

Doſis harum pilularum eſt quoque ℈j. vel ℈jß. ad ſummum. Admiranda illarum virtus nunquam ſatis laudari poteſt, purgant utramque bilem, omnes humores craſſos, tartareos, ſalſos & mucilaginoſos radicitus eliciunt, vel è partibus etiam profundiſſimis: ſuccurrunt diverſis maniacis & melancholicis affectibus, febribus quartanis: opitulantur & conducunt adverſus pſoram, cancrum, lepram, & luem veneream, eò quòd purificent totam maſſam ſanguinis, è variis corruptionibus diverſorum affectuum effectricibus cauſis. Idcirco & ſani iisdem ſingulis menſibus ſemel purgentur ad multorum morborum præcautionem. Sumi poſſunt manè vel veſperi poſt cœnam parciorem & ante ſomnum: & mirum in modum evacuari animadvertes fæces atras, vel humore atrabilarium, qui omnium totius corporis contumaciſſimus, ager [illegible] citur aut ſubigitur. Iisdem pilulis interdum adjiciantur eſſentiæ aloës ſcammonii, eſſentiæ rhabarbari ana ʒiß. eſſentiæ ſennæ ʒj. & eſſentiæ trochiſcorum alhandal ʒß. vel amplius. His eſſentiis, vel ſeorſim, vel omnibus ſimul præparatis, pilularum harum vim purgatoriam longe efficaciorem reddo, quas tum appello polychreſtas, à ſumma illarum utilitate in curandis pluribus affectibus, & à ſingulari earundem proprietate, qua omnes humores ſimul educunt.

Ex his prædictis particularibus & ſimplicibus medicamentis concinnunt Medici Dogmatici ſua compoſita purgantia nimirum triplicium ſortium, ut Cholagogorum, Phlegmagogorum & Melanagogorum ad ſequentium Exemplorum formam ac normam.

EXTRACTUM Cholagogum.

℞. *Rhabarb. elect.* ʒij. *Extractum cholagogum.*
diagridii ʒiij.
pulv. colocynth. ʒiij.
aloes ſuccotr. ℥j.

Bete

ſpec. diarrh. d. Abb.
diatrion ſantal.
ſantali citrini aa ʒj.
ſpicæ Indicæ ℈ jß.
croci integri ℈ß.
Fiat. l. a Extractum.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus. Hoc Extractum Cholagogum clemens eſt ſolutivum, & omni ætati utile: Febribus & affectibus biliofis aptum: Arthritidi calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero ad aliis ſeroſis calidis & bilioſis affectibus ſalubre.

DOSIS.

Doſis. Datur à ℈j ad ʒß. in forma pilulari.

EXTRACTUM PHLEGMAGOGUM.

Extractum phlegmagogum. ℞. *Agarici troc his.* ij.
radic. turpet.
hermodact.
fol. ſen. ſ. ſ.
medull. ſem. carthami enucleati aa ℥jß.
radi . . ſulæ præparat. ʒjß.
trochiſcor. albandal.
ſpec. aromat. roſat.
diambræ
diam. d. aa ʒj.
macis, cinamomi aa ʒjß.
Fiat l. a. Extractum.

VIRES ET USUS.

Morbis omnibus pituitoſis, & ex cauſis frigidis ortis, mirificè confert, morbo præſertim articulari, humores enim pituitoſos & ſeroſos in articulis decumbentes mirum in modum educit. *Vires & Uſus.*

DOSIS.

A ℈j. ad ʒjß. *Doſis.*

EXTRACTUM MENALAGOGUM.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥j. *Extractum menalagogum.*
cortic. radic.
helleb. nigr. prap. ʒß.
turpeti
myrobalan. omnium aa ʒijß.
diagridii
trochiſc. albandal. aa ʒß.
flor. cord. aa p. j.
ſpec. diamarg. frigid. ʒjß.
Fiat Extractum cum S. V. ut artis eſt.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus. Purgat humorem melancholicum, hinc ſanguinem defecans eſt, & ſeroſa excrementa evacuans, omnibus cutis & cuticulæ vitiis, qualia ſunt pſora, id eſt, ſcabies, morphea, cancer, elephan-

tia, impetigo; item melancholiæ, vertigini, & oblivioni confert.

PULVIS CHOLAGOGUS.

Pulvis cholagogus.

Pro tribus prioribus iſtis extractis poſſunt in iisdem affectibus ſequentes pulveres præparari, & primo de pulvere cholagogo.

℞. *Rhabar.* ℥ij.
diagridii ʒiiß.
ſpec. diatr. ſant.
diarrh. Abb.
ſpica Indica aa ʒß.
maſtichis
cinamomi aa ℈j.
croci gr. xij.

Fiat pulvis, cui inſpergatur aliquid *de oleis aniſi*
citri
fœniculi
cinamomi.

Sacch. albi ad pondus omnium.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

Pulvis hic clementer purgat, febribus & bilioſis affectibus aptum; roburque addit lienoſis & jecineroſis.

DOSIS.

Doſis.

Datur à ʒß ad ʒj.

PULVIS CHOLAGOGUS Quercetani.

Pulvis cholagogus.

℞. *Rhabarb. elect.* ℥iij.
flor. violar. ʒij.
roſar. pallidar.
hyperici aa ʒß.
ſpec. diatrion. ſantal.
maſtichis,
cinamomi aa ℈j.
ſcammonii præpar. ℈ij.
ſacch. violat. ʒß.

Miſce. fiat pulvis.

DOSIS.

Doſis à ʒß. ad ʒj. Sumatur ex juſculo.

PULVIS PHLEGMAGOGUS.

Pulvis phlegmagogus.

Pro Extracto Phlegmagogo poteſt in gratiam eorum, qui pilulas deglutire non valent, hic pulvis ſubſtitui.

℞. *Agar. tro. hiſtat.* ℥ij.
radic. turpet.
hermodact.
medull. ſem. carthami ʒiß.
fol. ſen. ſ. ſ. ʒj.
ſpec. dialacc.
diacurcum. aa ʒj.

Fiat pulvis, cui inſperſis
ol. aniſi
citri
elixir. propriet.
ſpirit. ⊖li aa gut. vj.

Adda-

Addatur ſacchari ad pondus ſpecierum omnium.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus. Vacuat hic pulvis pituitam craſſam & crudam: ob id confert affectibus inde ortis, Arthritidi nimirum, Podagræ, Gonagræ, dolori ſpinæ & aliarum juncturarum; Ventriculi, colicæ, cæteriſque, qui è phlegmate oriuntur, affectibus opitulatur.

DOSIS.

Doſis. Doſis à ʒß. ad ʒj. vel ℈iiij.

PULVIS PHLEGMAGOGUS
Quercetani.

Pulvis phlegmagogus Querc.

℞. *Spec. Diacartham.* ℥ij.
agarici trochiſc. ℥ß.
turpet.
hermodact. aa ℥j.

Miſce.

DOSIS.

Datur in juſculo ʒß. ad ℈ij.

PULVIS MELANAGOGUS.

Pulvis phlegmagogus.

Ii qui ex melancholicis affectibus male ſe habent pro Extracto Melanagogo, in eodem caſu, poſſunt hoc pulvere uti.

℞. *Fol. ſen. ſ. ſ.* ℥iß.
turpet. elect.
Myrobalan. omnium aa ʒiij.
rad. bellebor. nigri præparati
cryſtalli ♀ *ri* ʒij.
ſem. aniſi
fœniculi
ſpec. lætific. Galeni aa ʒß.

Fiat pulvis, ex his omnibus, cui inſperges
ol. citri
cinamomi
roriſmar.
caryophyll. aa gut. ij.

Addendo ſacchari anthoſati q. ſ.

VIRES ET USUS.

Hæc pulvis educit melancholicos humores, ob id confert maniæ, vertigini, oblivioni & cutis vitiis, qualia ſunt pſora, ſcabes, lepra, morphea, cancer, impetigo &c. *Vires & Uſus.*

DOSIS.

Datur à ʒj. ad ℈iiij.

PULVIS MELANAGOGUS
Quercetani.

Pulvis melanagogus Quercetani.

℞. *Fol. ſenæ ſ. ſ.* ℥j.
aniſi
fœniculi aa ʒj.
cinamomi ℈ij.
cryſtallor. ♀ *ri* ʒvj.
ſaccbari ℥iß.

Doſis à ʒj. ad ʒiß.

ALIUS

ALIUS
D. Henrici Julii Bokelii
M. Doctoris.
℞. *Cremor.* ♀*ri* ʒß.
oculor. ♋ *præp.*
C. C. uſt. præp. aa ʒß.
gummi guttæ ʒij.
corall. rubr. ʒß.
ol. citri
aniſi
fœnic.
anthos aa gut. iij.
Miſc. F. pulvis. Tabula de doſibus ſingularum purgantium.

DE VOMITIVIS.

HActenus de purgatione diſſeruimus, nunc ad vomitum accedemus. Vomitus autem eſt vacuatio per ſuperiora eorum, quæ in ventriculo continentur, illumque gravant ac moleſtant. *Nauſea.* Hunc præcedit nauſea, quæ non eſt niſi inanis vomendi conatus vomitus autem non temere in conſiderationem medici venit quod ejus non contemnanda ſint *Vomitus commoda.* commoda. Qui enim frequenter vomunt, magna ex parte ſemper ſani eſſe conſveverunt. Siquidem vomitus non bilem modò ſed & pituitam moleſtantem ventriculum educit, adeoque ne ille malis ac vitioſis humoribus impleatur, efficit. Cum vero à pravis humoribus vapores ſurſum ad caput feruntur, præſertim ubi bilioſi fuerint non parum a vomitu etiam caput ipſum *Quibus u-* ſublevatur. Utilis verò præ aliis eſt vomitus omnibus bilioſis, *tilis vomitus.* quod bilis utpote tenuis humor facile ſurſum vergat. Præterea iis, qui cibis & potibus ſe nimium impleverunt, vel parum rectè concoxerunt. Si enim plus juſto quam ut concoqui poſſit, ingeſtum eſt, periculum imminet, ne in ventriculo corrumpatur: nihil igitur conducibilius, niſi ut priusquam quod aſſumptum eſt, corrumpatur, qua via commode expelli poteſt. Nempe per gulam ejiciatur quamquam ne tum quidem [illegible] corruptum eſt, [illegible] ſit reliquendum quod ingeſtum eſt, ſed quo [illegible] poteſt expellendum. Cæterum ſingulis menſibus vomendum eſſe *Hippocrates* præcipit. *Quoties vomendum.*

[illegible] libro primo de ratione victus ita ſcriptum reliquit. *[illegible] ſultum eſt, ut is qui [illegible] vomere conſuevit, [illegible]*

hac

hoc agat, quam interpoſitis quindecim diebus: ita enim ſecundus dies prioris reliquias extrudit. Quæ quidem *Galenus libro quinto de uſu partium capite 4.* confirmat ipſis verbis. Rectè igitur, inquit, veteres Medici vomitus à cibis in ſingulos menſes repeti præcipiebant, alii quidem ſemel, alii verò bis. Omnes autem hi qualitates ipſas eo caſu comedendorum acres atque abſterſorias diligere conſulunt, ut pituita omnis è ventriculo purgetur, neque pravo ſucco corpus efficiatur. Cavendum itaque omnibus, qui rectè valere & ſeneſcere volent, magnopere erit, ne vomitum prorſus negligant, ſed illum, modò fieri poſſit, ex præſcripto *Hippocratis* adhibeant, ſingulis nempe menſibus, & duobus continuò diebus. Nec minori diligentia cavendum iis ipſis erit, ne quotidianum vomitum habeant.

Quippe ejus frequentia aſſiduuſve uſus ſurditatem inducit, viſui obeſt, thoracis pulmoniſque venas diſrumpit, dentibus nocet, & capitis dolores, modo ex ventriculi vitio non ſint orti, offendit.

Non autem ab re paulo antè diximus, vomitum, ſi fieri poteſt, ſuo tempore adhibendum eſſe. Nam in ciendo vomitu magno ſtudio Medico conſiderandum erit, qui ad vomendum faciles, quique difficiles ſint.

Qui enim non niſi difficulter vomunt, ad vomitionem nequaquam cogendi ſunt, ſed per inferiora potius purgandi: difficulter namque vomentibus, ubi eos ad vomendum quiſpiam urſerit, venarum quæ in thorace ſunt, ruptionis periculum imminet. Porrò difficiles & inepti ad vomendum ſunt, mediocriter carnoſi ac pingues, anguſtoq; thorace præditi. Contrà faciles & idonei, qui natura tenues graciles que ſunt, & & amplum obtinent thoracem.

Priores enim plurimum pituitoſi aut melancholici humoris habent, ideoq; per inferna, quandoquidem eò maximè jam dicti humores tendant, vacuandi ſunt.

Poſteriores autem natura calidi & ſicci, atque adeò bilioſi ſunt, plurimum itaq; bilis coacervant, quare per ſuperiora, quo maximè natura repit, vacuare eos oportet. Quæ ſingula Hippocrates in Aphoriſmis quoque iis docuit verbis: Graciles & ad vomendum faciles, per ſuperiora purgare convenit.

Qui verò ad vomendum difficiles ſunt, & mediocriter carnoſi, hos per inferiora purgare oportet. Non temerè autem dictum eſt, natura graciles. Nam qui vi morbi tales ſunt, veluti tabidi, iis vomitus utilis eſt. De quibus ſanè locutus eſt *Celſus lib. 1. cap. 3.* ubi inter cætera in eum ſcribit modum: Vomitus inutilis eſt gracilibus & imbecillum ventriculum habentibus. Qui enim hâc ratione graciles ſunt, iis thorax anguſtus eſt, & vaſa ruptioni obnoxia. Qui verò imbecillum habent ventriculum; ii vomitum, quod ipſum præcipuè mirum in modum lancinet & convellat, ſuſtinere non poſſunt. Cæterum tempus vomitui aptiſſimum eſt æſtas, utpote in qua bilioſi maximè procreantur humores, qui ſuapte natura, quod tenues admodum ſunt, ſeurſum feruntur, & nullo negotio vomitu rejiciuntur. Quod *Hippocrates* etiam confirmat, qui in Aphoriſmis inquit: Æſtate quidem ſuperiores magis ventres hyeme autem inferiores medicamentis purgare convenit. Neque obſtat, quod *Hippocrates*, aut potius *Polybius*, in libello de Victu ſalubri contra- [illegible] videatur, dum [illegible] hybernis menſibus vomendum eſſe tradit: & hunc et ante ſecutus *Cornelius Celſus* loco paulo antè citato, vomitum utiliorem hyeme, quam æſtate eſſe ſcribat. Nam uterq; in iis locis de pituitæ vacuatione, quæ citra purgantia fit medicamenta, loquitur. Nemo vero eſt, qui neſciat hyberno tempore pituitam, potiſſimũ in ventriculo, magis quam alio tempore generari. Ut igitur vomitu expurgetur, neceſſe eſt. Ubi verò univerſum corpus medicamentis purgare conſilium eſt, æſtate per vomitum, atque ſuperiorem ventrem: hyeme per dejectionem, ac ventrem inferiorem, ut in Aphoriſmis relatum eſt, purgandum erit. Quid multis opus eſt verbis.

Quum non univerſum corpus exornare conſtitutum eſt, ſed ventriculũ ſolum à pituita in eo coacervata vindicare placet, vomitu illã ejicere licebit, imò plurimum conferet. Sin univerſum corpus expurgare animus eſt, æſtate per ſuperiora, & vomitum, hyeme vero per inferiora purgandum erit. Denique ea, quæ per vomitum quovis tempore ejiciuntur, accurata opera Medico ſunt conſideranda, quod ex his, poſſit de

atque ex aliis excrementis, multa prædicere poſſit, quemadmodum *libro ſecundo prædict. Aphoriſm. 38. & ſequentibus aliquot Hippocrates*, & poſt eum *in ſuis Commentariis Galenus* luculenter & perſpicuè docuerunt. Quibus verò rebus & medicamentis, vomitoria fiant, jam dicemus diſtinguentes ea in tres claſſes, nimirum in *lenia, mediocria* & *fortia.*

Lenia ſunt

Vomitiva lenia.

Aqua ſimplex tepida, hordei aqua cum pauxillo ſatis & mellis, ptiſana cum melle, pinguia jura, oleum ſimplex cum aqua, bulyrum, hydromel, oxymel ſimplex cum aqua tepida, ficus recentes comeſtæ, & aqua tepida ſuperhauſta, cortex medianus juglandis.

Mediocria

Vomitiva mediocria.

Anethi ſemen & flores, aſarum atriplex radix & ſemen, betonicæ radix, cucumeris ſativi radix & ſemen, erucæ ſemen, melonum radix, narciſſi bulbus, raphanus, ejusque ſuccus.

Fortia ſunt.

Vomitiva fortia.

Æs uſtum, cataputia & radix cyclamini radix, & ſuccus ebuli flores, cortices, radix geniſtæ flores, ſemina; helleborus uterque, naſturtii ſemen, radix, nux vomica, ricini ſemen.

Recentioribus quibusdam uſitata eſt aqua vomitoria, quæ paratur ex nucum glandium viridium & radicis raphan. ana part. 1. aceti part. 3 Quæ ſimul per tres dies leni calore digeruntur, & poſtea deſtillantur. Aquam hanc exhibent à ℥ j. ad ℥ iß. Nonnulli etiam fortiorem reddunt addendo tertiam vel quartam partem aquæ vomitoriæ *Rulandi.*

Chymicis verò in uſu eſt ⊕li album, Sal ⊕li, Mercurius dulcis, ♁nij vitrum & flores, Mercurius vitæ, crocus metallorum & ejus generis multa alia de quibus jam dicemus.

GILLA THEOPHRASTI
Seu
SAL VITRIOLI VOMITIVUM.

Sal vitrioli vomitivum.

Cryſtalli è Venere, ſeu Marte præparati reſolvantur in phlegmate acido, quod primum egreditur è deſtillatione Vitrioli vulgaris

garis & ſimul per octo dies circulentur.

Longè efficacius & commodius operatur hic liquor, quam Sal è capite mortuo vulgaris Vitrioli, ſeu albi Goslarienſis quocunque modo extractum ſit.

DE VITRIOLO ALBO VOMITIVO.

Vitriolum album vomitivum. SOlve Vitriolum album, in aqua pluviali, donec quaſi cruſta appareat, poſtea per quatuor dies in loco frigido ponas, & concreſcent Cryſtalli, quos eximes, & & aquam iterum evaporabis, ut antea: Hic labor penitus tertiò reiteretur coagulando & diſſolvendo: Ultimo ter eodẽ modo procedatur cum aqua roſarum, Cryſtalli randem ſupra calorem levem ſiccentur, & ſpontè redigantur in pulverem album.

USUS HORUM DUORUM VOMITIVORUM.

Uſus horum vomitivorum. Exhibita Doſis utriusque vomitivi è veſtigio vomitum movet, quo ventriculus tum onere levatur, tum robur acquirit, nec quicquam infert nocumenti; hinc non inutiliter propinatur

1. In Febribus.
2. Lumbricis.
3. Omnis generis infirmitatibus ventriculi.
4. Defluxionibus ſalſis.
5. Synoviâ.
6. Peſte.
7. Doloribus dorſi.

DOSIS UTRIUSQVE.

Doſis utriusque eſt à ℈ß ad ℈j. habitâ ratione complexionis & ſexus. *Doſis vomitivorum.*

Sal poteſt miſceri cum ſaccharo candi, & demum aquâ fœniculi diſſolutum calidè exhiberi.

Offertur etiam in jure carnium, hauſtu cerevisiæ, vel vini, aut in aqua cum melle mixta, vel in conſerva roſarum.

Puerulis contra Lumbricos, quatuor, quinque aut octo grana in cochleari vini malvatici exhibentur.

OBSERVATIO.

Obſervatio. Gilla ſeu Liquor ⊖li, cujus vehiculum non minus, ut Salis Vitrioli

trioli, eſt hauſtus tepidæ cereviſiæ, vel brodii carnis, vel Syrupus acetoſæ, admodum lene vomitivum, uſu expertum eſt, ut ferè non melius habeatur. Sal operatur variè, vel per vomitum, vel per Sedes, interdū etiam ſudores & ſomnum facit.

Eſt & vitriolum aliud vomitivum & purgans ſimul, quod Angelo Salæ adſcribitur, ſequentem in modum paratum: Recipe Vitriolum Romanum cæruleum, q. v. reduc. in pulverem & ſupra chartam in loco calido, ſine radiis ſolaribus, in pulverem album exſicca; poſtea ſolve in aq. centaurii minoris, per filtrum trajice; remotis fecibus, liquorem limpidum, è balneo, ad tertiam partem deſtilla. Vas in locum refrigerationi accommodum repone, ut concreſcant cryſtalli, quos ſeparatim ſiccabis, ſervato tamen colore cæruleo; Cryſtallos toties collige, quoties neceſſitas exigit, ſemper videlicet deſtillando ad tertiam partem, & frigori poſtmodum exponendo; collectos cryſtallos ſerva in vitreo probè occluſo. Hoc vitriolum per vomitum & ſeceſſum purgat corpus. Doſis à gr. 5 ad 10. in liquore aut aquâ deſtillatâ appropriatâ. Eximium eſt in febribus peſtilentibus.

Nota.

Univerſaliter in omnibus vomitoriis vitriolatis exhibendis, ſedulò cavendum eſt ab aſthmate, aliiſque pectoris affectibus. Vitriolum enim crudum venenum eſt, ſuffocando enecans, &, quomodocunque præparatum, vix omnem ſuffocandi pravam deponit indolem. Vide *Notas ad Crollium Hartmanni pag. 185. Baſilicam Chymicam Oſwaldi Crollii pag. 119. Emetologiam D. Angeli Salæ pag. 19. & ſequ. Tyrocinium Chymicum Beguini lib. 2. cap. 15. de Salibus. D. Michaelem Angelum in Pharmacop. Odoardi de pepulis ſect. 8. pag. 90.*

MERCURIUS DULCIS.

Hæc panacea alba à veris & ſanioribus Chymicis ita præparatur:

℞. *Mercurii ſublimati* ℥vj. *vivi & purgati* ℥iiij,

Miſce exactè, ita ut argentum vivum non amplius videatur & ſublima, ut eſt moris; ſublimatio

hæc quinquies vel ſexies repetatur, donec dulcem ſeu inſipidum ſaporem Mercurius acquirat. Pulvis rubeus in fundo & albus collum ſublimatus ſemper rejiciatur; medium verò teneatur, quoad nihil inveniatur: & ita verè præparatus eſt Mercurius dulcis: quem poſtea exime, tere & ad uſum repone.

VIRES, USUS, DOSIS.

Vires, Uſus, Doſis. In Hydrope, peſte pleuriſi, Podagra, Ictericia &c. miranda præſtat; ſanguinem enim purificando, & medullam in oſſibus rectificando, ſimul omnia noxia è corpore humano radicaliter pellit: Propterea eſt catharticum inſigne, quod jure optimo meretur nuncupari panacæa.

In morbis deploratis ex humorum putredine cauſatis, ſingulare eſt experimentum: quia omnes venenoſos & vitioſos humores educit, & non movet vomitum, ſed ſaltem per receſſum leniter purgat, & abſque moleſtia ſuas operationes exequitur.

Inſuper vermes necat, & omnia ulcera [illegible], [illegible] venerea, imò ipſam luem veneream, cerebrique defluxiones potenter exſiccat & radicitus tollit.

DOSIS.

Doſis à ℈ß. ad ℈j. In robuſtioribus hujus tantum uſus eſt. Vide *Theſaurum Medico Chymicum Hadriani à Mynſicht. pag. 14. & 15. Tractatum D. D. Johannis agricolæ de Mercurio pag. 133. Keſleri proceſſum de Mercurio dulci ſectione centeſima quarta, centuria quarta.*

Ex hoc Mercurio dulci adjectis aliis purgantibus conjunguntur *D. D. Johannis Agricolæ* Pilulæ uſuales, hunc in modum

℞. *Mercurii dulcis* ℈ij.
vitæ ℈j.
extract. helleb. nigri gr. xxiij.
aloes ℈iß.
Panchymag. [illegible] Croll. ℈j.
♀*ri* ⊕*lati* ℈i[illegible].

Fiat maſſa cum ſyrup. diaſ[illegible].
Doſis à ℈ß. ad gr. xv.

VEL.

℞. *Mercurii dulcis* gr. xxiiij.
extract. helleb. nigri
fol. or. [illegible]
b[illegible] [illegible] ℈j.
magiſterii gummi de Peru gr. xv.

Miſceantur & fiant pilulæ parvæ. Vide [illegible]. *D. D. Johannis Agricolæ de Saturno pag. 213.*

FLORES BUTYRI Antimonii.

Hi

[illegible] Hi flores butyri Antimonii, quos *Regulum lib. 2. c. 12.* Tyrocinii vocat *Mercurium vitæ vel pulverem emeticum* appellat, etiam pulvis Angelicus in Italia pulvis Algorethi vocantur, Victorinus enim Algorethus Medicus & Phyſicus Veronenſis id nominis ipſi dedit. Alias & *Aquilæ albæ*, Aquilæ purgantis nomine venit, & ſic paratur.

℞. *Antimonii Ungarici & Mercurii ſublimati* communiter per ſal & vitriolum aa lib. j. terantur & miſceantur in marmore, ſed cavendum eſt à fumo, qui inter terendum elevatur, eſt enim à ſulphure ♁nii & ſublimati venenoſus, poſtea vitrea in Retorta luto obducta in arena mediocri igne deſtillentur, tunc liquor inſtar butyri, ſeu glaciei egreditur, ſi concreſcit in collo Retortæ, ut ſæpè fieri ſolet, tunc admota pruna forcipe comprehenſa liqueſcat, ne obſtructione impediatur deſtillatio.

Hunc liquorem vulgo vocant butyrum ♁nii & ex eo præcipitatum Mercurii vitæ, cum tamen ſit ſummè corroſivum: & fuerunt quidam ex iis ita temerarii, quæ cultello inpunè [illegible] de corio humano.

Si aqua calida illi affundatur, tunc ſalia corroſiva, nimirum vitrioli & ſalis reſolvuntur, & flores albi petunt fundum, qui diligentiſſimè ab omni ſalſedine multoties aqua calida (vel potius frigida, alias enim fiunt flores flavi) edulcorandi: Ille pulvis ſiccus ſervetur ad uſum medicum, & in complexionibus fortibus (nota, non in quolibet debiliori ſubjecto) exhibetur majori cum ſucceſſu, intra corpus, quam vulgares illi flores albi per ſublimationem præparati. Qui butyrum illud ♁nii prius volet rectificare, antequam affundat, ei liberum eſto: Ita enim habebit flores candidiores.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

In Peſte
Febribus.
Lue Venerea.
Lepra.
Hydrope.
Ulceribus malignis.

DOSIS.

Doſis.

Duo vel tria, vel quatuor grana ad ſummum, cum Panchymagogo, vel conſerv. roſar. violar. vitello ovi, Syrupo cydo. vel in infuſione quod melius.

OBSER-

OBSERVATIO.

Obſervatio. Aqua illa, quæ imbibiſſe dicitur vim corroſivam ſalium, ſi per lenem evaporationem ex vitro à phlegmate liberaretur, & aciditas reliqua per Retortam pellatur, exhibet Spiritum vitrioli eleganté, quem Philoſophicum appellant.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus. Eſt hic ſpiritus vitriolatus potioris virtutis, quam ille, qui vulgari modo perficitur. Ejus gut. iij. vel iiij. vel ad ſummũ viij. in hauſtulo vini vel vehiculo convenienti.

Medentur Febribus, Luem veneream mitigant, Lienis & venarum meſaraicarum obſtructionem ſolvunt. Ventriculum debilitatum à craſſo phlegmate infractum confortant.

Inprimis verò Peſtem in aqua Ulmaria tollunt. In Melancholia hypochondriaca mire prodeſt.

Eo etiam extrahuntur tincturæ mineralium, Corallæ & Perlæ diſſolvuntur. Vide *Praxin Chimiatricam Hartmanni editionis Lipſienſis pag. 26. 52. 100. Beguini Tyrocinium Chymicum. Baſilicam Chymicam Crollii pag. 131. Notas ad Crollium pag. 218.* Nota flores ♁nii nequaquam abſque correctione in uſum medicum veniant.

OBSERVATIO.

Obſervatio diligenter, ut ſemper poſt omnem purgantis ♁nii exhibitionem te in lecto contineas, & paulò poſt ſumptionem jus ſorbile ſumas, ita minori moleſtia evomes, quam ſi ventriculum habeas vacuum. Reiteretur hauſtus juſculi, vel cereviſiæ calidæ bis, ter vel quater ſi opus.

FLORES ANTIMONII correcti.

Flores ♁nii correcti. Primò habeantur flores ♁nii correcti & chymicorum more præparati, ſublimatione ſcilicet mediantibus ollis artificioſè ſibi mutuò incumbentibus: Vel ſumantur illi, qui beneficio Retortæ parantur, tum pulveriſatum Antimonium arenæ puræ admixtum ſive omni capite mortuo ignis violentia in flores redigitur.

Poſtea ℞. ſalis ♀ri frequentiores ſolutione & coagulatione ſummè depurati quantum vis, & affunde tantum de aceto deſtillato, quantum pro ſolutione ſalis ſufficit, abſtrahe acetum, lento igne

igne in balneo, vel fac ut evaporet, affunde viciſſim deſtillatum acetum, ut dictum, & abſtrahe eodem modo reiterando laborem, donec acetum ejusdem ſaporis deſtillando egrediatur, quod octava, vel nona imbibitione & deſtillatione fiet. Hujus igitur ſalis aceti ſpiritu impraegnati & exſiccati accipe exempli gratia ℥iß.

flor. ♁nii albor. ℥j.

Miſce & in crucibulo ad ignem ſubitò liqueſcant, maſſam liquefactam ferè inſtar ſanguinis rubeã effunde ſupra marmor, ubi refrixit, erit coloris cineritii.

Poſtea tere materiam, & affunde illi in vitro ſequentem aquam vitæ aromatiſatam.

℞. *Galangæ,*
galliæ moſchatæ,
caryophillor.
cinamomi acuti
maceris aa ℥ß.
croci ʒiij.

Terantur mediocriter & affundatur Alchool (alioquin dicitur pulvis ſine humiditate) vini ſine phlegmate, in lento cinerum calore, tincturam extrahe, poſtea per declinationem aufer tinctum Spiritum, & affunde recentem, donec amplius non tingatur: demum omnem Spiritum tinctum & aromatiſatum affunde tartaro & ♁nio ſimul, ut dictum eſt, liquefacto, addendo ſalis, vel Magiſterii perlarum & corallorum aa ʒij. Omnia vitro clauſo digerantur in calore cinerum per biduum: Poſtea adaptato capitello deſtilletur lento igne ſpiritus vini, remanebit in fundo tinctura aromatum cum pulvere ♁nii & ♀ri, abſtrahantur omnia ad ſiccitatem: color erit inſtar caryophyllorum: Ita habebis optimè ♁nium præparatum. Servetur in vitro clauſus pulvis, quia in aëre reſolvitur.

VIRES, USUS, DOSIS. *Vires, Uſus, Doſis.*

Mirabiliter operantur hi Flores.

In Peſte.
Febribus acutis.
Maniã.
Philtro.
Dementiis.
Faſcinationibus.

Morbis omnibus in univerſum opitulantur, quos atra bilis excitat.

Epilepſiis & aliis plurimis morbis ſuccurrunt.

Per alvum, per ſuperiora, per poros, per inſenſibilem transſpiratio-

rationem noxia copioſè expurgant.

Doſis à gr. iij. ad vij. præſertim in robuſtioribus.

Vide Notas ad *Crollium pag. 220. Tyrocinium Chymicum D. Beguini lib. 2. cap. 12. de calcinatione ♁nij.*

ELECTUARIUM
Antimonii.

Electuarium Antimonii.

℞. *Vitrum ♁nii.*
Sole & Luna in aquario ſeu piſcibus exiſtentibus factum teratur ſubtiliter aliquoties affundendo acetum deſtillatum, & iterum exiccando in cineribus: Sic habebis maſſam albam, quam in pulverem teras. (Alium & quidem meliorem viam te docent *Notæ ad Crollium*, quam præ cæteris ſequaris *pag. 229.*)

Hujus pulveris ſume ℥ij.
Theriacæ Venetianæ ℥ij. ʒij.
Lapidis bezoardici ʒj.
Nucis moſchatæ ʒij.
maſtichis ʒij ℈ij.
corticum arantiar.
magiſter. corallor. aa ʒij.
garyophyllor.
ſem. fœnic.
coriandr. præp. aa ℥ij.

Pulveriſentur optimè & commiſceantur, fiatque cum myva cydon. q. ſ. maſſa, de qua formentur pilulæ in forma piſorum.

VIRES.

Vires.

Mirabiliter operatur hoc Electuarium.
In Peſte.
Quartana.
Hydrope.
Longis & obfirmatis morbis.
Diuturnis putridis.
Febribus.
Cachexia.
Melancholia.
Inſania.
Delirio.
Venenorum hauſtorum ſymptomatibus.

DOSIS.

Doſis.

Debiliori datur pilula una Vide *Notas ad Crollium pag. 226.*

ALIUD ELECTUARIUM
Antimonii.

Aliud Electuarium Antimonii.

℞. ♁*nij* ad mentem *Hartmanni in notis ad Crollium* correcti. ℥j.
ſpec. elect. de gemmis.
diamarg. frig.
liberant. aa ʒiij.
pulv. maſtych. ℥j.
garyophyllor.

cam-

camphoræ aa ʒi.
theriacæ
mithridatii aa ℥v.
oleor. citri
cinamomi
garyophyll. aa gut. xij.
Fiat ex myſtis ſ. a. Electuarium.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus. Hoc Electuarium convenit robuſtis.
In Peſte.
Inſania.
Febribus.
Melancholia.
aliisque morbis diuturnis.
Vide *Tractatum de hydrop. David Lipſii pag. 79.*

CROCUS METALLORUM.

Crocus metallorum. Chymiatri medicamentis quibusdam nomen Croci dederunt ob croceum colorem. Sunt autem Croci apud Chymicos nihil aliud, quam ſubtiles pulveres, vel Tincturæ in pulveris formam redactæ, crocei coloris.

In medicina autem ſunt *Crocus metallorum*, & *Crocus ♂tis.*

Crocus metallorum ita vocatur, quod ex Antimonio, quod prima radix metallorum creditur, conficiatur hoc modo.

℞. *Nitri puri & defæcati* lib. j. vel ij. *Antimonii totidem*, fluat nitrum lento igne in ſartagine, ſine ulla tamen violentia vaſis ignitione, remove ab igne vas, & adde ♁ probè tenuiterque pulveriſat. Si miſceri ſeſe patiuntur invicem ſine inflammatione & detonatione quidem benè eſt: Sin minus abſiſte aliquandiu, donec nitrum nactum ſit juſtam refrigerationem omninò ſibi pulverem Antimonii paulatim ab initio, ſed poſtea confertim commiſcendo pati & retinere queat, omnia verò continuò ferreâ ſpatulâ agitentur. Ubi omnia invicem probè fuerint mixta, accende totum carbone vivo, vel potius candente ferro, ubi detonuerunt paratus eſt Crocus metallorum. Tunc nimirum Antimonium hoc modo elaboratum non abſimile croco relinquitur.

HEPAR ANTIMONII
ſive Crocum metallorū alio modo præparatum.

Hepar dicitur, quia hepatis vitulini, aut alterius animalis, colorem refert. *Crocum metallorum aliter præparatum.*

℞. *Antimonii crudi* lib. j.
ſalis petræ lib. ß. vel lib. j.
Miſce & trita impone ferreo mortario ad latus inclinato poſito.

Deinde adhibito carbone vivo pulverem accende: Ita Antimonium infigetur & arſenicali ſulphure ſpoliabitur. Tandem ſal petræ ſepara,& hepar relictum edulcora.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus.

In Epilepſia, Apoplexia.

In Pleuritide tam notha, quam exquiſita.

In tuſſi inveterata, Aſthmate, Peripneumonica, Angina.

In pleriſque ventriculi affectibus.

In melancholia hypochondriaca.

In peſte.

In arthritide, ejusque ſpeciebus.

In vermibus, cujuscunque generis ſunt.

In omnis generis Febribus.
Hydrope.
Ictero.
Ulceribus malignis.

In ſcabie & lue venerea ad gran. iiij.

In aqua, cereviſia, vino, vel hydromelite, vel alio liquore; Vide *Notas ad Crollium pag. 188. Tyrocinium Chymicum Beguini lib. 2. cap. 12. titulo de calcinatione Antimonii. Libavium in utroque ſyntagmate lib. 5. cap. 26. Apocalypſ. Hermet. part. pr. cap. 3. D. Sennerti Inſtitutiones medicin. lib. 5. part. 3. ſect. 3. c. 15. Tractatum Germanicum ſecundum D. Agricolæ de Antimonio.*

AQVA BENEDICTA

Hartmanni.

Aqua benedicta Hartmanni.

℞. *Croci metallorum* q. ſ. in vini q. ſ. infunditur, & vitro benè obdurato operculo aliquandiu ſtent in loco calido per noctem, mane filtretur. & vitro benè clauſo ſervetur. Ejus uſu ad vomitus ciendos valdè utilis: Præſertim in iis morbis, qui non aliter, quam vomitionibus curari poſſunt & volunt; quales ſunt, omnes tuſſes, pleuritides, anorexiæ, anginæ, ructus, atque infiniti alii morbi in prima regione ventris hoſpitantes. Vide *Joſeph. Quercetanum in Pharmacopœa cap. 7. in fine de aquis. Item in Alexicaco. Tyrocinium Chymicum cap. 12. lib. 2.*

NOTA.

Nota.

Jubeo hîc his vomitoriis utendum eſſe cum cautione, & maximè neceſſarium eſſe, ut diligentes ſint medicamentorum chymicorum, præſertim vomitivorum præparationes: Nam etſi hæc medicamenta ſint evidentis operationis

tionis: & celeris: attamen non niſi ſummam exhibentis notitiam & prudentiam requirunt.

AQUA BENEDICTA alia.

Alia deſcriptio.

℞. *Croci metallor.* q. ſ.
Pulver. cinamomi.
ſpec. diamarg. frig. aa ℥ij.

Infunde per horas 12. in aquæ cardbenedict. lib. iß. Et poſtea cola per chartam bibulam & adde

Syrup. d. cortic. citri ℥iij.
violarum
cydoniorum
garyophyllor. aa ℥ß.

Stent iterum ad dies duos, & iterum colentur per pannum & ferventur pro uſu.

Notandum hic, quod hæc aqua non diu duret: Propterea ſemper in minori doſi præparanda eſt.

VOMITORIUM Vegetabile *Plateri.*

Vomitorium Vegetabile Plateri.

℞. *Nuc. jugland. circa feſtum Johannis collecta.*
radic. raphan. aa part. ij.
aceti vini deſtillati part. quatuor.

Conquaſſatis nucibus & raphanis fiat digeſtio leni calore per dies quinque: Poſtea deſtilla per Alembicum in B. M.

DOSIS.

Doſis.

Doſis à ʒii. ad ʒiij.

Fortificatur aliquando aqua benedicta dimidia vel tertia parte.

ALIA PLATERI deſcriptio in Obſervationibus.

Deſcriptio Vomitivi Plateri.

℞. *Syrup. acetoſ. ſ.*
ozymel. ſimpl.
ol. amygdal. d. aa ℥j.
aqu. nucum juglandium.
raphan. aa ℥j.

Fiat vomitorium.

ALIA RODERICI *Fonſeca.*

Vomitorium Fonſecæ.

℞. *Juris pulli* ℥vj.
oxymell ſimpl. ℥ij.
pulveris rad. aſari ℈j.
ſem. raphani pulveriſati ʒj.

Miſce.

ALIA EJUSDEM.

℞. *Pulveris radicis aſari correcti ſecundum mentem autoris* ʒß.
aqu. carduibened. ℥iiij.

ALIUD VOMITORIUM.

℞. *Juris raphani cocti*
olei commun. aa ℥jß.

Mm 3 *Syrup.*

Digitized by Google

ſyrup. acetoſ. ſ. ℥ß.
Fiat potus.

ALIUD.

℞. *Aquæ hordei* ℥iiiß.
anethi ℥ iß.
ſyrup. acetoſ.
oxymell. ſ. aa ℥ß.
ol. commun. ʒvj.

M F. potio Vide Tractatum de *Apoplexia*, *Gregorii Nymmanni pag. 285.*

ALIUD.

℞. *Sem. atriplic.*
raphani aa ʒj.
radic. aſari ℈j.
betonicæ ℈ß.

Coque in hydromell. q. ſ. In colatur. ℥iiij. diſſolv. oxymell. ſ. vel ſcyllitici ℥j. M. fiat Vomitorium. Vide eundem Autorem *pag. 286.*

ALIUD EJUSDEM in citato Tractatu.

℞. *Aqu. nucum*
raphani aa ℥ij.
oxymell. ſ.
ol. amygd. d. aa ℥j.
Salis vitrioli albi ad mentem Autoris correcti vel Gillæ gr. iij.

ALIUD.

℞. *juris pulli.* lib. ß.
oxymell. ſ.
ſucci raphani aa ℥j.

M. pro Vomitorio.

ALIUD.

℞. *Mulſæ* ℥j.
aceti ℥ß.
cremoris ptiſanæ hordei ℥vij.

ALITER.

℞. *Aqu. tepid. vel hordei* ℥vij.
ſyrup. acet. ſ. ℥ iß.

Miſce. *Vid. Galen. 7. meth. med. cap. 11.*

ALIUD.

℞. *Aqu. hordei* ℥iiß.
aceti rutacei ℥j.
ol. olivar. ʒvj.

Miſce.

ALITER.

℞. *Cort. interior. ſambuci conſciſſ. & contuſ.* p. j.

Inſunde in vini ℥iiiß. poſtea cola & exprime.

ALIUD.

℞. *Cort. jugland. terræ proxim. radic ſambuc.*

Inciſa macerentur per noctem in vino manè leniter ebulliant & colata propinentur.

Plura qui de Vomitoriis ſcire cupit, legat *Quercetanum*, *Beguinum*, *Crollium*, præſertim autem *Hartmannum*, qui plura vomitorio in *ſua Practica Chymiatri* a annotavit. Item *Antidotar. Spec. Wecker. lib. 2. titulo de Electuariis*

minus

m[illegible] uſualibus: Ubi Vomitorium *Andreæ Nicolai*, Patriarchæ & Scarpellæ ſatis luculenter deſcribit. De Sale vitrioli Vomitorio Vide *Emetologiam Angeli Salæ:* De Floribus vero Mercurii argenteis lege Tractatum *Anatomiæ Mercurii D. Matthiæ Unzeri* quondam *Phyſici Hallenſis. Dia-E[illegible]lam vomitoriam. Hadriani à Mynſicht* ſupra, ubi de Eſula actû, deſcripſimus: ubi etiam *Coagulum aſari* declaratum fuit.

CAUTIONES.

In exhibitione Antimonii & ſimilium vomitivorum, ſcitu maximè neceſſariæ.

1 [illegible] 1. Vomitu ii purgandi ſunt: qui facilè vomunt, ſtomachum fortem habent, amplo ſunt pectore, capite firmo ad vomendum adſueti, & quibus materia morbifica ſurſum fertur.

2 2. Picrocholi, & qui à Medicis πτερυγώδεις appellantur, imbecilles viribus, quique difficulter vomunt: item, qui obnoxii ſunt cephalalgiæ, hæmorragiæ, oculorum ſuffuſioni, pulmonum morbis, lipothymiæ, & uteri ſuffocationi, non temere, quod Pſeudochymici & empirici factitant, & ſæpe de alieno corio audacter & ſcelerate ludunt, ad vomendum concitandi.

3. Exhibiturus antimonium, 3
aut ſimile vomitorium, accuratè conſideret circumſtantias: ne quid nimis, minusvè tempeſtivè: quid præmittendum: quid poſt faciendum.

4. Tempus vomitorium exhi- 4
bendorum oportuniſſimum eſt, Luna creſcens. Tum enim humores luxurientes, & turgentes, tutò & facilè per vomitum excluduntur.

5. Vomiturus calidè ſe conti- 5
neat, & calidis pannis vitalia foveat: ne à refrigatione tormina, ut ſæpe fit, oriantur.

6. Cereviſia non exhibeatur 6
mox à vomitorio aſſumpto: ſed demum, ubi æger bis tervè vomuerit. Alias ea vim vomitorii obtundit, non promovet.

7. Cum materia probè eſt com- 7
mota; & amara jam prodeunt: copioſior cereviſiæ hauſtus exhibendus: & ſub finem tandem, ad ſtomachum eluendum, & quod reſtat pravi, eliciendum, copioſiſſimus.

8. Sit autem cereviſia tepida: 8
hæc enim nauſeam movet: non calida, qua ventriculus delectatur; nec vinum, quod fœtorem &

& tincturam attrahit, eique per totum corpus, pro vehiculo eſt.

9 9. Prodeſt juſculum ſuperhauſtum acidulum: modò oportunè id offeratur. Acida enim omnes reliquias ad inferiora præcipitant & deturbant.

10 10. In bilioſis naturis, vomitus bilis ultimo prodeuntis non ſtatim inhibendus; nec permittendum, ut ea commota rurſus reſideat & colligatur: ſed quotidie pars ejus aliqua educenda aut repetito vomitorio, ſed mitiori; aut purgantibus; aut diureticis præcipitantibus, non volatilibus, aut ſpirituoſis, ſed acidis; aut ſalibus: Vino item abſinthite; aut infuſo ex abſinthio, cuſcuta, carduobenedicto, ſena, rhabarbaro, centauro.

11 11. Non ſuperdormiendum vomitoriis: præſertim corporibus exiſtentibus bilioſis: ne per ſomnum bilis in cerebrum feratur. Ubi tamen æger ſatis vomuiſſe viſus fuerit: ſomnus concedi poterit.

12 12. Cum vires à vomitu fatigantur: confortationis gratiâ vinum calidum, cum aliquot guttis olei caryophyllorum, in linteis, ad ventriculi fundum, tepidè adponatur.

13. Poſt vomitus, confortantia requiruntur, præſertim acida. Imprimis verò confert coralium fermentatum, cum roſarum conſerva mixtum. 13

14. Æger per intervalla cibetur cruſtâ panis ſuperiori toſtâ, & maceratâ, per quartam horæ partem, in vino, jure aliquo, aut cereviſia, quæ ferè ob bilem melior, nuce moſchatâ, & cinnamomo inſperſis. 14

CAUTIONES
A Crollio, in Baſilica Chymica pag. 31. 35. & 36. traditæ.

Cautiones in exhibendo vomitu obſervandi.

Prima eſt: quod in uſu antimonii cavendum: ne adſint conſtipationes, à colici dolores, neve unum principalium membrorum læſum ſit. 1.

Secunda: ne iis, quibus antimonium offertur: vel ante, vel poſt ejus aſſumtionem vena incidatur. 2.

Tertia: ne picrocholis, & iis, qui difficulter vomunt: ac qui viribus imbecillibus ſunt præditi, offeratur: ſed iis, qui ad vomitum proclives, ſtomachum fortem habent thoracem amplum & latum, quique vomere alias ſunt adſueti, & quibus humorum materia ſurſum fertur. 3.

Quarta

Quarta: quod, uti ſeſe vomitus movet, exhibeatur offa, aut jus piſorum leviter coctorum, vel gallinarum pingue, aut calidæ cereviſiæ hauſtus, reiterando, & medicamenti acceleretur actio.

DE SIGNIS APPARENTIBUS A VOMITU RITE EXPEDITO.

Signa apparentia in vomitu expedito.

Cum, à vomitione pulſus plenus & validus exiſtit. placidus ſomnus ſpontè obrepit, facilis eſt & libera reſpiratio, appetentia bona reliquumque corpus levius, utilis ea cenſeri debet. Contra verò inutilis & noxia, ſi contraria appareant.

DE COMPESCENDO VOMITU NIMIO IN HYPERCATHARSI.

Modus compeſcendi hypercatharſin.

Ne quid deſit, quæ huic materiæ, circa quam ſumus occupati, conveniunt, lubet hic paucis annectere, quomodo ὑπερκάθαρσις, ſi fortè talis ex uſu vomitivorum oriatur compeſcenda ſit. Ad compeſcendam Hypercatharſin utitor Theriacâ recenti, vel veteri, cum grano uno opii Rob. de Cydon. Aqu. Theriacalis Camphorata, nec non Syrupus de Myrtillis, de Maſtiche, de mentâ ſiſtunt ὑπερκάθαρσιν.

Ad reſtringendum ſiſtendumque vomitum fomentationes, inunctiones, Emplaſtra, cerata ex ſtypticis debent applicari. Emplaſtrum de cruſta panis ventriculo impoſitum: Aqua cinamomi, Somnus, ligationes extremorum membrorum, cucurbitula magna umbilico appoſita inhibent Vomitus, Laudanum opiatum præ cæteris in ὑπερκαθάρσει expertum remedium. Hypercatharſin ſiſtit quoque ſpongia vinô tepidô imbuta & expreſſa, abdomini impoſita; vel aquâ frigidâ podex abluatur, & manus & pedes in aquam frigidam imponantur, & comprimetur fluxus.

Accipe fumum è maſtiche & olibano per infundibulum ano ſuppoſitum, vel hoc pulvere utere.

℞. *Lapidis hæmat.*
Carabe
Corall. rubr. præpar.

Pſyllii aſſati aa ℈j.
Miſce cum ſyrup. de Cydoniis, & da ſecurè.

Compertum quoque illicò ſiſtere Hypercatharſin ſequens ſtomacho impoſitum.

℞. *Fermenti acris* ℥iij.
mentæ ſiccæ pulv.
maſtiches pul. ʒiiß.
caryophyllor. tritor. ʒj.
aceti parum.

Miſce, fiat maſſa, quæ extenſa ſuper pannũ lineum, & calide applicata inſignem operationem præſtat.

PULVIS VALDE PRÆSTANS in præpoſtero uſu Antimonii & Mercurii vomitivi.

℞. *Sal. perlar.*
corall.
C. C. Philoſoph. prap.
ſpec. aromat. roſ. Gabr.
diamarg. frig.
de gemmis
latit. Galeni
cord. tempemt. aa ʒj.
lap. bezoard. or. ʒß.
gyacyn.
unicornu ℈j.
ſuccini
rad. Valerian.
diptamni
angelic.
ſal. abſin.
ſcordii
rutæ
fraxini
card. bened. aa ʒß.
terr. ſigillat.
oſ. de corde cervi
lactis 🜍*ris*
ſantal. citrin.
albi
bel. behen.
rubri aa ℈j.
ambræ
moſchi, aa gr. iij.
ol. rutæ
citri
cinamomi aurantiar.
roſar. aa gut. ij.

Fiat ſecundum artem pulvis ſubtiliſſ. doſis à ℈j. ad ℈ij. in vehiculo convenienti.

Coronidis loco Lectorem admonitum volo, ne hęc vel alia vomitiva vel cathartica ex Antimonio vel ☿ à circumforaneis iſtis, vel à Pſeudochymicis emat, iiſdemque utatur. Novi enim multos, confiſos verbis ſeſquipedalibus illorum nebulonum, qui in nundinis ſeſe pro Æſculapio venditant, ex uſu Stibii vel mercurii non Philoſophicè præparati, ſibiipſis mortem adſciviſſe. Et tantum de Vomitoriis.

DE

Digitized by Google

DE CLYSTERIBUS.

AD tertiam Claſſem medicamentorum purgantium pertinent Clyſteres, de quibus jam dicemus.

Clyſteres. *Clyſter*, Græcis κλυςὴρ, κλυσμὸς, & κλῦμα ab eluendo dictus, etſi in genere omne genus medicamenti ſignificet, quod liquidum, (ut & ἔνημα ab injiciendo) in partem aliquam infunditur: tamen in ſpecie plerumque accipitur ſolum pro medicamento, quod per annum in inteſtina injicitur.

Varios autem ob fines injicitur Clyſter, unde variæ clyſterum oriuntur differentiæ. Quidam enim alvum laxant: atque horum alii emolliendo id præſtant, qui fiunt ex emollientibus.

Alii purgant, quibus purgantia medicamenta adjiciuntur.

Quidam abſtergunt, qui nimirum componuntur *ex bordeo, Mercuriali, parietariâ, abſynthio, agrimonia, centaurio minore, piſis, ciceribus, lupinis, furfuribus, melle roſato, biera.*

Quidam ad flatus diſcutiendos & excludendos, componuntur ex medicamentis flatus diſcutientibus. Quidam glutinant paranturque è glutinantibus. Nonnunquam & ad dolores inteſtinorum & renum fiunt clyſteres ex anodynis. Componuntur autem Clyſteres hoc modo.

Radicum & *corticum* ℥j. vel ℥ij. *folior.* Miij. iiij. vel v. *florum pugilli aliquot, fructuum* paria x. recipiuntur. Quibus ſi purgans Clyſter fieri debet, purgantia adduntur: *agaricus, colocynthis, ſemine carthami* (quæ omnia ne inteſtinis adhæreant, eaque moleſtent, petiæ illigantur) folia Senæ. Non ſemper tamen illa varietate opus eſt, ſed ſæpe pauca ſimplicia ſufficiunt. Simplicia medicamenta omnia coquuntur in ſ. q. aquæ colaturæ.

℞. ℥iij. iiij. usque ad ℥v. Imò ratione ætatis. Nam infanti primum ℥iij. hinc paululum adultiori ℥iiij. vel vj. ſufficiunt. Adulto plerunque ℔.j. ſumitur, interdum etiam ℥xv. Interdum tamen, ubi ſcilicet clyſterem diutius retineri cupimus, & ne copia partes alias premat, ſaltem ℥viij. vel ℥x. ut in calculo ſumimus. In decocto colato ea, quæ præſenti ſcopo conveniunt, diſſolvimus ut olea ab ℥j. ad ℥ij. vel ℥iij. vel bu-

 tyrum.

Digitized by Google

tyrum. Ubi ſolum emolliendum, olea ſaltem addimus, vel butyrum, & quidem in majori quantitate. Quæ verò vim purgandi habent, tunc planè omittenda, ne durioribus fecibus in inteſtinis hærentibus, fruſtrà ſtimuletur natura, humoribusque attractis graviora mala gignantur. Contra ubi purgandum, revellendum, acrisque clyſter requiritur, ibi olea, quibus acrium & purgantium vis obtunditur, omittenda, addendaque Electuaria purgantia duplo ferè pondere, quô alias per os ſumi ſolent: vel pululæ diſſolvuntur. Additur & Sal à ℈j. ad ʒj. Abſtergentia etiam, ut mel roſaceum vel ſaccharum pondere ℥j vel ℥jß. Miſta omnia moderatè calida per conveniens & notum Inſtrumentũ commodiſſimè hora unâ atque altera ante cibum alvo injiciuntur.

CLYSTER
incapitis affectibus.

Clyſter in capitis affectibus.

℞. *Specier. emollientium carminantium* aa Mß.
paſſular. minor. ℥j.
Coquantur in ſufficientis aquæ fumariæ q. ad remanent. ℥ix. in Colutur. diſſol. probè
Elect. Diacatholici ℥j.
ol. chamomill.
rutæ aa coch. ij.
ſalis parum
vitellum ovi dimidium.
Fiat Clyſter.

ALIUS. *Alius.*

℞. *Radic. althææ.*
albor. aa ℥j. *lilior.*
parietariæ
mercurialis.
brancæ urſinæ aa Mj.
ſem. lini
fœni græci aa ℥ß.
ficuum numero 3.
Coque in ſ. q. a. Colaturæ.
℞. lib. j.
Adde *caſſiæ extract. unc.* ß.
diaprunis ſ. ʒiij.
ol. violacei.
chamamill.
pingued. anſerinæ aa unc. j.
E. Clyſter emolliens in febribus.

Si alvus ſit adſtricta, & lumborum calor adſit, ex emollientibus & refrigerantibus clyſteres componimus. *Notan.*

℞. *Malvæ*
violariæ
parietariæ M. ß.
ſem 4. frigid.
major. ana ʒj.
tamarindorum ℥j.
paſſul. ſemiunc.
Coque in ſ. q. aquæ Colaturæ.
℞. lib.

℞. lib. j.
Adde caſſiæ pro clyſtere ℥j.
el. diacathol. ʒiij.
ol. violacei unc. iij.
Fiat clyſter.

ALIUS CLYSTER
in calculo.

Alius in calculo.

℞. *Herb. emoll.* M. j.
Coque molliter cum aquæ lib. j. cola, & adde
ol. ſcorpion.
rutæ ana unc. ß. vel iij.
petrol. laurin. aa ℈j.
chamomill. unc. iß.
elect. benedict. laxativi ʒiß.
baccar. laur. ʒj.
mellis anthoſat. aa ʒiß.
nitri præparati gr. 15.
vitell. ovi. num. j.
ſalis ad magnitud. duorum piſorum. Fiat clyſter.

ALIUS.

Alius.

Hordei torrefacti. M. j.
furfurum p. j.
verbaſci, agrimoniæ aa M. ß.
Coqu. in ſ. q. aqu. colaturæ
℞. ℥xv.
ol. roſ. compl. unc. j.
(*vel tantundem mellis roſati*)
ſaccha. rubri ʒiijß.
Fiat clyſter abſtergens in Dyſenteria.

ALIUD ENEMA
in duritie Fæcum.

Aliud.

℞. *Rad Althææ*
malvæ aa ℥j.
herba malvæ
mercurialis
parietar.
atriplicis ana M. j.
flor. chamomill. p. iij.
brun. pingvium num. vij.
Coque ℞. *colaturæ* lib. j.
elect. diaphœn. ℥ß.
ſacchari Thomæ. ℥j.
ſal gemmæ ʒiß.
ol. ſem. lini ℥iiij.
Miſce pro Enemate.

ALIUD.
Quod vehementer in Colicâ probatur.

Aliud Enema.

℞. *brodii carn. pingv.* lib. j.
mellis deſpumati unc. ijß.
ſalis gemmæ ʒiß.
tartari albi ʒiij.
ol. chamomill.
anethi aa unc. iß.
Miſce pro Enemate.

ALIUD DISCUTIENS.

℞. *Radic. enulæ camp.*
Cortic. arant. aa unc. j.
ſem. aniſi. fœnic. carvi.
rutæ
ſileris ana ʒij.
quat. emollient. aa M ß.
Coque. ℞. *colaturæ* lib. j.

elect. diaphænic. unc. j.
è baccis lauri
mellis anthoſat.
ſacchari rubri aa ℥vj.
ol. Rutæ Aneth. aa unc. ij.
Fiat Enema.

CLYSTER
qui illuſtri cuidam Dominæ in frequenti uſu eſt.

Enema domeſticum.

℞. *Decocti prunorum* unc. 10.
vitell. unius ovi
ol. rutæ
chamomillæ aa coch. iij.
ſalis parum
Fiat Clyſter.

ALIUS CLYSTER.

Alius Clyſter.

℞. *Spec. pro Clyſteribus.*
Coque in ſ. q. aquæ.
Colaturæ unc. x. adde
ol. rutæ
chamomillæ aa cochl. iij.
violarum coch. j.
ſalis parum
elect. diacatbolica ſemiunc. vel ℥vj.
Fiat Clyſter.

ALIUS CLYSTER.

Alius.

℞. *Rad. althææ* unc. j.
fol. malvæ
parietar.
melilot. aa M. j.
flor. chamomill.
furfur. aa M. ß.
ſem. quat. frig. major. aa ℥ß.
prunor. numero. x.
Coque in ſ. aquæ. Colaturæ
℞. lib. j. in hac diſſolve Caſſiæ pro Clyſter
elect. diacathol. ſemiunc. vel ℥vj.
mell. roſat.
ol. cham. violar. aa unc. j.
ſalis parum
Fiat Clyſter.

ALIUD ENEMA.

Aliud.

℞. *Herb. malvæ.*
bismalvæ
flor. chamomill. aa M ß.
violar. p. 2.
rad. hybiſci unc. j.
Coque in ſ. q. aquæ communis ad unc. xij. adde
elect. diaſcheſt.
diacathol. aa ℥iij.
ol. rut.
violar.
amygdal. d. ana ſemiunc.
ſalis parum
vitell. unius ovi
Fiat Clyſter in calculo.

Enema detergens.

Enema detergens.

℞. *Rad. polypod.*
liquiriz.

ſem.

ſem. carthami contuſi aa ℥j.
herb. origan.
calaminth.
abrotani
abſinthii
centaur m. aa Mj.
furfur tritic.
hordei integri aa Miß.
Coque. Colaturæ.
℞. lib. j.
hieræ diacolocynth. ʒvj.
mellis roſat. ʒij.
ſalis ʒiiß.
Miſce, & fiat clyſter ſine oleis.

ALIUD.

Aliud in Cephalalgia, Vertigine, &

in Cephalalgia, Vertigine, Scotomiâ, Phrenitide, aliiſque capitis affectibus.
℞. *Fol. ſen. Alexandr.* ℥ß.
pulp. colocynth. ʒj.
herb majoran.
chamomill.
origani
ſalviæ
centaur. min. aa Mj.
flor. lilior. convall.
anthoſ. aa p. ij.
radic. Bryon.
agar. opt. aa ℥ß.
Miſce, & coque in ſ. q. aquæ ad medietatem.
℞. *Colaturæ* lib. j.
cremor. ♀*ri,*
ſalis communis aa ʒiß.
mellis de ſpumat. ℥iß.
ol. olivar. ℥iij.
Miſce f. l a. Enema.

ALIUD.

In Melancholia.

Aliud in melancholia.

℞. *rad. bugloſſæ* ʒiß.
herb. oſtrucii
Anethi
fumariæ
chelidon.
chamomill. aa Mj.
fol. ſen. elect. ℥ß vel ʒvj.
℞. *Colaturæ* lib. j.
croci orientalis ℈j.
confect. hamech. ℥j.
ſalis commun. ʒiij.
ol. roſar. ℥iij.

ALIUD.

in Spaſmo & Convulſione.

Aliud in Spaſmo.

℞. *Rad. pyrethri* ʒj.
ebuli ℥ß.
herb. Althææ.
malvæ
ſerpill.
bethonic.
ſalviæ aa Mj.
Coque & Recipe lib. j.
diaphænicon. ℥j.
ſalis gemmæ ʒiß.
extr. caſtorei ʒß.
Miſce & f. l. a. Enema.

ALIUD

Digitized by Google

Aliud in colica.

ALIUD.

Ventrem leniens in colicâ.

℞. *Cort. inter frang.*
ſambuci aa ℥j.
herb. meliloth.
chamomill.
pulegii
calaminth.
origani aa mj.
ſem. aniſi, fœniculi
carthami
malvæ aa ʒiij.
Coque & ℞. *colaturæ* lib. j.
vitell. ovor. num. j.
ſal. commun. ʒij.
elect. diacatholicon. ℥j.
ol. anethi ℥iij.
Miſce pro Enemate.

ALIUD.

Enema in calculo renum & Veſicæ.

Aliud in calculo renum & veſicæ.

℞. *Rad. althææ*
malvæ
Liquiritiæ aa ℥j.
ſem. milii ſolis
oſſ. meſpilor. aa ℥ß.
Coque ℞. *Colaturæ* ℔ß.
caſſ. ext. ʒx.
ol. violar. ℥iij.
Miſce. & f. Enema.

ALIUD.

Aliud.

℞. *Radic. pimpinell.* ℥ß.
fænic. ʒij.
althææ ℥j.
herb. centaur. min.
cuſcutæ
Betonicæ aa M j.
flor. chamomill.
melilot. aa M. ß.
ſem. anethi
rutæ aa ʒij.
Coque in ſuff. quant. pro ℥x. Colatur. add.
elect. hier. ſimplic.
diacartham. aa ℥ß.
ol. rutæ ℥iß.
violar. ℥ß.
vitell. ovor. num. j.
ſalis gemmæ ℈ß.
M. pro Clyſtere.

ALIUD.

Aliud.

℞. *Rad. althææ* ʒvj.
liliorum alb.
cichor. aa ℥ß.
herb. biſmalv.
malvæ,
parietar.
violar. aa M. j.
flor. chamomill. p. ij.
nenuph. ℈j.
ſem. fænugr. ℥ß.
Coque in ſ. q. ad ℥x. Colaturæ admiſce
elect. hier. ſ.
Caſſ. pro clyſter. aa ℥ß.
ſacch. albiſſ. ʒvj.
ol. violar.
anethi aa ℥j.

lini

lini ℥ij.
vitell. ovorum num. j.
ſalis ʒß.
Miſce pro Clyſtere. Dentur in veſica cum fiſtula, calculoſis conducit.

ALIUD.

ENEMA AD EVACUANDUM vermes interfectos.

Aliud ad evacuandum vermes.

℞. *Radic. myrrhidis.*
liquiritiæ aa ℥ß.
ſebeſten. num. xv.
Coque in ſ. q. aqu. commun. ℞. Colaturæ ℔j.
ſacchari rub. ℥j.
mellis crud. ʒvj.
vitell. ovor. num. j.
ſalis parum
Et ſine ol. f. Enema, quod applicetur.

ALIUD CLYSTERIUM forte in Epilepſia & ſuffocationibus.

Aliud in Epilepſia & ſuffocationibus.

℞. *Pulpa colocynth.* ℈j.
agarici opt. ℥ß.
ſem. charmmi ℥ß.
herb. rutæ hort.
hyſſopi
betonicæ
centaur.
majoranæ
lavendulæ aa Mj.
Coque ℞. Colaturæ ℔j. vel ℥x.
melis roſat. ℥iß.
ſal. gemmæ
tart. puriſ. aa ʒj.
ol. chamomillæ ℥iij.
Miſce pro Enemate.

ALIUD DOMESTICUM.

℞. *Seri caprini vel vaccini* ℥xij.
ſacchari Thomaſ. ℥iij.
Miſce. fiat Clyſter.

Vel.

℞. *Decocti ex ſpeciebus pro Clyſteribus* ℥xiij.
ſyrup. violar. ℥ij.
melle roſat. colat. ℥iß.
fiat Clyſter. In Febribus acutis maximum adjumentum.

ALIUD IN MELANCHOLIA hypochondriacæ.

Aliud in hypochondriaca.

℞. *Herb. parietar.* Miij.
flor. chamomill.
melilot. aa mj.
fol. lauri M. ß.
Coque in ſufficiente quantitate aquæ pro lib. j. in quâ diſſolve
elect. leniciv.
diacatholi aa ℥ß.
Miſce. fiat Enema.

ALIUD IN EODEM affectu.

Aliud in eodem affectu.

℞. *Herb. betæ*
mercurialis
malvæ
biſmalvæ aa Mj.
abſinthii Mß.
pulegii p. ij.
flor. chamomill. p. j.
ſem. fanigrac. lini aa ʒiij.

tar-

carthami, polypodii aa ℥ß.
coque pro ℥xj. in quibus diſſolve
elect. lenitiv. ʒvj. *diacath.* ʒß.
ol. chamomill. ℥iß
mell. roſat. ℥iß.
fellis tauri inſpiſſati ℈j.
M. fiat Enema.

ALIUD IN EODEM CASU.

Aliud in eodem caſu

℞. *Summit. aneth.*
parietar. abſinthii aa Mj.
cuſcut. ceterach. aa Mß.
ſem. aniſi, fœniculi aa. ʒiij.
lini, fœnugræci aa. ʒiß.
flor. chamomill., geniſtæ aa. p. j.
furfur. p. ij.
folio. ſenæ ʒiij.
Coque omnia in ſ. q. aquæ ad ℥x.
In col. diſſolve
elect. de hiera cum agar. ʒvj.
diaphœnicon. ʒiij.
ol. anethi, cheiri
mellis anthoſati aa ℥j.

ALIUD IN EPILEPSIA.

Aliud in Epilepſia.

℞. *Flor. chamomill.*
malvæ, parietar. aa Mj.
ſem. lini, fœnugræci aa. ʒvj.
carthami ℥ß.
aniſi, cymini aa. ʒij.
rad. polypod. althææ
lilior. albor. aa. ʒiij.
In colatur. diſſolve Elect.
hier. ſimpl. diaphœnicon. aa ℥ß.
mellis roſati, anthoſati aa. ʒvj.
vitell. ovor. num. j.
Miſce fiat Enema.

Vide *Conſilia Medica Brunneri pag. 15. 49. 66. 70. 74. 118. 296. 318. 340. 344. 394. 343. Antidotar. ſpec. Weckeri. lib. 2. de Clyſteribus. Inſtitutiones medicinal. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 24. Hadrian. à Mynſicht. Theſaur. Chymicum p. 321.* De inſtrumentis pro applicatione Clyſterum quid *Guilhelmus Fabricius* proponit videre licet ſuo loco.

OBSERVATIONES

Obſervationes ſcitu neceſſaria in applicandis Clyſteribus.

Quædam in applicandis clyſteribus ſcitu neceſſariæ.

1. Antequam enema injiciatur, fiſtula ſacculi benè prius oleo inungatur. 1.

2. Stomachô jejunô nequaquam injiciantur, ne clyſter ad ſuperiora ad ſtomachum ſcilicet trahatur, neque etiam ſtomachus ſit nimium repletus, ne cibus crudus ad inferiora trahatur. Clyſteres itaque injiciantur, quando ſtomachus non multum eſt cibo repletus, neque etiam nimium inanitus. 2.

3. In convaleſcentibus, quando alvus adſtricta eſt, his alvus ducenda eſt, ſolô oleô olivarum per inferiora infuſo. 3.

4. Clyſteres non ſunt ultra unam horam in ventre demittendi. 4

5. Enema non ſit actu frigidum, 5

hoc

hoc enim ano, veſicæque nocet,
ac flatus excitat.

6 6. Clyſteres calidi injiciendi.
Eorum verò calor fit, qualis eſt u-
rinæ modò emiſſæ, aut lactis mo-
do mulcti.

7 7. Accidit nonnunquam, ut
clyſter nolit ingredi ob flatus
in inteſtinis exiſtentes, repellen-
teſque enema. Hic cave violenter
impellas enema, ſed bis aut ter in-
jectionem ejus iterabis. Sicque
fortaſſis ventoſitas emiſſa excre-
taque fuerit.

8 8. Quando in inteſtinis magna
eſt opilatio, tum non acuti, ſed
tantum mollificantes injiciantur
clyſteres. Per os verò lenientia
medicamenta exhibeantur, ex-
trinſecus autem mollificantia &
humectantia adminiſtrentur.

9 9. Quibus inteſtina ſunt acuti
ſenſus, hic clyſteribus parum ſalis
injiciendum eſt, ſi verò hebetis,
plus.

10 10. Acceptô clyſtere æger cu-
bet in dorſo, ſi lumbi dolent, aut
in latere, ſi latus: aut in ventre, ſi
venter.

11. 11. Quando enema injectum
non operatur ob virtutem ſenſiti-
vam hebetem, tum ſuppoſitoria
attrahentia clyſterem adhibean-
tur.

12 12. Enemata admodum condu-
cunt, & ſunt nobiliſſima, & utiliſ-
ſima, in omnibus paſſionibus &
affectibus capitis.

13. Si catharticum ſatis diu ene- 13
ma æger non retinuerit, ordinetur
ſtatim aliud, & ſi etiam hoc ſubito
exierit, illicô tertium: non enim
ſunt cogendi ægri, ut retineant,
ſed alia ordinanda.

14. Duo enemata vulgariter 14
unâ die adminiſtrentur, aut ad
ſummum tria, ultra quod non fa-
cilè, aut raro eſt procedendum,
ſintque ad minus quatuor horæ
inter unum & alterum.

15. Si autem unum enema benè 15
fuerit operatum, & virtus extet
debilis, ſit hoc unô contentus.

16. In Epilepſia, Apoplexia, 16
Spaſmo, Paralyſi &c. communiter
clyſteriis acribus utendum, mo-
do non adſit unum aut alterum,
quod impediat.

10. In dyſenteria propter ulce- 17
ra in inteſtinis, clyſteria ſint te-
pida, non calida.

18. In calculo Renum & Veſicæ 18
nihil præſtantius eſt, pro eductio-
ne ſuperfluitatum, quam clyſte-
res, ſed quantitas illorum debet
eſſe minor ſolito: Poſtea materia
ita evacuatâ, mundificata, & do-
lore quietatô, dentur diuretica.

19. Si in Vermibus vis applicare 19
enemata, nulla omnino olea ſunt

Digitized by Google

immiſcenda: quia vermes olea fugere ſolent.

20 20. Si quoq; enemata aliquot vel diverſa, uno eodemq; die exhibita, etiam ex fortiſſimis catharticis compoſita, nullius eſſent operationis, ſumatur aqua optimè & vehementer ſalita, & fiat enema, quod calidè applicetur. Hoc nunquam fallit: ſed cum magna peccantium excrementorum copia ſemper redit, & eſt ſecretum magnum.

21 21. Quicunque habet difficultatem anhelitus, ad retinendum enema, omninò non eſt cogendus.

Et hæc ſunt, Lector amande, quæ è Schola Galenica de Clyſteribus afferre volui.

DE SUPPOSITORIIS, OLEIS, Unguentis & fotibus laxativis.

Suppoſitoria, olea, unguenta & fotus laxativus. ANtequam tractatui de purgantibus finem imponamus non minus utile, quam jucundum eſſe puto, ſi aliquid de ſuppoſitoriis, oleis, ungventis & fotibus laxantibus dicam.

DE SUPPOSITORIIS.

Suppoſitoria, ſive glandes, Græcis *βάλανοι*, ſunt medicamenta ſolida, quæ anno immittuntur, figura oblonga & tereti, inſtar glandis, vel candelæ cereæ, quatuor vel quinque digitos transverſos longa. Nam nimia longitudo vix utilis eſt: cum ſi facultatem expultricem irritare debeant, non præſtent id, niſi qua parte inteſtini recti extremum tangunt.

Verum enimverò glandes non ſemper in eundem uſum parantur. Frequentiſſimè quidem adhibentur, ut alvum laxent, facultatemque expultricem ſtimulent: interdum tamen ob alios quoque effectus. Cum ſcilicet ulcus eſt in inteſtino recto, ut detergeant, conſolidet & exſiccent: cum dolor adeſt, ut eum ſedent & demulceant: cum humores verſus ſuperiora ruunt, ut retrahant, & revellant: cum aſcarides adſunt, ut easdem interficiant.

Primo ſuppoſitoria ſeu glandes ad irritandam alvi facultatem expultricem adhibentur, & quidem variis in caſibus. Interdum enim æger eſt debilior, aut ea ejus ætas & conſuetudo, ut facilius ferat glandes, quam clyſteres. Deinde interdum ubi feces in alvo hærent, clyſterem glandi præmittere opus eſt, ut clyſteri via pateat. Tertio accidit nonnunquam ut clyſteres injecti non reddantur. Naturam itaque tum ad excretionem ſtimulare opus eſt. Quemadmodum etiam, ſi tardius operantur, & in alvo ſubſiſtunt: ubi quoq; glande immiſſa,

nati

Digitized by Google

nativa ad excretionem ſtimulari poteſt. Sæpe glande vel ſuppoſitorio utuntur, cum ob temporis brevitatem clyſterem parare non licet.

Sunt autem harum glandium tria genera: Lenes, quæ infantibus ſufficiunt, ex lardo, ficu inverſa, ſive hircino, bubulo, caulibus & radicibus betæ, braſſicæ, bliti, mercurialis, fiunt. Mediocres parantur ex melle ad craſſitiem cocto, ſtercore, muris nonnunquam addito, ex vitello ovi, ſale, & modico croci, & melle, ſapone albo. Fortiores componuntur ex melle, ſale, & ſpecierum purgantium pulvere, ut hieræ ſ. hieræ cum agarico, hieræ logadii, aloe. Fortiſſimi cum ſpeciebus ad ſuppoſitoria paranda convenientibus, pulvere ellebori albi, euphorbii, ſcammonii, turbith, colore cynthidis, ſale Indo, ammoniaco, nitro, felle taurino; quibus utimur tantummodo, cum facultas ſopita eſt, & à diſtantioribus locis retrahere conamur.

Parantur autem hoc modo. Mel coquitur ad ſpiſſitudinem, id eſt, eo uſque, ut digitis tractari poſſit: Cui aſperguntur alia, quibus opus. Salis nimirum communis ℈ß. vel ℈j. gemmæ ℈j. ſpecierum purgantium mitiorum ℈i. fortiorum ℈ß. ſuccorum ℈ß. pro ℥j. mellis. Hinc ex maſſa cylindri vel pyramides quaſi, digiti minimi craſſitie, formantur, & oleo ſeu butyro recenti illinuntur. Nonnunquam filum alligatur, ut pro arbitrio extrahi poſſint.

EXEMPLA.

℞. *Mellis concreti* ℥ß. vel ℥j.
ſalis communis vel foſſilis ℈iß.
Miſce & formetur Glans,

VEL.

℞. *Mellis concreti* ℥ß. vel ℥j.
ſalis communis ℈ß.
ſpec. hier. pier. vel aloes vel agarici ℈j.
Miſce & fiat ſuppoſit.

ALIUD.

℞. *Salis communis vel gemmæ* ℈ß. *vel ſtercoris muris vel ſpec. hier.* ℈ß.
mellis ℥j.
Fiat ſuppoſitor.

VEL.

℞. *Mellis crudi* ℥ij.
ſpec. hier. pier. gal. ſalis commun. ℈j.
Coque mel & ſpeciebus ac ſale adjectis, F. ſuppoſitor.

ALITER.

℞. *Pulv. agarici.*
colocinth. aa ℈ß.
hieræ pier. ſalis gemmæ aa ℈j.
mellis q. ſ.
F. ſuppoſitor.

ALITER.

℞. *Mellis ad ſpiſſitud. coct.* ℥ij
pulv. helleb. alb. ſcammonii, ſalis gemmæ aa ℈j.

Miſce. F. ſuppoſitor.

VEL

℞. *Spec. diaturbith. cum rhabarb.* ℈iſs.
hier. pier. gal. ʒß.
pulv. rhabarb. fol. ſen. aa ℈ß.
ſalis communis ʒß.
mellis concreti q. ſ.

F. Suppoſitor.

SUPPOSITORIA SICCA.

℞. *Aloes* ʒij.
pul. ſenæ. rhabarb. colocynth. aa ℈j.
rad. turbith. ℈ß.
ſalis commun. ʒß.
farinæ & mellis q. ſ.

F. Suppoſitor.

PULVIS AD SUPPOSITORIA SICCA.

℞. *Spec. hier. pier. Galen.* ℥iß.
pulv. colocynth. ʒvj.
hell. alb. pulv. ℥j.
ſalis commun. ℥iij.
farinæ frument. ℥xviij.

Cum vitello ovorum & melle deſpumato quantum ſufficit, fiant ſupppoſitoria.

NOTA.

Tametſi ſuppoſitoria ejuſmodi alvum ſollicitent ac ſedes remorantes evocent, ea tamen mulieribus gravidis non tuta exiſtere, prout nec iis quibus hæmorrhoides moleſtæ eſſe ſolent, his enim vel leviſſima ex ſolo melle, vitello ovi ac modico ſalis confecta ſufficiunt; quibus acuendis nonnulli Muſcerdam, hoc eſt, ſtercus murium pauca quantitate indunt.

DE OLEIS, UNGVENTIS, Linimentis & Potibus quibusdam laxativis.

℞. *Ol. abſinthii. rutæ* aa ℥iß.
fell. bubul. agnin. aa ℥ß.
pulv. colocynthid. hellebori nigri aa ʒij.

Coquantur ad conſumptionem humiditatis & colatura uſui reſervetur.

VIRES ET USUS.

Vel umbilico, vel inferiori ventri illinitur, quando alvus reſpondere nolit, etiam vermes necat.

DOSIS.

Quantum ſufficit pro illinendo toto inferiori ventre.

DE UNGVENTO LAXATIVO. alio.

℞. *Unguent. Agripp. dialthææ* aa ℥iß.
ol. amygd. dulce. butyri. majalis. pingued. anſerin. aa ʒiij.
pulver. colocynth. ʒj.

Spec.

ſpec. hier. picra.
ſalis aa ℈jß.
diagridii ℈j.

Miſce pro linimento in induratâ, & non reſpondente alvo.

DE LINIMENTO purgante.

℞. *Aloes epat. pulv.* ſemiunc.
pulv. colocynth. ℈jß.
ol. abſynthii, lumbric. aa ℥iß.
ceræ parum. ol. ſuccini gut iij.

M. S. Nabelſälblein.

DE LINIMENTO purgante alio.

℞. *Aloes, fellis tauri* aa unc. iß.
pulvis carthami ʒij.

Cum oleo liliaceo & pauxillo ceræ: Fiat linimentum per ventrem inferiorem purgans.

ALITER.

℞. *Ol. amygd. d.* ℥jß.
pingued. anſerin.
butyri majalis.
ungv. dialthæa aa ℥ß.
pulp. colocynth.
ſpec. hieræ. picr. Galeni
diagridii ana ℈jß.

Miſce pro linimento.

Linimentum hoc umbilico inunctum alvum movet ſine detrimento.

ALIUD UNGVENTUM laxativum.

℞. *Vngv. Dialthæa*
Agrippæ. aa ℥ij.
butyri majalis ℥j.
ol. amygdal. amar.
chamomyll. aa ℥ß.
ſpec. hieræ picræ Galeni ʒij.
pulv. turpeti
colocynthid.
ſalis communis aa ℈ii.
diagrid. ℈jß.
ceræ q. ſ.

Fiat ungventum ad movendum alvum.

DE UNGVENTIS purgantibus.

Unguentum Agrippæ Regis.

℞. *rad. bryoniæ* ℔. ij.
rad. cucumeris aſinini ℔ j.
ſcillæ ℔ß. *ireos* ℥iij.
rad. filicis *rad. ebuli.*
tribulorum aquaticor. aa ℥ij.
ceræ albiſſimæ ℥xv.
olei albiſſimi ℔jv.

Radices omnes iſtæ recentes inciſæ & contuſę macerentur in oleo per dies octo, deinde coquantur; poſtea exprimantur, & in colato oleo & expreſſo, reſolvatur cera, & fiat Unguentum ſecundum artem, Servatur ad annos tres. Hydropicis, omnibus corporis ædematis ſuccurrit. Nervorũ mala ſanat, urinam movet, extrinſecus illitum ventrem ſubducit doloriq; renum utile. *Nicolaus.*

UNGVENTUM de Colocynthide Avicennæ.

℞. *pul-*

Digitized by Google

℞. *Pulpæ colocynthidis* ℥jß.
turpeti.ſcamm.euphorbii. aa ℥j.
ſem. anethi. ſalis Indi.
myrrha. aloes.
fellis vaccini, ſalis Indi, nigellæ,
ſtaphiſagriæ montanæ, piperis,
zingiberis, myrabolanorum
citrinorum, mezereon. mirabolanorum belliricorum aa ℥jß.
amygdalarum ammoniaci.
opoponacis, ſerapini aa ʒvij.
baurac. ſulph. citrini aa ℥j. ʒvij.
fœnigraci, chamomillæ
ſem. lini .aa ʒx.

Liquefac ea quæ liquefiunt cum butyro vaccino: & infunde, quæ ex eis infunduntur in vino, & tere quæ ex eis ſicca ſunt, & cribella ea: deinde tere infuſa, & permiſce ea ſimul, donec fiat unguentum. Line ex eo ſtomachum & hepar: ipsũ enim facit deſcendere aquam citrinam. Et qui non poteſt bibere medicinam, lineat ipſum ſuper ſtomachum: quoniam ſolvet eum.

UNGVENTUM LAXATIVUM.

Nicolai.

℞. *Succi cucumeris aſinini, ſtillæ. cydaminis. rad. ebuli. medull. cord. ſambuci. lactis tithymali. lact. chamemillæ* aa ℥ij.
violarum, ſucci rad. cucumeris aſinini. Succi pomorum aſinini cucumeris. Polypodii ſucci, ſucci laureolæ, ſucci capill. Veneris, catapitiæ, fellis tauri, aloes hepaticæ aa ℥iij. *Diagridii* ℥iß.
Nucis vomicæ. Euphorbii ℥j.

Omnes ſupradictæ herbæ, & radices in menſe Maji colligantur. Conficitur ſic. Succos & catapuntias tritas cum ℔ iij. Olei ſex diebus, immiſce: ſeptimo vero die tandiu coque, donec ſuccorum quantitas conſumatur: tunc adde ceræ albæ, ℔ j. cum felle taurino, & cum ſpatula agitando, donec cera & fel liquefiant, & poſtea addatur pulvis terendorum. Ventrem laxat. Cum autem volueris inungere, poſt unctionẽ abſtineat ſex horis: valet etiam conſtipatis, & lapidoſis, nephriticis ſuper pectinem, & ventrem inunctum.

FOTUS LAXATIVUS.

℞. *Rad. hybiſci* ℥iß. *Folior. hybiſc. violar. malvæ. acanthi. parietariæ. mercurialis* aa M.ß.
ſem. lini. fœnu grac. pſyllii aa ℥ß.

Inciſa & contuſa dentur in charta. S. Fotus pro laxanda alvo.

ALIUS.

℞. *Rad. hybiſci. malvæ* aa ℥ij.
fol. malvæ. parietar. mercurial. bliti. biſmalvæ aa M.ß.
rad. turpethi. rhabarb.
pulp. colocynth. aa ʒij.
ſem. lini. fœnugræc. pſyllii aa ℥Mj.

Fiat ex inciſis & contuſis fotus,

F I N I S.

Digitized by Google

PHILIPPI GRÜLINGII

Tractatus Tertius

CHYMICO-MEDICUS

De

Tertio in medicinâ Univerſalis

Evacuationis Genere

Quæ fit

Per Urinam, Sudorem, Balnea, Fontanellas, Venerem, ſomnum & in ſenſibilem tranſpirationem.

FRANCOFURTI & LIPSIAE

Sumptibus Georgii Heinrici Frommanni, Bibliop.

Anno 1670.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO
AUTORIS
ad Benevolum Lectorem.

QVod ſub initium ſecundæ partis præfatus ſum, repetere hic & ad alia porrò applicare ab inſtituto alienata non eſt. Divini HIPPOCRATIS monitum ſeqvuti NATURAM QVÔ ILLA FERT, DICERE, ET QVÆ CONVENI-

Digitized by Google

UNT EVACUARE DEBEMUS. Non autem ad inteſtina ſolum ac ſtomachum ſpontanea eorum ſolutione benigna illa ſui conſervatrix defert, qvod ſibi noxium eſt, ſed ad urinæ etiam vias. Hinc Empyema pectoris melancholicas obſtructiones hydropem ſolutione per urinam & cum ea evacuatione puris humoris melancholici ſeri fuiſſe ſublata Practicorum loquuntur obſervationes. Non jam dicam aperientia qvæ communiter ita audiunt, haud meliora

dari,

Digitized by Google

dari, Diureticis, ſiquidem illa ultra primas vias in ipſa renum conceptacula penetrant, adeoqve hepatis obſtructiones omnium optimè reſerant, ut curationis hydropis uteri hypochondriaci mali ipſius qvoq; Scorbuti potiſsima ſpes ac ferè unica in diureticorum uſu ſit poſita. Idem de ſudoriferis habendum, neq; enim vitioſi humores tantum primas occupant vias, ſed digeſtionum reliqvæ ſordes habitum etiam corporis obſident, qvouſqve

purgantia plane non vix atq́ vix per conſenſum penetrant. Maſſa inſuper ſangvinis vitioſa colluvie infecta non æqvè purgantibus reſtaurari poteſt, aut etiam diureticis. Sudorifera adeoqve reqviruntur plurimorum morborum remedia, qvibus potiſsimum Febres jugulantur. Proximum itaq́ eſt, ut de tertio univerſalis evacuationis genere, ſudoriferis & diureticis, eorundemq́ genuino uſu nunc agamus addita his

Digitized by Google

ſunt, qvæ ad particulares eva-
cuationes per fontanellas &c.
ſpectant. Tu Lector Benevo-
le his qvoqve fruere.

Se-

Digitized by Google

Series Capitum
Partis hujus.

1. Qvid ſit urina, & qvis uſus ejus.
2. De Medicamentis urinam cientibus qvorum uſus hodiè eſt apud Practicos.
3. De ſudore.
4. De modo eliciendi ſudores.
5. Qvid ex ſudore prædicendum ſit.
6. De medicamentis ſudorem moventibus.
7. De modo utendi medicamentis exoticis.
8. De variis ſudoriferorum formulis.
9. De Balneis naturalibus.
10. De Balneis arte confectis.
11. De Fontanellis & veſicatoriis.
12. De inſenſibili tranſſpiratione.
13. De evacuatione per ſomnum.
14. De Veneris Exercitatione.

DE

Digitized by Google

DE EVACUATIONE PER URINAM.

ABſoluto ſecundo univerſalis vacuationis Genere, qvæ fuit doctrina de purgatione, ordinis ratio poſtulat, ut ad tertium evacuandi genus pergamus, & dicamus, qvomodo reliqvi humores, qvi adhuc reſtant, poſt venæſectionem, & purgationem per urinã ſudorem &c. evacuandi ſint.

QVID SIT URINA, ET QVIS SIT EJUS USUS.

CUm hîc de evacuatione per urinam dicendum ſit, nos principio, qvid urina, & qvis ejus uſus, explicemus, oportet.

Urina itaqve non eſt niſi ſanguinis aut humorum ſerum, in cava vena contentum, & à renibus attractum, atqve hinc per urinarios meatus in veſicam delatum. Vel brevius: urina eſt ſanguinis colatura, ſive ſeroſa ejus pars à renibus attracta.

Qvorum urinæ vaſa ſit. Ut hinc omnibus perſpicuum evadat, de iis, qvæ in jecore, Vaſis, renibus, veſica, ac meatibus urinariis ſunt, nullum plane neqve manifeſtum, neqve evidens haberi ſignum præter ſolam urinam.

Proinde ad judiciorum dignationem & prædictionem, qvandoqvidem concoctionem, aut cruditatem eorum, qvæ in vaſis continentur, oſtendat, ſummè conferre ſolet. Ut non temerè *Galenus de urinis lib. 1.* judiciorum tractationem inſtituerit. Qvapropter reprehenſione digni ſunt, qvotqvot in univerſum urinarum inſpectionem atqve cognitionem tanqvam incertam & inutilem damnant. Hac enim ratio- *Error eorum qvi urinæ inſpectionẽ prorſus contemnunt.*

Digitized by Google

ratione non tantum *Hippocratem* & *Galenum*, qvi multis in locis mentionem faciunt, tanqvam eos, qvi rem nullius uſus toties attigerunt, & interdũ ex profeſſo tractarunt, irrident, ſed & rationi & experientiæ adverſantur, qvæ urinarum inſpectionem plurimum in nonnullis morbis momomenti habere teſtantur. Atqvi jam dictis non minus reprehenſionem merentur magna noſtri temporis medicorum pars, qvi nullum non morborum genus ex urina cognoſci poſſe cenſent.

Niſi enim hanc perverſam atqve riſu dignam opinionem induiſſent, non ex urina, tanqvam olim ex tripode, de ſingulis corporis malis reſpondere in animum induxiſſent; Valde autem inepti ſunt, qvi ex urinæ inſpectione omnia prædicere conantur, qvòd ſcilicet inſcitiam aut verius ſtultitiam ſuam hac ratione omnibus planam faciant: eruditis primum & intelligentibus, ut qvi eorum duntaxat, qvæ in jecore, vaſis renibus, veſica, & urinariis meatibus ſunt, vitiorum notam eſſe urinam ſciant. Ut itaq; meritò ridendi videantur, qvi ex ſputo & iis malis, qvæ renes vel veſicam infeſtant, pronunciant: ita certè ii qvoqve riſu omnium digni ſunt, qvi ex urina de thoracis vitiis certi aliqvid prædicere nituntur. Plebeis etiam pulchrè ſe ridendos exhibent, dum non rarò ea ex urinæ inſpectione divinent, aut certò etiam affirmant, qvæ ſciunt eſſe vaniſſima. Proinde qvi pertinaciter hodiè etiam ſibi perſvadent, nihil non ex lotii inſpectione cognoſci poſſe, adeòqve imperitè multitudini hac ratione ſpe lucri, parum certò liberalis, imponere in delitiis habent, ii certè digni ſunt, ut novo etiam aliqvo elogio ornentur, & non ut olim ab Ariſtophone σκατοφάγοι: hoc enim epitheto avaros & indoctos olim medicos ille dignatus eſt: ſed potius ὑρογόται appellantur. Et rectiſſimè etiam in hos ipſos torqvebitur uſitatum vulgo convitium: *Stercus & urina, Medicorum fercula prima.* σκατοφάγοι. ὑρογόται.

Qvare eos, qvi veritatis amantes ſunt, artemqve ſine ignominia exercere volunt, hortamur ut legitimum urinæ inſpiciendæ uſum iterum introducere adnitantur, nec aliorum more illa ad ſordidum qvæſtum abutantur. Qvod facient, ſi ex illa tanqvam

ex

ex tripode deinceps vaticinare deſinent, & pro nota duntaxat unica & non qvidem omnium, ſed eorum, qvæ in jecore & vaſis ſunt, malorum corporis, utantur. Reliqvos impoſtores, ac ſtupidos aſinos, qvi pluris ſordidum qvæſtũ, qvem qvotidiè ex lotii inſpectione ac divinatione, cum ſumma ignominia conjuncta, faciunt, qvam veritatem ipſam æſtimant nihil moramur. Ut pote qvos ne Muſæ ipſæ, ut alicubi *Galenus* dixit, ſanare poſſint. Ad corvos igitur eant, qvi ex lotio de omnibus omnium partium affectibus ſeſe certa pronunciaturos temerè jactitant, & hac impoſtura præſtantium Medicorum titulum ſibi falſo arrogant, miſeriſqve ac ſimplicibus fucum faciunt, qvum venoſi tantum generis, partium jecoris, renum, atqve veſicæ, urinam indicium eſſe certiſſimum conſtet, aliorum minimè. Qvod autem ſeroſi humoris pars, *ὄχημα τροφῆς Hippocrates,* id eſt, vehiculum nutrimenti, vocat, ſanguinem craſſiorem in anguſtiora loca deducat, *Gal. lib. 4. & 5. de uſu part.* fuſiſſimè docet. Qvæ hîc obiter notare libuit, ſed ad rem ipſam. Porro hîc ſciendum per urinam & humor aqvoſus, qvi ex potu ſupereſt, ut antea innuimus, & cum ſanguine miſcetur, atqve, ut diximus, ὄχημα τροφῆς eſt, evacuetur & gibba Epatis pars, renes, veſica ac his inſervientibus vaſa purgantur: tamen etiam per eandem reliqvi humores attenuati, imprimis ſeroſi, pituita tenuior & bilioſus humor evacuari, ac univerſum genus venoſum & arterioſum purgari poteſt. Cum autem qvæ urinam movent paulatim & ſenſim evacuent: in illis morbis maximè conveniunt, in qvibus ſenſim & paulatim materiam evacuare utile eſt: in qvibus verò ſubita excretione & confertim facta evacuatione opus eſt, in iis hæc vix proſunt.

Per urinã evacuatio in quibus morbis cõveniat.

Non verò hoc loco prætereundum, differre medicamenta urinam cientia & διουρητικὰ propriè dicta. Urinam enim ciere genericum qviddam eſt, & plura ſunt, qvæ urinam movent. Qvædam enim id faciunt, qvod plurimum aqvoſæ materiæ ſuppeditent, qvæ cum à renibus attrahitur, ſimul etiam humores in venis educuntur. Talia ſunt vinum album, ſemina melonum, cucurbitæ, cucumeris. Qvædam urinam movent, qvod vim abſtergendi humo-

humores, qvi in renibus & viis ad eos ſunt, habent. Sunt & alia, qvæ utrumqve præſtant & aqvoſitatem plurimam ſuppeditant, ac vim abſtergendi habent, qvales ſunt qvædam aqvæ thermales. *Διυρήτικα* autem propriè ſic dicta ſunt medicamenta calida & ſicca, qvæ vim habent incidendi, feroſa à ſanguine ſeparandi, atqve in aqvoſam ſubſtantiam mutandi.

Neqve qvoties urinam movere opus eſt, qvodlibet ex his competit. Nam in renibus, veſica, & his miniſtrantibus partibus ſi humores craſſi evacuandi ſubſiſtant, competunt ſolum *διυρήτικα*. Nam ſi illa hic adhibeantur, qvæ ſolùm urinam augent, obſtructiones ita augerentur; Ita hydropicos juvant *διυρήτικα*: qvibus ſi illa urinam moventia & aqvoſitates augēdo qvis velit propinare, valde eos læderet. Sic etiam tum competunt *διυρήτικα*, ubi in venoſo genere hærent humores craſſi: eos enim attenuare & per urinas educere valent. Qvæ verò ſolum urinam movent, aqvoſam ſuppeditando materiam, iis conveniunt affectibus, qvi ex craſſis & aduſtis humoribus ſunt.

Hos enim, commixtione aqvæ ſubſtantiæ, fluidiores reddunt. In hoc tamen etiam auxilii genere permittentia & prohibentia conſideranda ſunt. Vires qvidem facilè hanc evacuationem ferre poſſunt, cum non tantum earum robur, ut ad venæ ſectionem, purgationem, aut vomitum reqviratur: modo ita adhibeantur, ne plus damni, qvam commodi inde in ægrum redundet. Itaqve primò humores evacuandi perpendendi.

Permittentia & prohibentia in evacuatione per urinam

Humor enim multus & copioſus commodo per urinam non evacuatur: nam mens eſt, ne ſui copia, dum ad vias anguſtas ruit, eas obſtruat, & ſibi & aliis tranſitum intercludat. Qvapropter cum vel in univerſo corpore, vel circa epar multi humores pravi hærent, prius per alvum inſtituenda eſt purgatio. Conveniunt etiam minus diuretica calidis & ſiccis affectibus, ut febribus ex calidis humoribus, tabidis & macie confectis. Diuretica enim calefaciendo & ſiccando malum augerent, qvinimo diuretica pingvedinem qvaſi liqveſcere faciunt atqve ſic qvidem continuo diureticorum uſu moleſtā obeſitatem fuiſſe ſublatam refert *Foreſtus*. Neqve enim urinæ

pro-

provocatio utilis eſt, ſi renes veſica, & huic deſtinata vaſa evacuationi, ac viæ vel exulceratæ, vel inflammatæ ſint, aut ſimili vitio laborent.

Non enim convenit humores redundantes in reliqvo corpore ad partem aliqvam affectam & debilem movere.

Tempus exhibendi evacuantia per urinam. Tempus propinandi medicamenta urinam cientia qvod attinet, in morbi initio ea vix convenire, ſciendum eſt: Nam cum in morbi principio materia plerumqve ſit copioſior, qvæ utiliter per urinam evacuari non poteſt: commodum eſt, differre hæc medicamenta, donec materia non nihil minuata ſit; movent enim non permovent diuretica adeoqve præparare potius videatur materiam qvam ut eam evacuent, id qvod purgantium uſu commodè fieri poteſt.

DE
MEDICAMENTIS URINAM CIENTIBUS, QVORUM USUS HODIE EST APUD PRACTICOS.

AQVA E NUCLEIS PERSICIS.

Aqva ex nucleis perſicis. AQva ex nucleis perſicis & cum Vino generoſo per dies 6 maceratorum & deſtillat. per B. M. vel per ciner. utile eſt diureticum.

DOSIS.

Doſis. Cochl. 1. exhibitum efficaciſſimum eſt.

VINUM DIURETICUM.

Vinum diureticum. Silices albiſſimi è flumine collecti igniti in vino generoſo extinge toties, donec plane in pulverem redacti fuerint. Vini per filtrum trajecti hauſtus unus, ſubito expellit urinam propter ſal ſilicum.

OLEUM CERÆ.

Oleum ceræ. Oleum ceræ gut. ij vel iij aut iiij in aqv. urtic. major. urinam pellit fortiter. Regio renum ſimul inungatur oleo de lateribus, ſcorpion & ceræ.

Olei ceræ qvomodo deſtilletur docet *D. D. Sennertus in inſtitution. ſuis* ubi agit *de oleis deſtillatis.* Item *Beguinus in ſuo Tyrocinio Chymico ſub eodem titulo.*

Sal ſuccini volatile.

SAL SUCCINI VOLATILE.

Inter deſtillandum Oleum ſuccini prodit ſal ejus qvod ſeorſim excipiendum & probè ab 🜄 fœtido depurandum eſt. Vide *Notas in Crollium*.

Sal ſuccini fixum.

SAL SUCCINI FIXUM.

Fixum ſal ſuccini fit ex capite mortuo poſt deſtillationem Olei in fornace figulino calcinato & è calce Salis extract.

Doſis.

DOSIS.

Doſis à gr. v ad ℈ß vel ℈j.

Spiritus ſalis.

SPIRITUS SALIS.

Spiritus Salis præſertim è ſale marino deſtillatus cum aqvis urinam moventibus ad gut. X. vel XX. cum aqv. fontan. aut petroſelin. excellens eſt diureticum.

Spiritus nitri.

SPIRITUS NITRI.

Spiritus Nitri qvem admodum & Nitrum ipſum eadem doſi cum aceti partibus duabus urinam pellit. Utriusqve autem Spiritus deſcriptionem habebis in *Florilegio meo Chymico* nuperrimè edito hujus *pag. 283.* Illius *pag. 353.*

Tinctura Tartari.

TINCTURA SEU SULPHUR TARTARI.

Tinctura ſeu ſulphur tartari qvando ad gut. iiij. exhibetur cum vino vel alio liqvore vehementer pellit per urinam, & qvod mirari licet alvi ſegnitiem vel ex medicamentorum uſu, vel à natura contractam mirificè reſtituit. Vide *Pract. Chymiatricam D. D. Hartmanni pag. 114.* Item ipſius *notas ad Crollium pag. 253.*

Julepus diureticus.

JULEPUS DIURETICUS.

℞. ⊖ *Brunell.* ʒß *ad* ʒj.
Aqv. ononidis
Petroſel.
ana ℥iij *vel* ℥iiij.
Syrup. è floribus ononidis præp. vel Violar. vel de ſucc. borrag. aut Limonum ℥j.
Miſce fiat julepus.

Oxymel diureticum.

OXYMEL DIURETICUM.

℞. *Radic. Valerian.*
vincetoxic.
eryngii ana ℥j.
petroſelini
fœnicul. ana ℥ß.
Herb. origan.
Veronic.
ſcabioſ.
marrubii ana M*j.*
Sem. aniſi
fænic. ana ʒij.
Flor. ſambuci
geniſtæ ana p. iij.
Mel. colat lib. ij.
Aceti ſqvillitici
Aqv. fontan. lib. iiij.

M.

M. lente ebulliant & ſtent in loco calido cooperta per dies octo, coque & exprime. Fiat lege artis Oxymel.

DOSIS.

A ℥j ad ℥iß vel ℥ij.

SPIRITUS DIURETICUS.

Spiritus diureticus.

R. Radic. vincetox.
Valerian.
Pimpinell.
ana. ℥j.
Liquiritiæ
Herb. Beton.
Capil Veneris ana Mj.
Sem. bardan.
Milii Solis
Fœniculi
Aniſi
Bacc. juniper.
ana ʒij
Fruct. alkeken. no. x.
Flor. gæniſtæ p. ij

Vini albi q. ſ. ſtent aliqvandiu in infuſione in loco calido Diſtillentur ſecundum artem.

VIRES ET USUS.

Vires & uſus.

Eſt efficax Diureticum, qvod morbidam illam materiam excernit, per veſicæ & renum meatus urinam movendo.

DOSIS.

Doſis.

Datur à cochleari j ad duo vel plura, prout morbus reqvirit.

OXYMEL DIURETICUM ALIUD.

Oxymel diureticũ aliud.

R. Mellis deſpumati ℥xv.
Aceti
Aqvæ ana lib. ij.
Radic. raphan. ℥j
fænic.
apii
petroſel.
geniſt.
Aſari
Leviſtici ana ʒiij.
Sem. dauci ℥ß
Aſpar.
Ruſci
ana ʒij.
Coriander. præp.
Cymini ana ʒß.
Coqvantur ſ. a.

VIRES ET USUS.

Vires & uſus.

Noſtris non eſt uſui. Urinam tamen impeditam & calculos renum promovet. Ambroſius Jung. Senior.

DE

Digitized by Google

DE SUDORE.

De ſudore. AD claſſem univerſalium evacuantium, pertinent qvoqve ἱδρωτικὰ, à nonnullis etiam διαφορητικὰ dicta, ſudorem provocantia; urinam cientibus valde cognata. Eadem ſæpe materia & urinam & ſudorem provocare poteſt: urinam ſi renes ſint calidiores, cutis verò denſa, materiaqve conſideat in Epatis convexo, atqve inclinationem & propenſionem habeat ad renes: ſudorem verò ſi renes ſint frigidiores, pori cutis rariores, materiaqve in venis cuti propioribus reſideat, & ad eas inclinationem habeat, qvò ſpectat, qvod *Galenus* hinc inde aſſerit urinam cum ſudore eandem materiam habere, qvæ ex bibito humore ut vocat conſtat, adeoqve paucā reddunt urinam, largius ſudant & avibus natura propterea glandulas, ut docent Anatomici dorſo interius appoſuit, ut exiis & loco urinæ ſudor extillet. Sunt ergò ipſa calida ac tenuis ſubſtantiæ. Calor enim cum tenui ſubſtantia conjunctus in penitiores corporis penetrat, & humores incidit, attenuat, rarefacit, & qvicqvid obvium eſt, ſecum defert, & in ſumma corporis impellit. Sunt autem talia:

Carduus benedictus, Capillus Veneris, radic. fœniculi, apii, petroſelini, bardanæ, pimpinellæ angelicæ, tormentillæ, zedoariæ, chinæ, flores chamomillæ, ſaſſaparilla, lignum guajacum, ſaſſafras, terra ſigillata, cornu cervi, rob ſambuci, bezoardicum minerale, ſimplex & cum Auro, item bezoardicum animale, Antimonium fixum ſeu diaphoreticum & Sulphur Antimonii fixum, & multa alia, de qvibus infrà. Deinde ad ſudorem etiam ciendum conducunt Balnea omnis generis &c. Et ut evidentius rem declaremus; notandum & obſervandum eſt, qvod qvando natura per has vias, qvas hactenus expoſuimus, materiam morbificam commodè expellere non poteſt, aliam adhuc habet, per qvam eam evacuat, nimirum poros cutis per qvos non rarò, concitatis ſudoribus noxios humores expurgare ſolet. Sudor enim & ipſe totum corpus evacuare poteſt. Etiamſi enim primò è corpore ambitu & habitu evacuat humores, tamen etiam

Vid. Loſſ. Sennert. p. 886.

Sudor à [illegible]

etiam

etiam è reliqvo corpore, & primo qvidem è venis & arteriis majoribus, deinde & aliis partibus omnibus evacuare poteſt, è qvibus nimirum humores commodè ad venas, & hinc ad ambitum corporis propelli poſſunt; Nam ex cavitatibus Ventriculi, inteſtinorum, uteri & ſimilibus commodè ad habitum corporis non detruduntur, & ſunt aliæ viæ, per qvas ex iis longè facilius evacuantur.

Qvi humores per urinam evacuentur.

Idem autem humor, qvi per urinas evacuatur, etiam per ſudores expelli poteſt. Humor nimirum aqvoſus. Hic enim non totus à renibus attrahitur, ſed portio qvædam ejus, ut eo ſanguis qvaſi diluatur, & commodius in totum corpus diſtribui poſſit, relinqvitur in venis, qvi poſtea munere ſuo defunctus, vel inſenſibiliter exhalat, vel per ſudores è corpore emittitur. Neqve diverſus eſt humor aqvoſus ille ſerum veteribus dictus à lymphâ de qvâ moderni agût Anatomici. Deinde per ſudorem etiam evacuari poteſt humor qvilibet tenuis bilioſus; ſicut & alii ſi attenuentur: ſicut videmus naturam in febribus è putridis humoribus qvibuscunqve etiam utiliter ſudores movere & morbi reliqvias per eos diſcutere. Unde etiam in inveteratis & frigidis affectibus, ut deſtillationibus diuturnis, paralyſi iſchiade & aliis articulorum doloribus ſudores utiliter arte provocantur.

Permittētia evacuationem per urinā.

Videndum taman etiam hîc, qvid vires permittant. Efficax enim hoc eſt remedium, & vires robuſtas reqvirit; cum apertis cutis ſpiraculis ſpirituum & calidi aliqvid diſſipetur, & certè niſi dextrè adhibeatur, vires dejicit, corpus diſſolvit, & tabefacit, morbumqve & ſymptomata augere, & multiplicare poteſt. Inprimis calidi & bilioſi, minus & non diu ferunt ſudores, neqve valida valde ipſis conveniunt, cùm in iis facilè per vehementiora diutius adhibita; aut calidiora ſudorifera, epatis aut aliorum viſcerum intemperies, febres, & totius corporis evacuatio ſeqvi poſſit.

Prohibet etiam ſudoris provocationem materia multa; metus enim eſt, ne ad cutim delata exigua ejus ſpiracula occludat, & ita putredinem vel gignat, vel augeat.

Qvantum per ſudores evacuandum.

Qvantitatem ſudoris qvod attinet, videndum ne ſimus nimii in ſudore provocando.

Sudor enim, ſi nimis copioſus ſit, vires valde labefactat, corpus exolvit & tabefacit, ut paulò antè diximus. Qvapropter ſæpius mediocriter movere ſudores commodius eſt, qvam ſimul ac ſemel, ſicqve modum excedere, vires proſternere. Qvod & ipſum natura facit, qvæ univerſam materiam uno ſudore non expellit, ſed pluribus. Aptum autem, ut ex ſuperioribus patet, ſudoribus provocandis tempus non eſt principium morbi.

Qvo tempore morbi ſudores provocandi.

Tunc enim plerumqve ſunt multi humores & craſſi, & ita non ſunt apti, qvi per ſudores evacuentur, ideoq; poſt univerſalem corporis purgationem ſudorifera adhibere commodius eſt; Nam cum ſudor tenues & fluxiles magis humores expellat; metus inſuper eſt, ne, ſi univerſalis purgatio non præceſſerit, tenues ſolum humores evacuentur, & craſſi in corpore reliqvantur, atqve ità difficilior poſtea fiat purgatio. Tempus particulare verò ſi conſideremus, tum aptiſſimum eſt ſudores provocare, qvando cibus jam concoctus eſt; ſudor enim ſi provocetur crudis humoribus hærentibus in venis, ii in univerſum corpus raperentur; unde plurima mala ſeqvi poſſunt. In morbis acceſſiones habentibus commodius tempus eſt paroxyſmi declinatio. Nam ſic medicus naturam auxiliatricem habet, qvæ & ipſa humores ad ambitum corporis tum trudit.

Inprimis verò utiliter adhibentur medicamenta ſudorem cientia in peſtilentibus morbis & omni maligna materia, per qvæ maximo ægrorum commodo, maligna, peſtilens ac venenoſa materia ab interioribus & cordi vicinis locis ad ambitum corporis propellitur, & per ſudorem evacuatur. Sudorifera autem, qvæ in talibus morbis adhibentur, ſint de numero alexipharmacorum, ut ſimul venenum infringere ac debilitare poſſint. In qvibus exhibendis opus non eſt omnes illas conditiones, qvæ in aliis morbis, in ciendis ſudoribus neceſſariæ ſunt, obſervare, cum peſtilentium ac venenatorum humorum longè alia, qvam aliorum, ſit ratio. Cum enim venenata, maligna, ac peſtilens materia nullam coctionem & præparationem recipiat, & niſi mox evacuetur, hominem in certum vitæ diſcrimen adducat; ſtatim in principio morbi ſudorifera illa alexipharmaca

maca adhibenda. Neqve etiam virium debilitas nimium metuenda. Nam cum vires à venenata malignitate opprimantur, tantum abeſt, ut, poſteaqvam per ſudores venenum expellitur, vires debilitentur, ut etiam poſt ſudores, veneno diſcuſſo, vires plerunqve reddantur fortiores.

DE MODO ELICIENDI SUDORES.

Sudoris eliciendi modus.

Elicitur ſudor variis modis vel medicamentis intrò ſumptis, vel externis mediis nimirum ſicco calore balnei laconici, de qvo infra dicemus, ignitorum lapidum, arenæ calidæ, ſolis, & exercitiorum. Commune enim illis omnibus eſt humorem corpori immerſum atqve redundantem, præſertim aqveum frigidumqve, elicere conſumere. Qvare nonnulli ferventiſſima arena, maximaqve marina, qvæ & ſalſedine & ariditate cæteris præſtat, corpus defodiunt, qvæ & ſiccitate & levitate ſua ſitientiſſima humiditatem & calore frigus corporis abſumit. At ita ut adſint miniſtri neceſſe eſt, qvi continuò novam arenam æſtuantemqve corpori adjiciant, & corpus circumvolvi debet ac certis intervallis inverti, ut undiqve arenæ commodis fruatur; Verum ſicubi arena maritima deſit, fluviali pro ea uti licebit, ſed corio denſo inſtrato: propterea qvod & hæc ipſa ſit, & ejus aër, ab evaporationibus humidior, & corio ſubjecto cum incaleſcit, à ſole acrius, tum à vicino alveo minus commadeſit. In qvibus tamen hoc ſtudiosè obſervandum ſit, non aridis corporibus, ſiccis morbis, febribus, humoribus exiccantibus & calidis, imò ne frigidis qvidem omnibus, niſi vitio jam inclinante, aut certè neqve cum craſſis, neqve cum lentis humoribus conjuncto, qvicqvam horum, qvæ arido calore opem præſtant, congruere. Id qvod monendum eſſe duximus, ne arida vitia nimium exiccarentur, & ne calida inflammarentur, atqve ne craſſa lentaqve abſumpta tenui parte, admodum inſpiſſarentur.

Ferventi arena ut eliciendus ſudor.

Qvibus ſicco calore ſudor non eſt eliciendus.

 Qva-

Qvapropter declinantibus ja m frigidis humidisqve affectibus qvæ planè aqveis à cauſis ortum habent, tutò commodeqve ſuperiora, & ſicco calore opitulantia, uſurpabuntur. Alii ſunt, qvi ſe ſoli æſtuanti objiciunt, atqve ita ſudores eliciunt, qvæ res hydropicorum maximè humores elicit. Sudor præterea, qvæ hactenus expoſita ſunt, etiam fomentis provocatur, qvæ multis modis qvoqve inſtitui poſſunt. Simpliciſſima verò fit, cum linteis calefactis ſudor elicitur. Calor enim laxat, aperit, evocat, attrahit diſcutit, poſtqve plerunqve ſudor ſeqvitur. Proxima ſunt, cum linteo aliqvid retinendo calore, movendoqve accommodatum involvitur. Qvæ ſi arida expetas, milium eſſe poteſt facilè, omnium enim ſvaviſſimum eſt, aut ſuccedunt defrixi furfures, deinde arena, tum ſal qvoqve. Qvæ & torreri omnia, & linteis ſacculisve includi arida, calidaqve, vel aqvæ cuipiam aptæ, calidæqve immergi, corporiqve identidem applicari poſſunt. Duriora fortioraqve ſunt, lateres, æra, ferraqve pannis linteisqve ſimiliter involuta. Sin minus arida deſiderentur, oleo calido, aut aqva calida utrem, aut vaſculum æneum, teſtaceum fictilevè veſicamqve implere & corpori adhibere convenit. Sudorem qvoqve elicit Chamæmelum aridum, tritumq; & oleo inſperſum, ſi ſummæ cuti validè infricetur. Item ſeſeli, pyretrum, aniſum, ſimiliter oleo inſperſa faciunt. Nitrum etiam toſtum, & non omninò tenue, cum oleo infricatum efficax eſt. Si humidiora expetantur, lana, aut ſpongia in aqvam ſimplicem, calidamqve, aut herbis, radicibus, ſeminibus, aliis idoneis rebus incoctis mixtam immerſa, competit. Ad hæc ſalis flos oleo temperatus & liqvor Cyrinaicus aqva dilutus corporiqve infricatus, referri debet. Pari modo calamintha & pota cum mulſa, & extrinſecus cum oleo infricata conveniunt. Cæterum, fomenta illa in morborum declinatione ante omnem cibum, veteriqve eſca jam probe concocta, nec excrementis ullis intus abditis ſecuriſſimè & commodiſſimè applicantur. Sic arthritidi jam inclinanti, ſic colico dolori, ſic pleuritidi magno compendio ſuccurritur. Sic aliàs manibus, pedibus, lateribusqve calefactis, ſudor toti corpori excitatur. Sic deniqve cruciatus viſce-

Fomentis qvomodo ſudor provocetur.

Fomenta qvo tempore morbi adhibẽda.

In eliciendo ſudore virtutis ratio habenda.

viſcerum diſcutiuntur. Porro in eliciendis ſudoribus, ut in omnibus etiam aliis evacuationum generibus, unicè cavendum erit, ne is immodicus ſit,& vires planè dejiciat. Atqve hinc eſt, qvod *Hippocrates in Epidemiis* non temerè monuerit, ut in ſudore provocando Medicus, conſideret, ne nimium eliciendo, & immodicè vacuando vires deficerent,adeoqve æger in ſummum vitæ perducatur,qvemadmodum accidit, cum ſudorificæ febres, Anglicum ſudorem vocabant per omnem Germaniam anno Chriſti milleſimo qvingenteſimo vigeſimo nono, autumno potiſſimum, graſſarentur. Qvippe tum imperitorum medicorum, operâ non ſolum plebei, ſed & potentes multi immodica ſudoris promotione interemti ſunt; Qvæ autem & qvalia ex ſudoribus prædici poſſint per ſeqventia Indicabimus.

6. Epid. Sect. 4. Aph. 21.

Medicorũ inſcitia in Anglico vocato ſudore curando.

QVID EX SUDORE PRÆDICENDUM SIT.

Sudor duplex eſt.

Sudorem eſſe excrementum ejus, qvæ in ſingulis animalibus partibus fit, concoctionis, *Galenus lib. 1. de tuenda ſanitate*, demonſtravit. Qvapropter in humorum qvi in univerſo corporis habitu abundant,nota eſt, atqve eos,qvi illic ſunt affectus, demonſtrat. Duplicem autem ſudorem eſſe ſciendum eſt. Qvi cum ſignis judicationis excernitur, *judicatorius* nominatur. Qvod verò citra judicationis ſigna educitur, ſymptomaticus dicitur.

Judicatorius. *Symptomaticus.*

Sudores boni.

Prior bonus eſt,alter verò malus. Qvi autem bonus,qvi contra malus, *in prognoſticis Hippocrates luculenter* monſtravit his qvidem verbis: *Sudores in omnibus acutis morbis optimi ſunt: ſi in diebus decretoriis proveniunt, & febrem prorſus auferunt. Boni qvoqve qvi è toto corpore manant, faciuntq́; ut homo facilius ferat morbum. Qvi vero nihil eorum effecerint, haudqvaqvam commodi videntur. Peſſimi autem ſunt frigidi,& qvi circa caput tantum, & faciem, & cervicem oriuntur. Iſti enim cum febre qvidem acuta mortem: cum mitiori verò morbi longitudinem enunciant.* Hæc ille. In qva utiqve ſententia omnes ſudorum

1. Progn 29.

dorum

Digitized by Google

dorum differentias complexus eſt *Hippocrates*, nempe optimum, peſſimum, bonum & malum. Ad hos enim alii omnes referuntur. Prædictas autem differentias diſtinguit ratione *diei* in qva fiunt, *loci* per qvem excernuntur, qvalitatis & tolerantiæ. Dies optimi decretorii ſunt dum integrè febrem ſolvunt. Atqve has duas optimi ſudoris notas, tertia qvam *Hippocrates* qvod neceſſariò priores conſeqvatur, præter miſit, ut toto è corpore manet, neceſſario ſeqvitur: fieri enim non poteſt, ut ſudor judicatorio fiat die, & ægro febrem prorſus adimat, niſi è toto exeat corpore. Qvoad locum, boni ſint ſudores, qvi toto corpore prodeunt, & partem aliqvam morbi adimunt, adeoqve ut æger facilius ferat morbum efficiunt. Mali qvi nihil eorum effecerint, præſertim ſi una etiam parte fluxerint meliores, tamen ſunt illi, qvi morbum reddunt tolerabiliorem, qvamvis toto corpore non diffluant: deteriores verò, à qvibus ingraveſcit morbus, & ſi toto corpore ſudetur. Cæterùm omnes ii ſudores calidi ſunt, eamqve ob cauſam, dum tres eos ordines ſtatueret *Hippocrates*, idipſum non expreſſit: qvippe qvi ea, qvæ neceſſario aliqva conſeqvuntur, qvæqve facilè ex eorum, qvæ ſubjiciuntur, oppoſitione intelligi poſſunt, prætermittere conſvevit.

Optimus ſudor.

Peſſimi autem ſunt, qvi prioribus opponuntur, frigidi. Atqve ſic *qualitatem* diſtinguit. Porro ſimul cum peſſimis ſudoribus malos etiam commemorat, qvi circum caput tantum & faciem, & cervicem oriuntur, etiamſi frigidi non ſint: Hi namqve animi deliqvium minitantur. Qvi ſanè in partibus iſtis, ſi frigidi videantur, omnium peſſimi ſunt. neq; enim amplius futuram ſyncopen, ſed jam incipientem oſtendunt. Cæterùm ex *febris vehementia* etiam diſtinguuntur ſudores. Nam qvando febris acuta eſt, tàm frigidi illi ſudores, etiamſi toto corpore prodeunt, qvam alii, qvi cervicem tantum atqve caput, qvamvis forte calidi occupant, perniciem adferunt. Sin mitis eſt, tandem vires vitioſos humores ſpacio concoqvere poterunt, modo ne prius vehementiæ febris peſſundentur. Hæc omnia fuſius & planius declarant *Aphoriſmi Medicorum*, præſertim *Hippocratis & Galeni*, qvos priori-

peſſimi.

Digitized by Google

prioribus de ciendo ſudore regulis annectere licuit.

1. 1. Sudores non ſunt provocandi, niſi corpore probè evacuato.

2. 2. Calidis & bilioſis Diaphoretica, præſertim qvando valdè calida, minus conveniunt, cum ex ipſorum uſu, Epatis, & totius corporis inflammatio ſeqvi poſſit.

3. 3. Diligenter attendendum, ne ſimus nimii in provocando ſudore, ſudor enim ſi nimis copioſus ſit, vires valdè labefactat, corpus exolvit, & tabefacit. Qvapropter ſæpius mediocriter ſudores movere, commodius eſt, qvam una vice, qvæ modum excedat, vires proſternere. Hinc à tota janua aberrare videntur ii, qvi dicunt, ægrum graviſſimo morbo laborantem oportere, ſtragulis undiqvaqve tectis ad horas 4. vel 5. continuè ſudare, ubi tamen binas ad ſummum horas, pro una vice ſudare ſufficere, natura & experientia docet.

4. 4. A ſudore horror non bonum.

5. 5. Sudores ſaluberrimi cenſentur in omnibus acutis morbis, ſi in diebus decretoriis oriantur, febremqve finiant, aut ubi toto corpore æqvaliter inſudante æger morbum facilius ſuſtinere videtur. Contra inutiles, qvi id efficere non valent.

6. Sudores omninò peſſimi ſunt frigidi, & ubi corpus duntaxat & facies, aut cervix inſudat, 6. qvippe qvi in acutis qvidem febribus mortem, in mitioribus vero morbum diuturnum ferè ſignificant.

7. Qva corporis parte ſudor, ibi morbus. 7.

8. Sudor multus per ſomnum factus, copioſiore cibo corpus 8. uti ſignificat. Qvòd ſi parcius accidat hoc, vacuatione indigere ſciendum eſt.

9. Sudor multus calidus, aut frigidus ſemper fluens humiditatem 9. in robuſto qvidem supernè imbecilli verò infernè vacuandum eſſe demonſtrat.

10. Sudores in diebus judicatoriis ſi fiant, periculoſi, præſertim 10. qvi ex fronte tanqvam guttæ, & fiſtulæ ſalientes pelluntur, frigidiqve valdè & multi; neceſſe enim eſt talem ſudorem multa vi & labore & longa expreſſione exire.

11. Sudor non eſt provocandus, donec corpus probè ſit evacuatum, hoc eſt in declinatione. 11.

12. 12. Qvando aliqvis ſudat immodicè, tum ſudor neqvaqvam frigidis abſtergendus; ſic e ni m pori obſtruuntur, ut nihil ſudoris amplius ſuccedere poſſit.

13. 13. Qvidam lento ſudore madeſcunt, & hoc fit ob nimiam ſanguinis tenuitatem, ac pororum raritatem.

14. 14. Qvotiescunqve ſudaverint tunica induti, maximè graciles, expedit mutare tunicam, ne corpus lædatur infrigidato ſudore.

15. 15. Qvæ dantur in formâ ſolida, ut ſunt pulveres variorum generum, ad ſudandum, non citò operantur, ergò ipſis liqvida, ut ſunt aqvæ aliiqve liqvores, meritò præferenda, utpote res, qvæ minus concoctione & digeſtione in ventriculo indigere ſoleant.

16. 16. Qvibuscunqve Sanguis phlegmaticus, & viſcera ſunt naturaliter ſicca, calida & robuſta, his phlegmatica ſuperfluitas ad cutim copioſè propellitur, & candida morphæa ſæpius maculatur. Hoc autem illis præcipuè contingit, qvibuscunqve crebro ſub veſtibus ſudor concluditur.

17. 17. Sudor multus, frigidus calidusvè ſemper fluens; frigidus graviorem, calidus minorem morbum ſignificat.

18. Patiens facto per aſſumptionem diaphoreticorum, ſufficienti ſudoris elicio, retecto ſeu aperto, in qvo recumbit, lecto non nudum corpus aeri frigido objiciat. Sed linteis moderatè calidis & ſiccis, ſudorem undiqvaqve ab omnibus corporis partibus blande abſtergendo, qviete in lecto novis lodicibus conſtrato, ſe contineat, omnemqve auræ frigidæ appulſum vitet. 18.

19. Non durante, vel peracto ſudore, ſi ægrotantium vires fortè fatiſcant, easdem cordialibus medicamentis reſtaurare non negligamus. 19.

20. Tempus aptiſſimum eſt ſudores commovere, niſi neceſſitas aliud imperet, qvando cibus percoctꝰ eſt; Sudor enim ſi provocetur crudis humoribus in venis hærentibus li in univerſum corpus rapiuntur, unde plurima mala ſeqvi poſſunt. 20.

21. Qvidam ſanguinolento ſudore madeſiunt, & hoc fit ob nimiam ſanguinis tenuitatem & pororum raritatem. 21.

Præter hæc hîc qvoqve notandæ ſunt cauſæ ſudoris præter naturam: Ergo ſciendum hîc ſudorem ſuas mutationes in qvalitatibus, accipere ab humoribus, qvi

qvi in univerſo corpore abundant. Sudores enim calidi fiunt ob calidos humores, vel dum humores incaleſcunt, & præcipue dum materia evicta, attenuata & cocta eſt.

Frigidi autem fiunt ob materiæ frigidæ copiam, qvæ non ita facile vinci poteſt & calefieri, vel ob reſolutionem ſpirituum, & extinctionem caloris nativi, vel ob materiæ malignitatem. Sudores autem fœtent, ob humorum fœtidorum & pravorum copiam, ut in leproſis, ſcabioſis & febribus malignis, aliis, qvi corpore ſunt, calidiore, ac humidiore & ad putredinem aptiore, videre eſt. Ita etiam ſudores coloribus humorum nonnunqvam tinguntur. Pallidi & flavi fiunt interdum in Ictericis: Virides ob bilis porraceæ admiſtionem.

3. part. an. c. 5. Qva de cauſa ſudores ſanguinei fiant, ex *Ariſtotele* videndum eſt, nimirum ob ſanguinis aqvoſitatem, & tenuitatem, cutisqve laxitatem. Reperiuntur & qvædam Vina, qvæ, ſi bibuntur, ut colorati ſudores emittantur, in cauſa ſunt. Sapores qvoqve ſuos ex humoribus mutuantur ſudores. Salſi ſunt ſudores plerìqve, ut urinæ, qvod ex ſeroſo ſalſoqve corporis excremento conſtent. Amari verò fiunt, ob bilis admiſtionem. Acidi interdum ob acidos humores. Porrò ſudores & ipſi interdum copioſius erumpunt. Cujus rei cauſæ ſunt variæ; primò corporis raritas, qvæ ſudori facile tranſitum indulget, ut videmus tempore æſtivo; & in corporibus mollioribus ac rarioribus ſudores copioſius fluere. Deinde robur Virtutis expultricis, excrementorum abundantia ac tenuitas. De qvo & *Hippocrates* 4. *Aph.* 41. Sudor multus per ſomnum factus copioſiore cibo corpus uti ſignificat. Qvòd ſi parcius epulanti hoc accidat, vacuatione indigere, ſciendum eſt. Sudoris paucitas contrahit, vel ob excrementi paucitatem; vel ejus craſſitiem, ob qvam per anguſtos cutis meatus penetrare non poteſt; vel meatuum anguſtiam; vel virtutis debilitatem, vel propter caloris vehementiam, qvi diſſipat & abſumit materiam; unde etiam in ardentibus nonnullis ſudores non fiunt, & qvi nudi ardenti ſoli ſubjiciuntur, minus ſudant, qvam qvi veſtibus tecti ſunt.

Digitized by Google

DE MEDICAMENTIS SUDOREM MOVENTIBUS.

DE UNICORNU.

De Unicornu.

Nimal unicornu an ſit, hoc loco noſtrum non eſt inqvirere; ſatis enim eſt, qvod ſciamus, Sacram ſcripturam ipſius animalis multis in locis mentionem facere.

Unicornu Græcis monoceros dicitur; Hujus animalis cornu ramentum ex Vino potum, juvat partum & ſecundas educendas, necnon ſudorem ad Venena, Peſtilentiamqve abigendam, potu ſalubriter excitat.

DOSIS.

Doſis.

Doſis à gr. vj. ad XX. in vehiculo convenienti. Alii ſic præſcribunt.

℞. *Unicorn. ver. pulveriſat.* gr. X.
Lapid. Bezoard. gr. iij.
Magiſter. hyacynth.
per lar.
ana gr. j.
Fol. aur. fin. dimid.
Miſce pro pulvere.

ALITER.

℞. *Unicor. ver. animal.* ʒjß.
Lap. Bezoard. ʒj.
C. C. Philoſophic. prap.
Magiſter. hyacynth.
Smaragd.
Perlar.
terr. ſigill.
Boli Armen.
Os d. cord. cerv. ana ʒß.
Bezoardici mineralis ʒj.
Fol. auri fini no. x.
Miſce S. köſtlich Einhorn Pulver.

DE MERCURIO Diaphoretico Solari, ſeu Sole Diaphoretico.

De Mercurio Diaph. Solari ſeu Sole Diaphoretico.

Cape Unciā j butyri Antimonii rectifica illud ſepties, cui adde auri puriſſimi ʒiij. aqv. Regis diſſoluti: Pone Vitrum ſuper cineres calidos, ad horas qvatuor. Tandem per Alembicum ex arena. Menſtruum terna deſtillatione evoca. Ultimo pulverem cum aqva cordiali diligenter ablue, & exicca. Habebis ita Mercurium Vitæ diaphoreticum præſtantiſſimum.

ALIUS MERCURIUS VITÆ Diaphoreticus.

Alius Mercurius Vitæ Diaphoreticus.

℞. ℥ß olei Solis vel auri, & Butyri Antimonii ſeu Gummoſi.

dicti Mercurialis liqvoris, cum Spiritu nitro, facti ſeu permiſti ℥iij, & procede eodem modo, qvo in apendice dicetur, deſtillando ſcilicet & cohobando ſæpius, donec tandem ipſe pulvis in igne docimaſtico calcinatus, redeat in pulverem purpureum. Cujus virtus eſt ſudorem ciere. Oleum ſolis autem ita fit: ſolve Aurum finiſſimum in aqv. Philoſophorum; abſtrahe menſtruum ſæpius in B. M. usqve ad oleiformem in fundo ſubſtantiam. Poſt ſuperfunde Acetum radicatum, & deſtilla, idqve fac, donec Acetum planè in ea prodeat acrimonia, qva affuſum eſt, & à Sole omnes corroſivi Spiritus ablati.

Tandem affunde S. V. alchoſilatum proprio ſale, digere per 15 dies, Poſtea eandem S. V. per deſtillationem aufer, & manet Oleum Solis in fundo rubicundiſſimum. Vide *Unzeri Anatomiam Spagiric. lib. 2. cap. 16.*

SULPHUR AURATUM.

Sulphur auratum Diaphoreticum. Recipe calcis vivæ ſalis uſti, & Tartari calcinati ana q.ſ. ſuperfunde aqvam communem, fiat lixivium, qvod ſæpe colando clarificetur, hoc, Antimonio crudo pulveriſato ad qvartū vel qvintum digitū infunditur, & per horam circiter coqvitur. Deinde ſedimentum colligitur, lixivium, ſi clarum eſt, transfunditur, fecibus additur novum, proceditur qve ut prius, donec tota Tinctura extracta ſit. Lixivio omni confuſo inſperge aceti deſtillati q. ſ. Et videbis crocū auratū ſtatim in fundum deſcendere, lixivium deinde per inclinationem ſepara & prædictum pulverem croceum optimè ablatum, edulcoratum, ſeorſim collige, & reſerva.

DOSIS.

Doſis. Datur à gr. v ad viij. Vide *D. Unzeri Anatomiam Spagiricam Mercurii lib. 2. cap. 16.* Item ipſius *Tractatum de Lue peſtifera lib. 3. titulo de Variis ſudoriferis ſpagiricis.*

SULPHUR AURATUM DIAPHORETICUM ALIUD.

Auratum Diaphoreticum. Recipe Aurum puriſſimum ʒij, diſſolve in aqva Philoſophorum ex ſale, Sulphure & Mercurio parata. Solutioni inſtilla oleum ex Mercurio ſublimat. deſtillat. & ſepties rectificat. circiter ℥j. Ebulliant. Pone vas ſuper calentes cineres ad horas tres vel qva-

Digitized by Google

qvatuor. Poſtea præcipita calcem affuſa aqva communi. Pulverem inde collectum ſæpè ablue aqva roſ. reſerva demum uſui.

DOSIS.

Doſis. A gr. iij ad iiij vel v. Vid. laudat. *Tract. Unzeri de Peſte lib. 3. titulo de Sudoriferis ſpagiricis, pag. 249.*

ALIUD SULPHUR AURATUM DIAPHORETICUM.

Aliud Sulphur Auratum Diaphoreticum. ℞. Feces Reguli Antimonii, ut paulò poſt dicetur, præparati; eosqve coqve cum lixivio ut extrahatur ſulphur, cui frigeſacto, adde parum aceti deſtillati; & videbis paulatim fundum petere; Lixivium per inclinationem ſepara: crocumqve reiterans multis ablutionibus, dulcoratum & ſiccatum ſeorſim collige & ad uſum reſerva.

USUS ET VIRES.

Uſus & Vires. Hic eſt inſigne ſudoriferum & ſangvinis mundificativum; multis morbis aptiſſimum: Si in liqvore convenienti exhibeatur, ſed tamen etiam vomitus ciet.

DOSIS.

Doſis. Datus à gr. vij. ad xv. Vide *Tyrocin. Chym. Johan. Begvini lib. 2. cap. 12. Qvercetan. Pharm. Reſtitut. in 4. pag. 243. Inſtit. Medic. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 16.*

REGULUS ANTIMONII SIC FIT.

Regulus Antimonii. R. Antimonii Salis petræ Tartari ana lb. j. Alii accipiunt libram unam Antimonii Salis petræ ℥xij tartari ℥viij. Pulveris carbonū ℥j. Tere & miſce. Deinde colloca crucibulum inter prunas accenſas, ut candeat. Tunc injice cochlear pulverum & detonabit, es wird verpuffen.

Alii, metallicum Sulphur qvod Antimonium purget, eſſe ſolum in Ferro docent, atqve ideo Regulum hoc modo parant.

R. Ferrum ℥iiij. in crucibulo pone in ignem, donec incipiat liqveſcere. Hinc adde Antimonii ℥viij, auge ignem ut fluant. Poſtea injice Mj Nitri, cumqve ceſſaverit ſtrepitus, & omnia fluunt, funde in calicem fuſorium, in einen Gieſpuckel. Fiat Regulus.

Secundò Regulum iterum funde, & cum fluit, adde Antimonii ℥iß, huic Nitrum tantundem ac prima vice: tandem funde Regulum: Scorias ſepara.

Tertiò Regulum iterum igni in crucibulo admove, & cum fluit, cochlear Nitri injice, & in igne

igne forti fluere ſine, ac Regulum funde, ſcorias etiam abjice.

Quartò fac, ut in mundo crucibulo iterum fluat Regulus, & cum fluit, Nitrum adde & Regulum funde. Scoriæ ſi erint coloris aurei rectè ſe res habet, & Regulus habebit ſtellam, ſiqve rectè operatus fueris, pondus Reguli ℥iiij. Alii novum ſemper Antimonium addunt. Ideoqve ſic Regulum parant.

R. Antimonii, ſimaturæ chalybis ana lb. j. igniqve in crucibulo ponunt, ut fluat, poſtea addunt Antimonium lib. *j.* ſimul liqveſcere permittunt, ſemper ligneo baculo agitando. Hinc injiciunt Nitri ℥*iij.* & cum omnia fluant, in calicem fuſorium infundunt. Regulo huic ſi ponderaverit ℥*viij,* addunt Antimonii ℥*iij.* & Nitri Uncias *ij,* iterumqve Regulum fundunt, idqve decies repetunt; Scoriæ primæ ſunt nigræ; poſtea rubicundæ, tandem citrinæ, ut ſuccinum. Et ſi Regulus ſæpius fundatur cum nitro totus abit in ſcorias citrinas. Nonnulli etiam Regulum ſine ferro fundunt; Frater *Baſilius Valentinus* ita parat.

R. Antimonii, Tartari ana part. *j.* Nitrum part. ſ. Terantur & miſceantur, fluant in fornace anemia, fundatur Regulus: hæc Reguli fuſio, & per Tartarum & Nitrum purgatio tertia vice repetitur. Vid. D. *Sennert. Inſtit. Medicin. lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 19. ſub titulo de Vitris.*

Nonnulli ita deſcribunt Sulphur auratum Antimonii:

R. Calcis vivæ
Tartari calcinati
Salis uſti ana lib. j.

Sulphur auratum Antimonii aliud.

Fac lixivium clarum. Alii ex calce viva & cineribus clavellatis lixivium conficiunt. Alii ex ſale alkali calce viva, & cineribus clavellatis. Alii ſaltem lixivium ex cineribus fagi uſurpant.

Lixivio parato: R. Antimonium crudum, vel cum Nitrum calcinatum, qvod *crocum metallorum* vulgo vocant alii etiam *hepar Antimonium*, & affunde hujus lixivii tantum, ut 4. vel 5. digitis ſupernatet. Hæc ſimul ad ignem per horam bulliant.

Poſtea remove ab igne, ut qviescant, & cum Antimonium ſubſederit, qvòd clarum eſt, effunde, atqve iterum lixivium affunde; ubi omnis rubedo fuerit extra-

cta, omne lixivium confunde atqve aliqvid aceti inſperge, & in fundo Antimonii rubedo ſubſidebit. Vel poſtqvam acetum lixivio infuderis, illud per ſaccum inſtar *Manicæ Hippocratis* formam transfunde & lixivium tranſibit, Antimonium in ſacco hærebit, qvod per ſe exiccari ſinito; Siccatum in pulverem flaveſcentem terito, cujus varii uſus eſſe poſſunt; qvi Chymicorum ſcripta legenti paſſim occurrunt. De qvo Vid. *Libav. Apocalypſ. Herm. part. 3. cap. 13. & Inſtit. Medic. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3 capit. 16.* ſub titulo *de Crocis*.

DE FLORIBUS ANTIMONII FIXIS SEU DIAPHORETICIS.

Flores Antimonii fixi & Diaphoretici.

℞. *Antimonii*
Salis petræ ana lib. j.

Pulveriſata miſce ſimul, & pone crucibulum majus inter accenſas prunas, ut candeat. Tum injice Uncias ij, aut circiter, hujus mixtionis: & ſtatim crucibulum operi, donec fumus & ſtrepitus ceſſet.

Poſtea amoto operculo novos pulveres injice & claude, ita ad finem continuando. Tandem da ignem liqvefactionis, ad horæ qvadrantem. Vaſe refrigerato materiam exime & tere, miſcendo, ut ſupra, cum ana ſalis petræ, eodem modo calcinando, & elaborando, ut ſupra. Materiam tritam, & ablutionibus aqva calida edulcoratam, reverbera in vaſe terreo clauſo, viginti qvatuor horas, donec fiat pulvis candidus. Nonnulli horum Florum Antimonii Diaphoretici præparationem ſic deſcribunt. Paratur Antimonium Diaphoreticum, ſi calcinatio Antimonii per Nitrum ad modum, qvem *In Inſtitut. Medicin. D. Sennertus lib. 5. ſect. 2. cap. 5. proponit*, ter, vel toties repetatur, donec candidum reddatur & fixum. Antimonii nimirum & Nitri purgati partes æqvales, miſceantur & circulari igni admoveantur, donec Nitrum accendatur, qvod etiam ferro ignito accendi poteſt. Maſſa relicta & calcinata jecori toſto ſimilis, ſeparatur à crudo ac ſi qvid Reguli in fundo confluxerit, removetur; Nitrum aqva abluitur, & materia relicta iterum cum aqva ſi

æqvali parte nitri miſta eodem modo ut prius calcinatur, calcinatio hæc toties repetitur, donec Antimonium album reddatur. Non nulli tandem materiæ exiccatæ ſuperfundunt S.V. & in arena deſtillant ad ſiccitatem igne lento ter cohobando.

Præſtantius adhuc fit medicamentum, ſi pulvis ille fixus & albus in aqva fontana horis aliqvot coquatur, & calidum adhuc decoctum per filtrum trajiciatur, & in locum frigidum reponatur, ita enim qvod ſubtilius in aqvam ſolvitur, & poſtea ad fundum præcipitatur. Idqve fit facilius, ſi decocto per filtrum trajecto acetum deſtillatum inſpergatur.

OBSERVATIO.

Obſervatio. Per iſtas calcinationes repetitas pereunt ſulphureæ & Mercuriales partes, & relinqvitur ſola pars terreſtris, qvæ vim exſiccandi & ſudorem promovendi obtinet.

VIRES ET USUS.

Vires & uſus. Hi Flores Antimonii fixi & Diaphoretici ſatis validè eliciunt ſudores. Ergo exiſtunt ſingulare tàm præſervativum, qvam curativum in morbis contagioſis ſudorem expetentibus, ut ſunt Peſtis, Febres, Flues, Venerea, Scabies, Pleuriſis, Morbili.

DOSIS.

a gran. viij ad x vel xij in vehiculo convenienti. Vide *Beguin. in Tyrocin. Chym. lib. 2. cap. 12.* ſub titulo de Antimonio diaphoretico. *Hartmanni Notat. ad Croll. pag. 268. Inſtitut. Medicin. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 19.* ſub titulo *de Vitris. Florilh. noſtr. Chym. in 4. pag. 188.* *Doſis.*

Qvi volunt hiſce Floribus Antimonii fixis & diaphoreticis addere & alia hujus generis medicamenta ſeqventes formulas obſervare poſſunt.

℞. *Flor. Antimonii fix. & diaphoret.* ℥j.
Nitri præparat. ℈iiij.
Spec. liberant. ℈j.
Divide in 6. æqvales partes.

VEL.

℞. *Flor. Antimonii fix. & diaphoret.*
Salis abſinthii ana Scrup. ij.
Lapidis Bezoard.
C. C. ſine igne calc. ana gr. vij.
Divide in 6. æqvales partes.

VEL.

℞. *Flor. Antimonii fix. & diaphoret. gr. xxiij.*

Spec.

Spec. elect. de Gemmis
Scrup. j.
Salis prunellæ gr. v.
Bezoardic. Solar.
Animal
ana gr. vij.
Solution. perlar. gr. iiij.
Miſce & divide in 4. æqual. part.

VEL.

R. Flor. Antimonii fix. & Diaphoret. Scrup. j.
Salis abſinthii
centaur. minor.
cardbend.
ana Scrup. j.
Lapidis Bezoard.
Scrup. ß
Trochiſc. d. viperis
gr. viij.
Magiſter. de terra ſigillata
Turcica gr. vj.
Miſce pro pulvere ſudorifero.

VEL.

R. Flor. Antimonii fix. & Diaphoretcos Drach. ß
Unicorn. ver.
C.C. Philoſophic. calcinat.
Lapid. bezoard
ana Scrup. iß.
Spec. elect. d. Gemmis
Oſſ. d. cord. cerv.
ana Scrup. j.
Succin. alb. pp.
Scrup. iß.
Miſce pro pulvere Diaphoretico.

VEL.

R. Flor. Antimonii fix. & Diaphoreticos Drach. iß
Smaragd. &
Hyacinth. præparat.
ana Scrup. ij.
Subigantur in mortario lapideo cum gut. xx. vel xxx. Spiritus Vitrioli,
Adde pulveris
Epilept. Drachma. j
Ambræ
Moſchi ana gr. x.
Lapidis Bezoard Scrup. j.
Oſſis de corde C. gr. viij.
Miſce pro pulver. S. Hertz und Schwitz-Pulver.

VEL.

R. Flor. Antimonii fix. & diaphor. Drachma.
Salis cichorei
prunellæ
centaur. minor.
ana Scrup. iß.
Succin. alb. præp.
Unicorn. Solar.
Bezoard. jovial.
Oſſ. d. cord. cerv.
Sal. margar. Orient.
Corall. ana Scrup. j.
C.C. philoſoph. pp.
Eburis ſine Igne Scrup. ß.
Miſce

Miſce pro pulvere Cordiali & Diaphoretico.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM Crolii.

Antimonium Diaphoreticũ Crollii.

℞. lb. j Mercurii ſublimati per Vitriolum & Salem, adde lb. iij Antimonii Ungarici, terantur invicem & miſceantur, ac retortæ vitreæ luto munitæ omnia indantur, adjuncto receptaculo clauſo, deſtillatio fiat in arena cum ignis regimine, ne guttæ in collo inſtar butyri congelentur, eo apparente mox carbo ignitus cum forcipe admovendus erit tam propè, ut vitro non noceat, & tamen reſolvat, idqve toties reiterandum, qvoties neceſſe fuerit; liqvorem egreſſum ſemel rectifica, per retortam; poſtea calore, vel aqva, vel igne, vel arena liqvefactum effunde in vitrum capax, (nimirum cucurbitam amplam) qvod collum longum habeat, & affunde aqvam Regis (alii ſolo ſpiritu Nitri utuntur, qvod melius eſſe deprehendit *D. Hartmannus*) guttatim ſaltem fiat, propter ſtrepitum (claudendum poſtea, ne ſpiritus exhalent & relinqvendum per horas 12 vel ultra) & effervеſcentiæ periculum, ubi videris totam materiam planè ſolutam, affunde, exempli gratia, ſi libra ſemis olei fuit, etiam lotonem unam auri, in aqva Regis ſeorſim prius ſoluti, ita mixtio manebit clara, nô turbida, & rubicundiſſimi coloris, alioqvin niſi ita proceſſeris, turbida fiet ſolutio, & aurum non verè ſe incorporabit, ac poſt abſtractionem apparebunt adhuc auri ſcintillæ micantes. Totam hanc claram & rubicundiſſimam ſolutionem ponè in Alembico benè lutato, addito capitello & receptaculo, juncturis benè munitis, ſervatis poſtea gradibus ignis, incipe phlegma abſtrahere (ſpacio duarum dierum operatio abſolvitur, ultima fortificando ignem ita, ut fundus cucurbitæ candeſcat: Parum ſe ſublimat, qvod abſoluto opere, vaſe refrigerato & fracto abjiciendum: reliqvum in fundo etiam in parietibus hærebit, colore ſubflavo, inſtar terræ ſicciſſimæ & hiantis, nullius ferè ſaporis: adhæret linguæ ſine corroſione inſtar cornu adusti & calcinati ♁ lb. j. Olei habebis poſt exiccationem libram terræ dimidiam. Calx illa fixa non eſt adulteranda, niſi velis, ſed in crucibulo per dimidiam (immò per 12. horas) ignienda:

Digitized by Google

Nota.

Mirum qvod examen ignis in crucibulo ſuſtineat & omnia corroſiva in ipſo mortua ſint.

In uſu Chymico, qvamvis hæc terra ſitiens hæc fixa ſit & beneficio vulgaris ſulph. arte admixti, auro in fluxu peculiari induſtria maneat admixta, non tamen in cineritio optatæ & expectatæ fixioni ſolet reſpondere.

In uſu medico unum eſt è ſpagyricis medicamentis maximè πολύχρηςον.

Conſtitit mihi ferè ducentis Thaleris, inqvit *Crollius*, ego candido lectori cum reliqvis gratis communico.

In hac præparatione Antimonii Diaphoretici multi, ut & ego, adjectionem auri nullo modo neceſſariam eſſe, putant; uti experientia & ſeqvens ratio teſtatur. Aurum nimirum redit in corpus, nullo ergo modo agere, neqve pulverem Antimonii virtuoſiorem reddere poteſt.

Qvod ſi verò aurum eſſet planè à corporeitate ſua reductum in ſpiritualem ſubſtantiam, utiqve ejus additio eſſet valde utilis.

VIRES ET USUS. *Vires & uſus.*

Arcanum ſummum in variis & ferè omnibus morbis, per ſudorem & urinam operans efficaciſſimè, non purgat, neqve debilitat ægrotantes, ſed plurimum ſudorem & urinam (in qvibusdam ſed rarò) moderatè ciendo, ratione auri (etiam ſine auro) additi Naturam confortat.

1. In Lue Venerea (per ſe non admodum qvidem, ſed præmiſſis præmittendis neceſſariis, poſtea cum aliis ſudoriferis, inprimis cum aqva perſicariæ exhibetur.) *Nota.*

2. Peſte. (in aqva ulmariæ, ſcordii, ſcorzoneræ, Cardbend.

3. Podagra, in aqva filicis vel chamædryos.

4. Hydrope, in aqva ebuli.

5. Febribus, in decocto centaurei minoris, vel aqva febrifuga.

6. Obſtructionibus & doloribus Lienis, in aqva ſpecifica ad Lienem, ut ſcolopendriæ &c.

7. Calculo, in aqva ononidis, ſaxifragiæ, petroſelini, fragariæ &c.

DOSIS. *Doſis.*

A gr. 3. 5. 7. 8. ad x. in aqvis vel vehiculis (ut diximus convenientibus.

Nota. *Nota.*

Antimonium Diaphoreticum hactenus ab *Hartmanno* & *Querce-*

Quercetano appellatum fuit Bezoardicum minerale, qvod nomen adhuc etiam in ſuis Receptis retinent qvidam Medici Practici, ubi tamen Bezoardicum Minerale & Antimonium Diaphoreticum minimè potens, ut ex ſeqventibus patebit. Vide *Baſilic. Chymic. Crollii* Item *Notas Hartmann. ad Crollium pag.* 264.

DE CROCO METALLORUM ſudorifero Unzeri.

(Qvi nihil aliud, qvàm Antimonium Diaphoreticum.)

Crocus Metallorum ſudoriferus.

℞. Antimonii crudi Salis naturæ Sulphurei (Nitrum eſt) ana ℥vj. Pulveriſata ſimul miſce. Dein pone crucibulum inter prunas accenſas, ut candeat, tum injice cum ſpatula ferrea hujus materiæ ℥ij plus minusvè & ſtatim Crucibulum operi donec fumus & ſtrepitus ceſſet. Poſtea amoto operculo novos pulveres injice & claude, ita ad finem continuando, & da ignem liqvefactionis ad horæ qvadrantem. Crucibulo refrigerato materiam exime & tere, eiqve novum ſal admite, & procede ut prius. Et hunc laborem qvinqviès vel ſexies eitera. Tandem ſuperfuſa aqua calida materiæ Sal illud ſeparetur, pulvisqve edulcoretur aqvâ carduibenedicti, vel alia convenienti.

DOSIS.

Doſis.

Doſis ejus eſt à gr. x. ad xv. vel xviij. in aqva Cardb.

DE BEZOARDICO Minerali.

Minerale Bezoardicum.

℞. Liqvorem illum gummoſum, qvi exit in deſtillatione Mercurii Vitæ Hunc 3. vel 4. rectificatum inde vitro capaci, guttatim affunde Spiritus Salis donec nihil amplius repercutiatur. Pulverem album in fundo collectum uſui reſerva.

DOSIS.

Doſis.

A gr. 8. ad 4. in vehiculo convenienti. Vide *Tract. de Lue Peſtifera D. Unzeri p.* 248. *Inſtit. Medic. D. Senn. lib.* 5. *part.* 3. *ſect.* 3. *cap.* 18. ſub titulo *de Salibus: Notas ad Crollium D. Hartmanni pag.* 264. *Pharmacop. reſtitut. Quercetan. in* 8. *quart. edition. pag.* 209. *in* 4. 10.

ALIUD BEZOARDICUM Minerale.

Aliud Bezoardicũ Minerale.

℞. Spumæ venenatæ duorum draconum, ſive butyri Antimonialis, vel liqvovis gummoſi, ex Antimonio crudo & Mercurio ſublimato, deſtillati, ſemel rectificati,

ficati, Uncias iiij. Hinc calore reſolutis, ſuperfunde ſpiritus ſalis balſamici, ſeu Spiritus nitri Uncias iiij.(potius in ſpiritum nitri oleum illud Mercurii ſublimati & Antimonii,in majuſculo vaſe guttatim injiciendam, ne nimiæ ebullitiones jacturam faciant ſpirituum, magna vi inde erumpentium.) Deſtilla ex arena omnem liqvorem (vel magis per cucurbitam cum alembico)ad ſiccitatem uſqve. Terram exime, & probè tere: eiqve deſtillatum liqvorem reaffunde,cum Unc. ij ſpiritus recentis balſamici, & deſtilla ut prius. Huic pulveri trito reaffunde deſtillatum liqvorem, cum aliis Unc. ij, ut ſupra: & procede rurſus, ut prius. Maſſam tritam trade Vulcano docimaſtico (id eſt in furno probationis, ſupra catinum probatorium) examinandam, per aliqvot horas: materiam continuè agitando, rudicula ferrea pura. Tandem eam alcohol vini ab ea aliqvoties abſtrahendo,rectifica, ut remaneat pulvis ſiccus & candidus.

VIRES ET USUS.

Vires & Uſus. Uſus ejus eſt ſingularis in omnibus affectionibus peſtilentibus,& febribus malignis& populariter graſſantibus. Eas enim è centrò educit & evellit, ſudores potentiſſimè movendo (præmiſſis tamen præmittendis neceſſariis. Vide etiam *Crollium p. 155. 156.& 157.*)

DOSIS.

Doſis. Exhibentur ejus grana qvatuòr qvinqve vel ſex in extracto Angelicæ, vel diſſolvatur in aqva cardbendict.vel Ulmariæ,aut adjectis aliqvot granis ſalis abſinthii, & camphoræ Eſſentia, propinantur in aqva theriacali, horis decem ab infectione: doſisqve reiteretur, ubi opus eſt. In Eryſipelate capitis curando promptiſſimum eſt remedium. Vid. *Tyroc. Chymic. Beguin. lib. 2. cap. 12.*

DE BEZOARDICO
Solari *Amtharis.*

Bezoardicum Solare Amtheris. Hoc Autor ita conficit, qvod certè in deſperatiſſimis malis & morbis laurum reportat ſuam. Utut autem multi pro arcano ſummo ſibi reſervant, tamen qvia omne bonum communicativum ſui, fideliter hic delineabo.

℞. Calcis auri ritè præparatæ,& cum Cinnabari ana revereratæ part. j. Spiritus Mercurii Antimonialis, priusqvam Spirius nitr.

nitri adveniat, prout in confectione Bezoardici Mineralis noſtis part. ij. Poſt Spiritus Nitri affundatur & tribus vicibus abſtrahatur.

Materia S. V. madefacta accendatur, & reverberatione ſubtiliſetur, & exaltetur. Servetur uſui. Commodiſſimè pulveribus, pilulis, conſervis & aliis miſceri poteſt: Exempli gratia.

R. Bezoard. hujus Solar. gr. iiij.
C. C. uſt. prap. ℈ß.
Antimonii diaphor.
Margarit. prap.
ſuccini alb. prap. ana gr. iiij.
Lapid. bezoard.
Unicorn. Ver. ana gr. iij.
Fol. aur. fin. no. iij.
Miſceatur. Fiat pulvis ſubtiliſſimus.

In pilulis ſic:

R. Bezoard. Solar. Margarit prap. ana gr. vij.
Laudan. opiat. Croll. gr. iiij.
Succini alb. prap.
Antimonii diaphoret. ana gr. v.
Cum Syrup. papav. erratici. Fiant pil. parva.

In conſervis.

R. Conſerv. nymph.
roſar.
Violar.
flor. cichor. ana ʒij.
Laudan. opiat Croll. diſſolut. in aqv. roſar. fragrantiſſ. gr. iij.
Bezoard. Solaris ana gr. iiij.
Confect. alkekerm.
Magiſter. perlar. ana Scrup ß.
Cum ſyrup. papav. erratici fiat Electuar. in Vigiliis. Vid. *D. Caſpar. Amthoris Aurilogium.*

BEZOARDICUM SOLARE BEGUINI.

Pone in matracium colli oblongi, ſpumæ duorum draconum benè rectificatæ ℥ij. Liqvefac illas igne moderato & ſpiritus ſalis ſulphurei ℥ij paulatim affundendo, cumqve prius ʒj auri fini diſſolveris, in aqva Philoſophica, qvæ bis deſtillatione, ad Unc. j. tanto magis aperiendum & attenuandum, abſtrahenda: aurum deinde, terna vice in nova aqva diſſolvendum effundendumqve ſuper primam liqvoris gummoſi deſtillationem, qvæ clara eſſe debet, ac ſubrubicunda; ac in parvam cucurbitam ponenda: atqve omne id, qvod egredi poteſt, in arena deſtillandum. Dein rurſus aliæ duæ Spiritus

 ſalis

Digitized by Google

ſalis ſulphurei unciæ ſuperfundendæ: & in ſabulo, ut prius deſtillandum: dando ignem magnum, circa finem: ut terra, qvæ in cucurbitæ fundo manet, benè exſiccetur. Hæc poſtea in crucibulum ponenda, inter carbones, per horam, ad ruborem uſqve ignienda.

VIRES ET USUS.

Singulare eſt remedium.

In lue Venerea, præmiſſis tamen præmittendis neceſſariis.

Peſte in aqv. ſcordii.

Podagra in aqv. ivæ arthetica.

Hydrope in aqv. ſambuci, vel ſiſimbrii.

Febribus in aqv. Centaur. minor. vel Carduibenedict. & aliis morbis, in qvibus ſudorum provocatio neceſſaria. Vide *Tyrocin. Chym. Beguin. lib. 2. cap. 12. Notas ad Croll. D. Hartmanni pag. 270.*

BEZOARDICUM LUNARE.

Diſſolve lunam in ſpiritu ſalis petræ, vel ut D. Hartmannus vult, in aqva forti (nota Lunam finam ſume vel capellatam) abſtrahe ad ſiccitatem vel oleoſitatem in Balneo, ex hoc elice per ſpiritum Vini tincturam viridem qvam ſevocato paululum à Luna Spiritu Vini, junge proportione octupla, cum butyro Antimonii in S. nitri ſoluto, & l. a. deſtillando fige.

VIRES ET USUS.

Habes Bezoardicum ſic viridiuſculum ad capitis affectus utiliſſimum, præſertim ad Eryſipelas capitis muliercularum, valde uſitata. Vide *D. Hartmann. Notas ad Croll. pag. 270. Tyrocin. Chym. D. Beguin. lib. 2. cap. 12. Prax. Chym. Hartm. pag. 13.*

BEZOARDICUM JOVIALE.

R. Reguli Antimonii ſine Ferro facti ℥vj, cui in crucibulo fuſo adde jovis Anglici puriſſimi ſimiliter fuſi ℥iiij, ut fiat amalgama: poſtea in marmore reduc in pulverem ſubtiliſſ. cui adde Mercurii ſublimati optimi partem æqvalem hoc eſt, ℥x. ac ex retorta, ut ſupra inde factum butyrum ternis deſtillationibus cum Spir. nitri fige: poſtea calcina ignitumqve in ſpiritu vini extingue, exicca & ſerva. Fit pulvis gryſeus.

DOSIS.

Datur à gr. j. ad ij. potentiſſimè movet ſudores ad omnia, maximè verò ad obſtructiones Epatis,

Epatis,polychreſtum. Vid. *Notas ad Croll. p. 271.*

BEZOARDICUM

joviale ita deſcribit *D. Beguinus in ſuo Tyroc. Chymico.*

R. Reguli Antimonii ℥iij. Stanni Anglicani ℥ij.

Funde ſimul, & redige in pulverem ſubtilem: admiſceqve duplam Mercurii ſublimati qvantitatem, & ſ. a. butyrum Antimonii, per cornutam, deſtilla, qvod rectificandum & ſpiritu ſupra dicto fixandum.

DOSIS.

Doſis à gr. j. ad ij, vel iij. Procreat ſudores copioſos. Vid. *Tyroc. Chym. D. Beguin. lib. 2. cap. 13.*

LAPIS BEZOAR.

Lapis Bezoar apud plurimos tantam adeptus eſt famam,ut eidem tanqvam raro, ſingulari ac eximio cuidam Diaphoretico & Antidoto præ cæteris palmam attribuant. Nec ſanè eorum opinio vana nec falſa, ſed validis rationibus atqve experientiâ, tùm Authoritatibus minimè dubiis ſtabilita. Scribit enim de hoc lapide *Garcias ab Hortis* in hiſtoria ſua, qvâ enarrat Aromata & Simplicia Indiæ: ita: *In qvibusdam locis Perſiæ, vel Indiæ capiuntur capreæ, qvas Incolæ Bazaim (hinc rectius hic lapis Bazaim appellandus videtur) colore ruffo, in eorum ventriculo coagulum qvoddam inſtar lapidis reperitur, qvod qvando ad nos affertur BEZOAR vel BELZAAR* (qvaſi Dominus veneni, unde omnia Antidota contra venena valentia BEZOARDICA dicuntur) *nominare ſolet.* Hic inqvit *Garcias* in *omnibus morbis Epidemialibus Antidotum ſalutare, eò, qvod repentè vim omnibus venenis eximere expertum*: Qvod etiam alii obſervarunt uſu, qvorum teſtimonia contra ipſos(qvi dictum Bezoar, ut potè medicamentum ignotum ac peregrinum,nec ſatis uſu probatum, & expertum, inſuperqve nimis carum & ſumptuoſum,& ad Myropolas & Aromatarios magis ditandos, qvam ad ægros juvandos, inventum & introductum pro extirpando Peſtis veneno potius parvi-faciendum,qvam magni æſtimandum eſſe arbitrantur) hîc referre libuit. Scribit enim *Nicolaus Manardes lib. 2. Hiſtoriar. Indor, cap. 2.* de Peſte In Germania graſſante, qvotqvot hoc lapide uſu fuerint omnes ſervatos.

vatos fuiſſe. Item *Adamus Lonicerus*: certius auxilium & remedium contra Peſtem haberi non poteſt, qvam pulvis hujus lapidis exhibitus; qvi potenter venenum per ſudorem expellat. *Gabr. Fallopius* affirmat, hoc medicamentum in Peſte omnia ſuperare, ſeqve multos in Peſte Pariſienſi hoc lapide conſervaſſe: *Andernacus* dicit: Lapidem Bezoar præſtantiſſimum ac divinum eſſe Antidotum contra omnis generis venena; & ipſam qvoqve Peſtem. *Gabelkoverus in annotat. in aromat. ad cap. 34. Bacii de Gemmis*: Lapis hic cum aqva acetoſ. bibitus febrium Peſtilentialium malignitatem extinguit. Vide *Chriſtophorum Hornium in Tractatu de Auro-Medico, Carolum Cluſium in hiſtor. aromat. & ſimplic. Johann. Frag. cap. 10. hiſtoriar. aromat. Ind. Augenium de Peſte lib. 3. cap. 28. Rulandum de lue Venereâ cap. 6. Mizaldum Centur. 1. diſtinct. 70.* Qvi omnes unanimiter multos lapide Bezoar à Peſte ſervatos fuiſſe, confirmant, ac teſtantur: Qvorum clariſſimorum Autoritatibus & Ego qvoqve meum calculum addo, & qvidem non temerè: Uſu enim & experientiâ anno 1626. in Peſte Northuſam advectus, ſanctè teſtari poſſum, tum lapidem hunc non modò omnes alias aqv., pulveres, electuaria etc. ſuperaſſe, verùm etiam poſteà in Praxi meâ plura experimenta hujus lapidis, tàm in morbillis, papulis, dyſenteria aliiſqve gravioribus morbis me vidiſſe. Hinc tanti facio hunc lapidem (intelligo genuinum & verum, non adulteratum ex magiſteriis vegetabilium, qvem fucum vide apud *Zwölfferum*) ut ipſe inter ſecreta mea medicamenta primas teneat partes.

DOSIS.

Datur à gr. vij ad x vel xij.

Aliqvando etiam cum qvibusdam additamentis datur:

R. Lapid. Bezoard. gr. vij.
Aqv. Cardbenedict.
Aceti ſcordii ana ℥vj.
Theriacæ vel Mithridatii. ℈j.
Miſce.

VEL.

R. Lapid. Bezoard. gr. vij.
C. C. ſ. igne calcin.
Salis Carduibend.
Centaur. min.
Margarit. præp. ana Scrup. ß.
Fiat pulvis.

Sic

Sic ex hoc lapide aliisqve ſpecificis contra Peſtem & Venena pulveres prætioſiſſimi, Bezoardici dicti, preparantur, qvorum aliqvot formulas hîc annectere non gravabimur.

R. Lapid. Bezoard. Orient. ℥ß.
Oſſ. d. cord. cervi Scrup. j.
Terræ lemniæ ver. ʒß
Boli Armen. ex aqv. acetoſ. & ſcabioſ. loti Drach. ij.
C. C. ſ. ign. calc. Drach. iiß.
Margarit. prep. Oriental. Scrup. ij.
Smaragd. Oriental. prepr.
Hyacynth preparat.
Rubinor. praparat. ana Scrup. ß.
Croci gr. vij.
Camphor. gr. x.

Subtiliſſimè ievigata in conditorio hyalino aſſerventur.

VEL.

R. Lapid. Bezoard. ʒij. Scrup. j.
Unicorn. ver. Drach. ij.
C. C. ſine ign. prep. (intellige de illo C. ſ. qvod debito tempore collectum & de interioribus cuſpidibus, capitiq; proximis) Drach. iß.
Oſſ. de cord. cerv. Scrup. ij.
Terræ ſigill. Turcic.
Boli Armen. prep.
Eburis prapar. ana Drach. ij.
Rubin.
Hyacynth.
Saphyr.
Chryſolit.
Topaſii.
Corall. rubr. omn. prap. ana Dr. j.
Auri puri Drach. ß.
Sem. citri excort.
Cinamom: ana Drach. ij.
Ambræ
Moſchi ana Scrup. j.

Singula ſeorſim trita miſceantur.

DOSIS.

A Drachm. ß ad Scrup. ij vel Drach. j.

VEL:

R. Lapid. Bezoard. Orient. Drach. iß
Margarit. prep.
Corall. rubr. prep. ana Drach. j.
Viſci qverc. prep. gr. xxv.
Fol. aur. fin. no. v.

Miſceantur pro pulvere.

VEL:

R. Lapid. Bezoard. Drach. j.
Oſſ. d. cord. cerv.
Terræ Lemniæ ana Drach. ß.
Boli Armen. ver.
C. C. ſ. ign. calc.
Smaragd. prep.
Hyacyth. prep. ana Scrup. j
Fol. aur. fini no. vj.

Ex mixtis daretur pulvis, qui exhibetur pro ætatis conditione in aqva ſudorifera ana Scrup. j. ad Scrup. iß vel Scrup. ij.

Digitized by Google

ALIUS PULVIS BEZOARDICUS.

R. Lapid. Bezoard. Orient. Drach. jß.
Sem. acetoſ.
Ter. ſigill. Turc. ana Drach. j.
Rad. ſcorzoner.
Contrayerv.
Doron. Rom. ana Drach. ß.
C. C. ſ. ign. calcin. Scrup. ij.
Corall. rubr. præp. ana Drach. ß.
Sacchari albiſſ. Drach. iij.
Fiat pulvis.

PULVIS BEZOARDICUS *Dorncreilii.*

R. C. C. ſine ign. cc. Drach. ij.
Margar. præp.
Corall. rubr. præp. ana Drach. j.
Succini albi præp. Drach. ß.
Unicorn.
Lapid. Bezoard. ana Scrup. j
Fol. auri fini
argent. fin. ana no. iiij.
Fiat pulvis.

PULVIS BEZOARDICUS *D. Caſpari Amthor in Aurilogio ſuo.*

R. Lapid. Bezoard. Orient. Drach. iß.
C. C. ſine ign. calcin. ℥ß.
Oſſ. d. cord. cerv. Drach ß.
Terr. ſigill.
Boli Armen. Ver. ana Drach. j.
Rad. zedoar.
Angel. ana Drach. iij.
Tormentill.
Pentaphyll. ana Drach. j.
Herb. acetoſ.
ſcordii.
Cardbend. ana Drach. iß.
Sem. citri
acetoſ.
aqvileg. ana Drach. j.
Oculor. Canc. præp.
Succ. alb. præp.
Corall. rubr. præp.
Margarit. præp.
Santal. citrin. ana Drach. ß.
Croci
Smaragd. præp.
Hyacynth. præp. ana Scrup. j
Fol. aur. fin. no. xxv.

Nota.

Radices macerentur in aceto per horas xxiiij, poſtea exciccentur, & fiat ex omnibus pulvis.

Eſt etiam inſignis vis Bezoardica in Urinâ ac iis omnibus, qvæ ex Urinâ parantur ꝙus ſc. per putrefactionem itemq; Sal volatile, forte propter odorem, qvo venenum extinguit qvaſi, habet ſe enim aura peſtilens inſtar odoris, qvi inficit maſſam ſanguinis & ad putredinem

nem diſponit: accedit qvod Urinoſa maxima penetrandi virtute polleant, ut eò melius minima qvaſi ſanguinis permeent. Unde obſervatione conſtat, plurimos à peſte fuiſſe liberatos, qvi largius urinam ſuam biberunt. Præparatio nus & Salis volatilis Urinæ aliunde peti debet in applicatione ejus notandum poſſe ea cum ſpiritu vini bezoart. ſeu theriacali miſceri; ut eò melius aſſumi qveat e.g.

R. ſpiritus theriacalis (eſt ſpiritus vini à theriaca multoties abſtractus, loco vulgaris tamen ſpiritus vini ſumi debet ſpiritus juniperi vel ſambuci) ℥j.
Spiritus Tartari optimè rectificati Unc. ß.
Urina Unc. ß.
diſſolve in iis camphoræ Drach. iß
adde Rob. baccar. Juniperi vel ſambuci Unc. ß.
Miſce.

Mixtura ad pellendum ſudorem in malignis exploratæ virtutis ac ſummæ efficaciæ eſt.

ACETUM THERIACALE.

R. Radic. chelidon. major. Unc. ß.
Angelica.
Oſtrutii.
Gentian.
Biſtort.
Valerian.
Pimpinell.
Dictamn.
Carlin.
Zedoar. ana Drach. j.
Plantag. major. Drach. iß.
Fol. ſcordii.
Cardbenedict.
Dictamn. ana p. ij.
Cortic. & ſem citri ana Drach. iß.
Gran. juniper.
Nucl. nuc. jugland. no. x.
Santal. citrini Drach. ß.

Infundantur omnia in ſ. q. acet. rutac. ac ſic ſimul in Vitro probè clauſo infuſa permaneant. Uſus morbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum arcet, ſudores prolicit, Peſtilentis luis contagia diſſipat, præſumptum ab infectione corpus tuetur, ac Peſte correptos, tam internè exhibitum, qvam forinſecus arteriarum & cordis regioni ſuperimpoſitum plurimum reficit, ac recreat.

Digitized by Google

PULVIS BEZOARDICUS.
Gregorii Horſtii.

C. C. Philoſoph. prep. ℥ij.
Antimonii preparat.
Margarit. prep.
Succin. alb. prep. ana Drach.j.
Lapid. Bezoard.
Unicorn. Ver.
Bezoard. Solaris ana Drach.ß.
Miſce. F. P. ſubtiliſſimus.

VIRES ET USUS.

Uſus horum omnium pulverum Bezoardicorum conveniens eſt.

In Peſte cæteriſq; morbis acutis.
Dyſenteria.
Febribus.
Vermibus.
Lue Venerea.
Scabie.
Sudore Anglico.
Pleuriſi.
Morſu canis rabioſi &c.

MIXTURA BEZOARDICA

℞ *Extract. carn. viperin. Drach.* ij.
Magiſter. Auri quod paratur ex calce S. lis dulcorata & commixta cum Ambra Moſcho & Magiſterio perlar. ana Scrup. ij.
Lapid. Bezoard. Drach. ß.
Diſſolut. in S. V. & eodem iterum abſtracto ſucci rad. Carolin. recent. condenſat.
Succi Carduibend.
Scordii.
Inſpiſſati ana Drach. j.
Ol. Angelic.
Succini.
Zedoar.
Juniper ana gut. vj.

Fiat horum mixtio & ſervetur in pyxide argentea inaurata ad uſus.

DOSIS.

Doſis in curatione Drach. ß. plus minuſvè, prout neceſſitas poſtulat cum convenienti vehiculo.

MIXTURA BEZOARDICA ALIA.

℞ *Spir. Theriacal. camphor.*
Ligni ſancti ana Unc. j.
Liqvoris C. C. Drach. ij.
Extract. gran. junip.

An-

Angel.
Meliſſ.
Gentian. ana Drach. iß.
Petaſit.
Valerian.
Tormentill.
Rutæ ana Drach. j.
Cinamom.
Xyloaloes
Cort. citr.
Magiſter. C. C.
Syrup. acetoſ. citri
d. ceraſis
d. Scordio
d. ſucc. Cardbenedict. ana Drach. ij.

Miſceantur omnia exactè & colentur mundiſſimè in colatura diſſolve

Ambr.
Moſchi
ExtractCroci ana Scrup. j

Pone in vitrea Phiola ad digerendum in Balneo per menſem integrum, ut omnia optimè unianter.

VIRES ET USUS.

Doſis hujus pretioſiſſimi medicamenti, qvod, ut compoſitio docet, ſingulare & curativum & præſervativum omnium contagioſorum & Peſtilentium affectuum exiſtit, doſis eſt Drach. j. plus minuſvè, pro ætate patientis cum pauxillo aceto ſcordii vel rutæ, vel alicujus aqvæ diſtillatitiæ.

Poſt octo horas dictam doſin repete, ſi opus fuerit, atqve iterum ſudorem provoca donec nihil veneni ampliùs intus.

ACETUM BEZOARDICUM miræ Virtutis.

R. Folior ſcordii
rutæ.
ſcabios.
morſus diab.
cardben. ana Mj.
Rad. angel.
Zedoar.
Diptam. alb.
Imperat.
Valer.
pimpinell.
Torment.
Petaſitid. ana Drach. iij.
Baccar. juniper elect. ℥j.
laur. ℥ß.
Cortic. citri ℥j. unc. Drach. iiß.
Flor. lavend. Mß.

Inciſa & contuſa infundantur in aceto flor. tunicarum hortens. q. ſ. ita ut tribus digitis ſupereminieat: ſtent in loco calido bene tecta qvotidiè agitentur.

ALIUD ACETUM BEZOARdicum non minoris valoris.

 R. Rad.

℞. Rad. filicis
petaſitid.
angelic.
tormentill.
helenii ana Unc ß.
Pulv. ſerpentum.
Myrrhæ.
C. C. Philoſoph. præparat. ana Drach. ij.
Flor. calendul.
Tunicæ ana p. j.
Sem. acetoſitat. citri.
Cardbendict.
Baccar. juniper. ana Drach. iß.
Camphor.
Garyophyll. ana ℈ij.
Croci Drach. ß.
Terræ ſigillat.
Theriacæ Venet. vel
Mithridatii ana Drach. vj.
Aceti acerrimi 2 lb.

Miſceantur omnia exactè & inſolentur, & qvotidie agitentur. Doſis in præſervatione j cochlear. In curatione ij vel tria cochlearia.

ACETUM BEZOARDICUM ALIUD.

℞. Radic. Elemii Unc. ij.
Ariſtoloch. rot.
Angelicæ ana ℥vj.
Baccar. juniper
Herb. rutæ
Scordii.
Cardbend. ana Mß.
Theriac.
Mithridat. ana Unc. ß.

Infundantur inciſa & contuſa in acet. caryophyll. hortenſ. lb. iiß vel Unc. iij.

Vas benè coopertum qvotidie bis agitetur & de hoc aceto præbeantur infecto cochl. duo vel tria ad ſudandum. Mirāberis ſanè hujus medicamenti qvantumvis vulgaris, effectum & operationem. Vid. D. Unzer. Tract. de Peſte.

AQVA BEZOARDICA duplex.

℞. Succi expreſ. acetoſ. lb. j.
Citri
Limon. ana Unc. iiijß.
Aurant. acidor. lb. j.
Conſerv. acetoſ. Unc. viiß.
Succ. Angelicæ
Carduibend.
Rutæ.
Pimpinell. major.
Biſtort.
Pentaphyll.
Scordii
Enulæ ana Unc. iiijß.
Acet. flor. tunic. Unc. iij.
Rutæ
Flor. ſambuc. ana Unc. ij.

Miſ-

Miſce, & confunde Boli Armen. ver. Unc. ß.
Terr. ſigill. Turc. Unc. j.
Myrrh. ℥ij.
Radic. Angel.
Dictamni
Tormentill.
Valerian.
Petaſit. ana ℥iij.
C. C. ſine igne calcinat. Unc. j.
Spec. liberant.
Diamarg. frig. ana Drach. iij.
Theriac. Andromach Drach. vj.
Mithridatii Unc. ß.
Diaſcord. Fracaſtar. Unc. j.

Contundenda contundantur probè & miſceantur ac digerantur per 14. dies in vaſe idoneo, lento balnei calore poſtea deſtilla. Deſtillatum divide in partes duas:

R. Partem j. & adde Solut. Corallor.
Confect. alkekerm. ana ℈iiij.

Extract. ſantali rubr. q. ſ. pro coloratione. S. Aqva diaphoretica rubra.

R. Alteram partem & adde Solut. margarit. Drach. j.
Lapid. Bezoard. ſubtiliſſime pulveriſati Drach. ß.
Auri potabil. gut. xxx.

S. Aqva Diaphoretica alba. Cui lubet, pro coloratione croci addere poteſt q. ſ.

In Peſte.
Podagra.
Lue Venerea.
Hydrope
Febribus.
Lepra.
Morphea.
Herpete.
Scabie.
Ulceribus malignis &c.

SPECIES DIASOLIS BEZOardicæ D. Hadr. *Mynſicht.*

R. Lapid. Bezoard. Oriental. Drach. j.
Sal. Margarit. Orient.
Corall. rubr.
Succini albi præpar. ana Drach. ß
Unicorn. Solar.
Animal.
Oſſ. de cord. cervi ana Scrup. j.
Diaphoret. Miner.
Bezoard. jovialis ana Scrup. ij.
Ol. cinamom.
Citri ana Scrup. ß.
Galliæ moſchat. ver. gr. xj.
Cor. alcis ſpagyricè calcinat.
Cervi eadem ratione calcin.
Terr. ſigill. Turcic. ana Drach. j ß.
Miſ-

Miſce & fiat omnium pulvis ſubtiliſſimus.

VIRES USUS DOSIS.

In omnibus morbis ſudorem expetentibus; Eryſipelate, Venenis hauſtis; nec non in Aſthmate vel periculoſiſſimis pectoris anguſtiis, arcanum eſt: Cor enim tuentur à labe Veneni, & ab illa omnia noxia per ſudorem expellunt, ejusqve vitiis mire opitulatur.

Doſis à Scrup. ß ad Scrup. j. in aqv. Cardbend. Sambuci, Theriacal. vel aliis appropriatis. Vid. *Dn. Hadr. à Mynſich Theſ. Medico Chymicum ſect. 2. de Speciebus.*

AQVA THERIACALIS ſimplex.

Aqvæ Theriacales ita appellantur, cum ideo propter Theriacæ ingreſſum, ſeu qvod cuncta, ex qvibus componuntur, vim Theriacalem, ut ita loqvor, habeant ſudorem ſatis copioſè moveant, contra venena muniant.

℞. *Tħeriacæ Venet. Unc. iij.*
Spir. Vini rectif. lb. j.
Miſce, ſtent in digeſtione per aliqvot dies.

Tinctam aqvam decanta, & recentem affunde, donec non amplius tingatur: & ita ſerva ad uſum. Egregia eſt hæc aqva ad ſudores eliciendos, in Peſte, Ictero, Imbecillitate Ventriculi, Catarrhis. Hypercatharſi & Vermibus. De qva paſſim *Angelus Sala inter Bezoard.*

Doſis à Coch. ß. ad j.

ALIA AQVA THERIACAlis Camphorata ſimplex.

R. Spiritus Vini optimi, vel qvi melior ſuper corticibus citri adhuc ſemel deſtillati lb. j.

Camphoræ cum pauco Olei amygd. dulc. tritæ Unc j.

Croci integri in petia ligati q. ſ. pro generando aureo colore; Stent aliqvot dies in ſole & colentur.

AQVA THERIACALIS Camphorata compoſita.

℞. *Spir. Vini opt. lb.* j.
Camphor. ſelect. Drach. ß. *Drach.* vj *vel Drach.* vij.
Croci Scrup. ß.
Sacchari eſſentificati in qvocunqve liqvore liqvabilis Drach. iij.

Miſce ſolve & per chartam bibulam deſtilla. Ita tenuiſſimæ partes, qvæ etiam à mitiſſimo Calore

Digitized by Google

calore fugarentur, conſervantur maxima cum utilitate. In Peſte uſurpatur tam prophylacticè, qvam therapeuticè, & hic per ſe, vel cum vehiculo convenienti datur ad ſudandum: Eſt Antidotum Peſtilentiale ſine pari. Vid. *Exeg. Chymiatr. D. Denzelii part. 1. ſect. 2. de Aqvis deſtillatis. Tyrocin. Chymic. Beguin. lib. 2. cap. 2. ſub titulo de aqvis.*

SPIRITUS THERIACALIS camphoratus.

℞. *Theriacæ Venet. antiqvæ* ℥v.
Myrrh. rubr. ℥iiß.
Croci ℥ß.
Spirit. Vini q. ſ.

Inditis omnibus cucurbitæ vitreæ: Impoſitoqve Alembico cœco in cujus roſtro prius ſint poſitæ Drach. ij. vel Drach. iij. camphoræ, ſtent in infuſione per aliqvot dies in loco calido. Deinde fiat deſtillatio in B. Mariæ igne lentiſſimo.

Et ſic habes Spiritum theriacalem ſubtiliſſimum & penetrantiſſimum, qvi vel ſolus ʒj ponder. cum j vel ij cochl. aqv. Cardbenedict. exhibitus ad miraculum ſudorem prolicit, ac σπέρμα σηπεδονῶδες in totum disjicit & diſſipat, id qvod non uno experimento in Peſte Northuſana, qvæ viguit anno 1646. compertum habemus. Vid. *Unzeri Tractat. pe Lue Peſtifera lib. 3. cap. 8. Tractat. German. D. Joh. Agricol. de Saturno pag. 282. Inſtit. Medicin. D. Sennert. lib. 5. par. 3. ſect. 3. cap. 5.*

Nota.

Dandus hic Spiritus antequam Febrilis ardor, aut capitis calor nimis increverit. Qvidam hanc deſtillationem ſecunda vel terna vice repetunt. Sunt & qvi cum aliis ejus Generis diaphoreticis ſeqventi modo uti ſolet hoc Spiritu: ut

℞. *Spir. aqvæ theriacalis camphor.* ℥ß.
Spiritus Tartari correct. Drach. ij. *Scrup. ij.*
Aqv. fumar.
Cardbend. ana ℥ij.
Miſce doſis Drach. i.

AQVA THERIACALIS Camphorata *Crollii.*

℞. *Theriacæ Venet.* ℥v.
Myrrh. Alexandr. ℥iiß.
Cinamomi ſelecti (vel potius Caſſiæ lignea)
Croci Oriental. integri ana Unc. ß
Camphoræ Drach. ij.

Affunde optime S. V. rectificatum vel ſi ad manus ſit è

Digitized by Google

ſem. vel rad. Angelic. præparatus, qvi efficacior eſt, ad eminentiam trium vel qvatuor digitorum, ac in vitro clauſo in leni calore cinerum Tincturam extrahe; Per inclinationem Tincturam vel Spiritum tinctum aufer, & affunde recentem Spiritum tamdiu, donec non amplius tingatur. Spiritum vini tinctum poſtea ad medietatem ſaltem abſtrahe reliqvum maneat cum eſſentia extracta, cui addes Spiritus Tartari Unc. vj, ſicqve ſimul per octiduum, vel qvatuordecim dies circulabis & digeres.

VIRES, USUS, DOSIS.

In Peſte maximè ejus uſus, & talis, ut infectus intra 15 horas, ſcilicet à prima infectione, ſumat cochlear unum in aqva carduibenedicti, ſudet horis duabus, & ab hac potione ad cibum & potum capiendum ad minimum ſex horas interponantur.

Pectus purgat, & omnia membra corporis principalia illaqve confortat, & ſi qvæ labes illis adſperſa ſedet, & in priſtinum ſtatum ea reducit, & præcavet, ne inpoſterum facilè lædantur.

Illis benè confert, qvi hydrargiro fuerint inuncti: ſua enim vi omnes nervos, muſculos, medullam penetrat, & qvicqvid noxium reppererit, corrigit & expellit. In purificatione ſanguinis in aqvæ meliſſæ. Lue venerea, vel ſcabie contumaciſſima. Vermibus. Tremore cordis. Ictero. Puncturis laterum. Febribus, alia aliqva aqva appropriata adhibetur. Poteſt etiam cum aliis Diaphoreticis miſceri.

DOSIS.

Doſis à cochl. ſemis ad integrum in aqva appropriata. Vid. *Notas ad Croll. D. Hartmanni pag. 413.*

AQVA THERIACALIS Vinarienſis.

R. Boli Armen.
Terr. ſigillat.
Rad. ſigill. Salom.
Magiſtrant.
Angelicæ.
Biſtortæ
Valerian.
Vincetoxic.
Præmorſ.
Diptamni
Tormentill. ana ℥j.
Sem. leviſtic.
Angelicæ ana Drach. vj.
Citri
Napor. ana Drach. ij.

Ligni.

Ligni aloes Drach. j.
Oſſ. d. cord. Cerv. no. iij.
Flor. Chelidon. major.
Borragin.
Bugloſſ.
Roſar.
Anthos. ana Mß.
Camphoræ Drach. iij.
Spir. Vini q. ſ.
Deſtilla in deſtillatione diſſolve
Mithridatii
Theriacæ ana Unc. ß.
Spir. Tartari Drach. iß.
C. C. ana Drach. j.
Miſce.

DIAPHORETICUM PARACELSI IN PERACUTIS.

Hoc & Mixtura ſimplex *Andernaci*, vel Mixtura de tribus, aut Vitriolata dicta, & Medicis in freqventi uſu hodiè eſt.

Primò tibi neceſſe eſt ut in promptu habeas Spiritum Theriacalem Camphoratum, qvem ſupra deſcripſi, & hic paucis repetere libuit, cujus præparatio eſt talis:

R. Theriacæ Androm. Unc. v.
Myrrhæ elect. Unc. iiß.
Croci Unc. ß.
Spiritus Vini q. ſ.

Inditis omnibus his vitreæ cucurbitæ, impoſitoqve Alembico cæco, in qvo prius ſint poſitæ Drach. ij camphoræ, ſtent in digeſtione per dies aliqvot; Deinde deſtillentur:

R. Hujus Spiritus
Unc. vj. adde
Spiritus Tartari optim. rectificati ſuper calcathar. Vitrioli Unc. iij.
Spiritus Vitrioli optim. Unc. iß.

Confuſa invicem miſceantur, & ſtent aliqvot ſeptimanas in digeſtione in Vitro anguſti orificii vel in balneo, vel in hypocauſto calido, poſtea transcolentur, & uſui reſerventur.

VIRES ET USUS.

Hæc mixtura revera ſuperat, & longo ſtadio poſt ſe relinqvit omnes alias aqvas Theriacales, ſeu Peſtilentiales, & cætera qvævis Antidota, qvocunqve etiam nomine appellanda veniant: Qvia in illa latitant omnia ea, (ut ita dicam) reqviſita; ad perfectam, abſolutamqve curam Peſtilentium morborum propriè ſpectantia. Deobſtruit enim, ſeu aperit egregiè, venenatos vapores, ſeu Spiritus, tetro ac fœdo miaſmate pollutos, inſtar occulti ignis potentiſſimè exurit, & per extimam corporis ſuperficiem educit, omni etiam internæ cor-

ruptioni ac putredini reſiſtit miraculoſè, ac tandem naturam corporis mirificè inſtaurat, ac corroborat: Præterea ad omnes viſcerum obſtructiones reſerandas; ad Pleuritidem Menſtrua provocanda. Uterumqve calefaciendum mirè commendatur.

DOSIS.

A Drach. ß ad Drach. ℥ vel Scrup. iiij. cum aqv. Scordii Carduibend.

OBSERVATIO.

Interdum pro diverſitate affectuum unius vel alterius Spiritus doſis imminuatur, vel augeatur.

Alii pro vulgari Spiritu Vitrioli alium alio modo deſtillatum recipiunt. Vide *D. Sennerti Inſtitutiones pag. 1218.*

Nota.

Qvando mox ab initio morbi ingens calor febrilis ægrum excruciat, inqve toto corpore vehementer æſtuat, tunc à Diaphoretico hoc *Paracelſi* abſtinendum, uti etiam ab omnibus aqvis & Spiritibus Theriacalibus nimium calidis, ejuſqve loco uſurpanda diaphoretica alia temperata qvalitate prædita, & citra ullam aliqvam calefactionem halitus venenatos diſcutientia, ac per cutim expellentia, qvalia ſunt Aceta Bezoardica & alia. Vide *Inſtit. Medicin. D. Sennert. lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 5.* ſub titulo *de Aqvis & Spiritibus. Tyrocin. Chym. D. Beguin. lib. 2. cap. 4. de Spiritibus. Paracelſ. in Conſil. Med. Tomo 5. edit. German. in 4. pag. 118.* & *in lib. de Peſte ad Sterzingenſes Tom. 3. pag. 116. & 117.* ejuſdem editionis. *D. Unzer. Tractat. de Lue Peſtifera lib. 3. cap. 8. D. Joh. Agric. Tractatum Germanic. de Saturn. pag. 281. D. Hartmann. Notas ad Crollium 278. & ſeq. Exegeſ. Chymiatr. D. Tenzelii ſect. 1. de Spirit.*

Ego aliqvando hac mixtura ſic uti ſoleo, præſertim ubi calor nimius ægrum invaſerit.

R. Aqv. Theriacal. camphorat. Unc. ß.
Spirit. C. C. ℨ iiß.
Salis C. C. volatilis ℈ß.
Aceti Bezoard. ſupr. deſcripti Unc. iiij.
Aqv. Scordii.
Cardbenedict. ana Unc. iij.
Miſce Fiat Mixtura Diaphoretica.

ELEXIR DIAPHORETICUM Peſtilentiale *Crollii.*

℞ Flor.

℞. Flor. Sulphuris Spagyricè præparat.
(vel ut *D. Joh. Hartmanni* Notæ *ad Crollium pag. 405.* deſcribunt ipſos) Unc. iij. Affunde Olei juniper. è baccis, in balneo prius rectificati ad eminentiam trium vel qvatuor digitor. (eodem modo cum Spiritu Therebinth. vel potius Spiritu & Oleo aniſi fieri poteſt Balſamus Sulphuris,(cujus Tinctura poſtea Spiritu Vini extrahitur ad affectus Aſthmaticos) olei ſuccini terna rectificatione in Balneo ab odoris vehementia liberat., pars qvarta (Unc. ij Drach. ij) ad Oleum baccar. junip. itidem affundatur, ſtet in igne cinerum vel urinæ ſæpius movendo, ut flores lentè & ſine aduſtione ſolvantur & liqveſcant; Poſtea habeas Theriacæ Venetian. lb. j ex qva optimo Spiritu Vini Tincturam extrahes, qvam à Spiritu Vini ſeparatam ſeorſim ſervato extrahe eodem Spiritu, radicum Elenii, Angelicæ, Baccar. juniper. contuſor. & mixtor. ana Unc. iij. & Tincturam à Spiritu Vini in B. ſeparatum miſce cum Tinctura Theriacæ, ac affunde oleum juniperinum. & ſuccini floribus Sulphuris eſſentificatum, ac per papyrum bibulam filtratum: omniaqve circula lentiſſimo cinerum calore per qvatuordecim dies. Habebis ſecretum, qvod in Peſte & morbis Epidemicis ex Dei benignitate ad miraculum operari ſolet.

VIRES, USUS, DOSIS.

In Peſte eſt curativum & Præſervativum.

Doſis gutt. viij. 10 ad 20. in vino vel aceto qvotidiè, manè: vel ſingulis ſeptimanis ſemel jejuno ventriculo expectato ſudore aſſumantur.

Præſervat à putredine & nil impuri in corpore relinqvit.

Correptus Peſte ſtatim ab initio, alvo prius ſubducta, nec incendio febrili nimiopere flagrante, ac per viſcera ſæviente, protinus nullâ interpoſitâ morâ ægrotanti ad felix ſudoris eliciendum propinetur de hoc Scrup. j. vel Drach. ß in aqv. carduibened. Scordii Galegæ &c. Eſt ſecretum ſingulariſſimum in Peſte aliiſqve morbis Epidemicis ac venenatis profligandis & ad miraculum qvaſi expellendis. Datur ad eliciendum venenum Peſtiferum bis vel ter. Vid. *Baſil. Chym. D. Crollii pag. 228.* *Notas D.Hart-*

Digitized by Google

D. Hartmanni ad Croll. pag. 407. Tract. de Peſtis lue D. Ungori lib. 3. cap. 8. Inſtitut. Medicin. D. Sennert. lib. 5. ſect. 3. cap. 9.

CLYSUS VEL CLYSSUS LAvacrum vel Acidulæ Antimonii.

Ejus præparatio eſt talis:

℞. *Antimonii*
Sulphuris
Nitri ana Unc. iiij.

Alii hanc proportionem ponderis obſervant.

℞. *Antimonii Unc.* iiij.
Nitri Unc. iiiß.
Sulphuris Unc. ij.
Tartari Unc. j.

Prior autem modus præ ceteris placet. Fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Poſtea tibi ſit in promptu Retorta longiori Ventre, in cujus parte poſtica ſit tubulus: Hæc collocetur in fornacem, eiqve Recipiens adaptetur, qvod aqvæ cichorei vel acetoſæ vel fumariæ menſuram contineat; Deinde ubi igne incaluit Retorta, Drach. ß vel Drach. j partitis vicibus injiciatur, & poſt qvamlibet partiunculam injectam foramen, vel tubulus claudatur; atqve hoc per integrum diem continuetur.

Qvidam pro Aqva cichorei Aqvam betularum, id eſt, (Birckenſafft) ſumere ſolent; qvia aqva betularum vernalis Acidulis proportionatur, Argumento hoc; qvia per id tempus maximè aqva abundant betulæ, ſub qvod è centro terræ ſub æqvinoctio in terræ ſuperficiem ſcaturit natura hoc Merçuriale Sal acidum, ſive radicale Naturæ humidum, ex qvo cuncta revireſcunt.

NOTA.

In principio clyſis vehementer ſulphur olet: qvod tamen ſenſim exhalare ſolet. Eſt autem Antimonii acidula lavamentum mineræ Antimonialis calcinatæ per nitrum & Sulphur figens Eſſentiales, acidos Antimonii Spiritûs fixos, ſeu ſtabiles factos per acidos ſpiritus fixos, Nitri & Sulphuris corrigens.

USUS ACIDULARUM Antimonii.

Proprietates hujus ſunt: Incidere, Coagulare, dolorem Medicari & auferre, habere vim Bezoaradicam.

Harum proprietatum ſunt hæc effecta: Incidere bilem craſſam tenuem & fluentem verò incraſſare ſuaqve vi anodyma bilis

bilis fervorem dolorificum & angentem tranqvillare putridos humores expurgare & venenatos ex illis vapores; imò malignã ipſam putredinem, corrigere, reducere, compeſcere & expurgare per ſudorem. Præterea Tartarum educere & per urinam expurgare. Internus hinc ejus uſus, eſt in Febribus ardentibus, putridis:

Apoſtematibus internis.

Angina, Catharrhis.

Ardore & Anexoria, Scorbuto.

Præſervatione Peſtis.

Cholera, Dyſenteria &c.

Externus verò eſt mitigare, & reſtringere ardorem ulcerum & tumorum: Incidere & lenire ſcirrhomata: Siſtere hæmorrhagias ſive narium, ſi collo applicetur, ſive aliarum partium: Et ad qvæ prætere acunqve Lac Virginis Chirurgorum, aut Sal, ſacchari Saturni extra poteſt conducere.

Cauſa demonſtrationis eſt Sal Mercuriale in hac Clyſi, continens in ſeſe Eſſentiale Sulphur Anodymum, qvod eſt de Natura Vitrioli.

Hæc Clyſis magnum ſecretum eſt, & unum è meis ſecretis. Autor ejus eſt *Rageus* olim profeſſor Academiæ Torpacenſis.

NOTA.

Qvidam aqvæ cichorei vel acetoſæ vel betularum ante deſtillationem addere ſolent Unc. j Spiritus Sulphuris vel Nitri, ſed malè.

Qvidam etiam poſt primam deſtillationem adhuc ſemel cohobare ſolent, ſed ſine fructu, ſic enim Spiritus pereunt.

Non ſtatim in principio ejus uſus eſt conducens, propter Sulphur, qvod vehementer olet: ſed poſtqvam illud ſenſim exhalare ſoleat.

DOSIS.

Datur à chochleari j ad iß. in vehiculo ſudativo. In defectu hujus Acidulæ aliqvando ſeqventi Mixtura ſudorifera (qvæ ſæpe ſupplevit vicem qvarumlibet Acidularum) uſus ſum.

R. ſpiritus ligni Gvajaci Unc. iß.
Tartar. Drach. vj
Sulphuris acidi Drach. ß.
Extract. ſumitat fumar. Drach. ij
Plantag. Scrup. ij.
Ligni Saſſafr. Drach. ß.
Theriacæ Scrup. j.
Aqv. fumariæ lb. ß.
Cardui bened.
Tormentill.
Sambuci ana Unc. j.
Cinamom. Unc. ß.

Deſtil-

Digitized by Google

Deſtillat. arad. Chyne Unc. j
Miſce in fictili.

DE
SPIRITU TARTARI.

Tartarus certò cothurnus fere omnibus pedibus aptus eſt. Modo enim agit digeſtivum, modo vires Diaphoretici præſtat, & hæc omnia prout ejus præparatio inſtituitur. Diaphoreticum ſi ipſum expectas, ſpiritum ex ipſo, modô, qvi jàm ſeqvitur, elicies.

R. Tartarum pulveriſatum & & ablutum âqva, hic indatur cucurbitæ luto obductæ, & aperto igne deſtilletur inſtar aqvæ fortis.

Ignis primò ſit lentus, poſtea fortificetur, donec omnes Spiritus exierint, & Recipiens nubibus repletus iterum factus pellucidus. Aqva primum emanat; deinde fœtidum oleum: ſeparentur per tritorium. Aqva ſeu ſpiritus primum corrigitur & rectificatur in cella collocando octiduum in gelidam aut madidam arenam, poſtea deſtillatur per Alembicum & rectificatur bis vel ter, ut ſit purus.

OBSERVATIONES.

Ingratus ille odor hujus Spiritus absqve virium amiſſione non tolli poteſt. Alii aliter conantur fœtorem vel corrigere vel planè auferre.

Plurimi ſupra Garyophyllos illum Spiritum rectificant, vel digerunt aliqvot guttis Olei Vitrioli cum duabus vel tribus cochlearibus Spiritus Vini, & poſtea miſcent cum Spiritu Tartari, ſic fœtor ille perit.

Sunt qvi aqvæ roſarum aliqvid propter odoris emendationem miſcent.

Fœtor ille ingratus non omninò deformidandus, ſimilia enim ſimilibus curantur, & ſic in Peſte vel aliis venenatis morbis exhibitus magno ſucceſſu fœtidos è corpore ſudores copioſè expellit.

VIRES ET USUS.

In primis hic Spiritus eſt maximum Diaphoreticum, hinc à centro ad circumferentiam, ſeu ad ſuperficiem expellit omnem Scabiem latentem, Serpiginem lentiginem &c.

Præterea præcellit omnibus medicamentis & Arcanis hic Spiritus in tollendis omnibus obſtructionibus & putrefactionibus.

In Hydrope etiam feliciter eo utimur cum aqva Soldanellæ & Ebuli. Aſſumitur etiam cum Oleo

Digitized by Google

Oleo Vitrioli, & tum aqvas per urinam expellit, qvicqvid hac via non tentabitur, difficulter tentabitur aliis.

Vitia menſtruorum retentorum corrigit.

Initia Lepræ profligat.

In Eryſipelate, cum æqvali pondere Theriacæ circa finem morbi Drach. j exhibetur, ita tamen, ut venæ ſectio in robuſtioribus præcedat.

Icteritiam & etiam exinde exortos morbos expellit.

In Lue Venerea eſt ſingulare remedium; ſi turbith minerale, exhibeatur, vel Mercurius Vitæ propinetur: Expellit enim è centro Luem internam, poſtea cruſtæ illitæ oleo ligni Guajaci decidunt.

Prodeſt Pleuritidi & Anginæ.

In morbis capitis etiam utimur.

In Febribus.

In contracturis.

In puncturis laterum.

DOSIS.

A Scrup. j ad Drach. ß. in aqvis convenientibus.

E Spiritu Tartari paratur Elixir Tartari hunc in modum.

℞. Spiritus Tartari ℥iiß.

Croci.

Myrrhæ.

Aloes ana ʒiij.

Stent hæc per dies aliqvot in loco calido, poſtea colatum uſui reſervetur; qvod verum Elixir Tartari ſuperat operationis præſtantiâ ipſum Spiritum Tartari.

NOTA.

Ad hunc laborem Tartarum Auſtriacum tibi ne eligas, qvia pleraqve Vina Auſtriaca naſcuntur in locis Petroſis, unde eorum Tartarus multum fæculentiæ ſecum trahit. Vide *Tyrocin. Chym. D. Beguini lib. 2. cap. 4. de Spiritibus. Baſilic. Chym. Oſvv. Crollii pag. 157. Inſtit. Medicin. D. Sennerti lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 5.* ſub titulo *de Aqvis & Spiritibus deſtillatis. Notas D. Hartmanni ad Crollium pag. 277 Tartarologiam D. Angeli Salæ pag. 48.*

DE SPIRITU CARDUIBENEDICTI.

Spiritus non modò eliciuntur ex Metallis & Mineralibus; Verum etiam ex Vegetabilibus: ſed ſingulorum peculiaris eliciendi modus. Ex herbis paratur ſeqventi modo.

Modus eliciendi Spir. Carduibenedicti.

℞. Folior. Carduibenedicti viridium q. ſ. conſcindantur minutim, addatur parum fœcum, & aliqvid aqvæ nonnihil tepidè affundatur, & poſt dies aliqvos, ubi fermentatio peracta, & deferbuerunt, deſtillentur per Veſicam. Ab aqva deſtillata Spiritus per Phiolam ſeparetur. Et ut ſemel hoc moneam, ubi plus aqvæ eſt, prima rectificatio per cucurbitam fiat, hinc per Phiolam.

Vires & Uſus.

VIRES ET USUS.

Diaphoreticum eſt promovens naturalem ſudorem.

In Peſte & Febribus tàm curativum, qvam præſervativum.

Urinam qvoqve prolicit.

Sanguinem reddit purum.

Concoctionem promovet.

Doſis.

DOSIS.

A Drach. j ad Drach. ij in Vehiculo convenienti.

Extractū Carduibenedicti.

Ex herba Carduibenedicti paratur Extractum Carduibenedicti Spiritu Vini, qvod habet easdem Vires & Virtutes, qvas jam de Spiritu ipſius Carduibenedicti enarravimus.

Sal Carduibenedicti.

Sal qvoqve ex herba Carduibenedict. extrahitur ejusdem Virtutis & efficaciæ. Vid. *Inſt. Medic. D. Senn. lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 5.*

Spiritus Sambuci.

DE SPIRITU SAMBUCI.

Magnus certè honor Sambuco Arbori in re Medica debetur, Nam ſpiritus ejus non modo Diaphoreticum elegans eſt, verum etiam convenit in

Capitis morbis.
Hydrope.
Peſte.
Febribus.
Oculorum vitiis.
Podagra.

Morſu canis rabidi, vel alterius animalis venenati, aliisqve hujus generis pluribus affectibus.

DOSIS.

A Drach. j ad Drach. ij. Vehiculo convenienti. Paratur autem Spiritus hic ad modum ſeqventem.

℞. Baccas maturas craſſo modo contuſas, admiſce tertiam partem polentæ hordeaceæ: optimè permiſta in dolium ex ligno querno conjice, & aqvam ferventem, in qva prius aliqvid lupuli maceratum fuerit, affunde, vaſeqve benè clauſo per dies qvatuor, vel qvinqve fermentari ſinito. Ad digeſtionem, fermentationemve celerandam aliqvid Vini

Vini fæcum vel cereviſiæ adjicito, &, ut prius, deſtillato & rectificato.

Verum prior modus, qvem præcedenti pagina deſcripſi, ut qvi ſimplicior & purior, huic à plurimis non immeritò præfertur.

Vel paretur Spiritus Florum Sambuci eò modo, qvem præſcripſit *Quercetanus lib. 1. Pharmacopeæ dogmat. reſtitut. cap. 7. de Aquis.*

Nec multo abſimilem modum deſcripſit *Dn. D Sennert. Inſtit. Medic. l. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 5.*

Nota.

Nota. Placentam in Veſica poſt aqvarum deſtillationem relictam, qvam caput mortuum Chymici nominant, non inutiliter abjice, ſed reſerva ad uſus Practicos, ad dolores videlicet Capitis & Vigillias, vel Deliria, contunditur ſc. cum aceto aliqvo ſicqve intra linteola æqvè ac magma roſarum fronti in dolore capitis applicatur. Idem de Spiritu Abſynthii dijudicandum.

DE SALE ABSYNTHII.

De Sale Abſynthii.

Hic obiter notandum, qvod qvælibet res contineat ſalem duplicem, unum Volatilem, alterum fixum: Hic ignem ſuſtinet, & in cineribus relinqvitur: Ille calorem & ignem non ſuſtinet, ſed avolat & calcinatione diſcutitur, nonnulli Eſſentialem dicunt. Sal prior eſt iterum duplex: unus eſt: qvi plerunqve vel deſtillando, vel per Retortam, vel per Alembicum, efficitur, elevatusqve concreſcere ſolet in collo vel roſtro Retortæ vel Alembici; Alter qvi ex plantis.

R. Plantæ alicujus magnam qvantitatem, contunde & affuſa aqva multa in vaſe magno coqve. Decoctum cola & fortiter exprime, Colaturam iterum coqve ad mellis conſiſtentiam. Succum hunc pone in Vaſe vitreo in locum frigidum & Sal Cryſtallinus concreſcet efficacior illo, qvi è cineribus elicitur. Eodem modo etiam ex qvibusdam ſuccis paratur.

Poſterior, qvi ignem ſuſtinet, & è cineribus relinqvitur, ſic conficitur. Exempli gratia.

R. Herbam Abſynthii ſiccam, eamqve combure in olla vel fictili, Lixivium filtra, & in fictili vaſe, vel tigillo ad carbones lento igni coqve, ut aqva exhalet & ſal relinqvatur: hunc ſolve & coagula, donec

Digitized by Google

donec ſalem candidiſſimum habeas.

OBSERVATIO.

Qvælibet herba, qvam pro confectione Salium expetas, colligatur eo tempore, qvando ad maturitatem venerit, aliàs parum Salis accipies. Herba alia plus ſalis ſuppeditat, alia minus. Ex alia puriorem ſalem, ex alia impuriorem, & qvi diligentiori atqve exactiori clarificatione opus habeat, accipis.

Lixivium è cineribus filtratum, & in vaſe fictili ad dimidium coctum ſi ponatur in locum frigidum in vaſe vitreo, vel fictili, ſal candidus concreſceret.

VIRES ET USUS.

Qvid de Sale Abſynthii ſentiendum ex eo patet, qvòd *Theophraſtus* ipſo curare potuiſſe qvatuordecim morbos gloriatus fuerit.

Præterea Diaphoreticum eſt excellens.

Contra Hydropiſin in aqv. Endiviæ exhibetur feliciſſimè.

Aufert Icterum utrumqve in aqv. Cuſcutæ.

Colicæ & Doloribus Ventriculi in aqv. menthæ confert.

Pleuriſi in aqva papaveris erratici.

Epatis, Venarum Miſaraicarum, Lieniſqve obſtructiones reſerat in aqva Chamomillæ.

Capiti prodeſt in aqva Betonicæ.

Promovet Calculum, Urinam, Sudorem, & Menſtrua in aqva Sambuci.

In Febribus nihil magis conveniens, in aqva fumariæ.

Vermes necat in aqva Santonici.

In Scabie in aqva Scabioſæ.

Concoctionem mirè promovet in Vino vel aqv. menthæ.

In Contractura, Podagra &c. in aqva Ivæ Artheticæ.

Nota.

Lixivium ex herbæ alicujus cineribus cum prædicta portione Sulphuris paratum, qvando coxeris donec cuticulam acqvirat & in locum frigidum (nimirum in cellam) poſueris elegantes Cryſtallos tibi ſuppeditabit.

D. Clariſſ. Hartmannus in Notis ad Crollium ponit æqvale pondus Sulphuris ad Cinerum alicujus herbæ qvantitatem, proceditqve ut jam dixi, affirmans, qvod Sal abſinthii datum ad Scrup. j purget per vomitum pectoris impuritates (in ℥ij aqvæ) Item Sal Imperatoriæ juxta hanc viam para-

paratum & in Rob. Sambuc. datum à gr. iiij ad vij mirabiliter omnes Febres abigat. Sed ego tantum qvartam partem Sulphuris ad proportionem Cinerũ ſumere ſoleo, qva ratione ſal candidiſſimum efficitur, immò qvinta vel ſexta pars Sulphuris ſufficit, ut experientia me docuit. De Salibus conficiendis, Vid. *D. Sennert. Inſtitut. Medicin. lib. 5. part. 3. ſect. 3. cap. 13. D. Andr. Tenzel. Exegeſ. Chymiatr. part. 3. ſect. 1.* De Cryſtall. Magiſteriis & Salibus. *Tyrocin. Chymic. Beguin. D. Hartmann. Notas ad Croll. pag 446. Tartarologiam D. Angeli Sale.* De Sale Carduibenedicti, Imperatoriæ, Sambuci, Fumariæ, Scordii &c. idem eſt judicium.

Qvod *Galenus* de Salibus Theriacalibus ſcripſit, Videantur apud eundem *lib. de Theriaca ad Piſonem, cap. 18. & 19.* Item legi poteſt *Paulus Ægineta lib. 7. cap. 11. Aëtius detrah. 4. ſermon. 1. cap. 97.*

DE CORNU CERVI.

Ut fere omnes partes corporis in cervo ſuas ſingulares virtutes habent, ita qvoqve Cornu cervi ſuum in Medicina uſum obtinet, tum à Medicis pro egregio Sudorifero & Diaphoretico habetur: Ejus autem præparatio varia eſt, uti ex ſeqventibus videre licet.

DE VULGARI CORNU CERVI præparatione.

R. C. C. idqve per ſerram in fruſtula diſſectum, pone in olla figulina non Vitreata in fornacem, in qva conficiuntur lateres, vel ollæ, ſtetqve in ipſa donec album colorem acqvirat, poſtea aufer illud, & aqva Carduibenedicti læviga, donec inſtar pollinis fiat, poſtea illine illud in tabulam vitream, qvod exſiccatum in ſole vel hypocauſto ad uſus reſerva.

DE CORNU CERVI Philoſophicè vel ſine igne præparato.

Uſtio C. C. admodum officinis uſitatum non caret ſuſpicione perditarum virium, etenim Sal volatile Urinoſum omne in auras abiit, particulæ gelatinoſæ ſunt aduſtæ ac deſtructæ, nilqve remanſit aliud, qvam Cadaver, ſeu Caput mortuum. Ideoqve de alia præparatione hactenus cogitatum à Medicis, qvalis hæc eſt: Annotat eqvidem *Zwölfferus*, nec

nec hanc præparationem virtutis jacturam facere, ſciendum tamen tantam eam non eſſe, ſiqvidem Philoſophicè hoc modo præparatum C. C. gelatinam ſuam qvadantenus continet, dixi autem alibi in ea reſidere Sal volatile unde reſolubile qvaſi eſt, ſeu molleſcit. Præparatio verò hæc eſt: C. C. in fruſta conciſum imponatur ollæ perforatæ, eo modo, ut vapores ferventis aſcendentis undiqvaqve ad ipſum aditus concedatur; huic adaptetur Veſica aqva ſemiplena cum epiſtomio in latere ad ſubſtituendum ſubinde aqvam conſumptam ſubſternat ut ignis ita per viginti circiter dies conſervetur, ut vapores fervos continuò feriat C. deſuper conſtitutum. Sic calcinatio ejus pulchrè ad interiorem usqve nucleum in niveam prorſus albedinem ſuccedat.

VIRES ET USUS.

C. C. ita præparvi ſua Diaphoretica Unicornu æqviparandum, omnibus enim Cordis Affectibus confert, & contra omnia Venena mirificè præſtat, Inſuper Morbo Regio,

Dyſentericis,

Cœliacis,

Sanguinem excreantibus

Veſicæ doloribus,

Vulvæ fluxione laborantibus &c. prodeſt.

DOSIS.

Doſis à Scrup. ß ad Scrup. j in Vehiculo morbum propriè reſpiciente.

DE CORNU CERVI Philoſophicè præparato compoſito.

R. C. C. Philoſoph. uſt. ℥iß.
Magiſter. Corall.
Boli Armen Or. ana ℥iß.

Super porphyrium iii pulverem ſubtiliſſimum redigantur, affundendo paulatim Spiritus Vitrioli tantum, qvantum pro paſta confirmanda ſufficiat. Ex hac ſubitò ſuper tabulam ducta & complanata placentæ fiant qvadratæ vel rotundæ &c. qvaleſcunqve placuerunt ad modicum calorem reſiccandæ.

Nota.

Miraberis eqvidem ſatis magnam copiam Spiritus Vitrioli in Cornu cervi abſorberi, nihilqve tamen aciditatis poſt reſiccationem ſupereſſe acidum ſcilicet tum in Cornu cervi tum in bolo coagulatur.

DO-

Digitized by Google

DOSIS.

Doſis gr. viij. Scrup. ß. ad Scrup. j in juſculo, aut Syrupo qvodam convenienti.

VIRES ET USUS.

Præſtans eſt Diaphoreticum, qvod omnes ſordes corporis per poros ejicit non ſine magno ægrotantis adjumento. Maximè eſt ejus uſus.

In Febribus,
Peſte,
Scabie,
Dyſenteria,
Hydrope,
Calculo &c.

DE
MAGISTERIO
Cornu Cervi.

Referendum huc qvoqve eſt Magiſterium C. Cervi:

R. C. C. limat. vel tornat. in fruſta minutim confracti q. v. affundatur Spiritus Nitri, & ponatur in locum calidum ad ſolvendum, trajiciatur per chartam bibulam, Spiritu Nitri ſeparetur, & ſolutio aqva pluviali edulcoretur, & exſiccetur.

ALIA DESCRIPTIO
Magiſterii ſeu Extracti
C. C.

℞. *Spiritus Vini*
Vitrioli ana part. æquales.
Miſce & affunde raſuræ C. C. ut Tinctura extrahatur; Craſſamentum nigrum abjice & Tincturam extractam filtra, rurſusq; menſtrui exhalatione coagula.

VIRES ET USUS.

Diaphoreticum eſt inſigne in Febribus malignis, omnibusqve aliis morbis in qvibus C. C. locus eſt.

DE
ALIO MAGISTERIO
C. C. in forma liqvida.

℞. *Sal. C. C. volatilis ℥j.*
Spiritus Vini ℥vj.
Deſtillando uniantur, datur à gut. v. ad x. vel xij in vehiculo convenienti. Maximum eſt Diaphoreticum in

Scabie,
Febribus etiam malignis.
Variolis &c.

Poſſunt ſaltem Sal volatile C. C. cum Spiritus Vini blando Calore foveri; ſic enim Sal volatile facilè diſſolvitur melius tamen conjunguntur, ſi ſimul deſtillentur, id qvod ex retorta fieri debet, alias ex cucurbita deſtillata illa Sale volatile primum ac ſeparatum aſcendit.

DE

DE AQVA TYPHORUM

Cornu cervi.

R. Utiliſſimum etiam ad omnes morbos malignos ſudoriferum elicitur è tophis, ſeu cornibus recentibus cervorum, ſanguine adhuc rigidis (Hirſchkolben) ſi in tenuiſſima fruſtula conciſa in Retorta per Mariæ Balneum aut Roris deſtillentur, vel per ſe, vel pauco vino generoſo, donec liqvor omnis egrediatur.

DOSIS.

Doſis cochl. ſem. vel per ſe vel cum aptata aliqva conſerva flor. citri Aurant. vel in liqvore convenienti in omnibus Febribus ardentibus malignis & Epidemiis.

DE SPIRITU CORNU Cervi.

Deſtillatio C. C. in [illegible]um & Sal volatile hodiè ferè notiſſima eſt, ſumuntur ſc. cornua conciſa, & cum retorta obſervatis ignis gradibus deſtillatur, primus oleum fœtidum & Sal volatile, oleum ſeparatur & ſpiritus cum Sale volatili rectificatur, tertium repetitur hoc addito tantillo aqvæ communis, ut oleoſæ ſordes à Sale volatili abluantur, quas ultimo à pane toſto, ſic enim Empyreuma amittit, abſtrahitur, Gelatina tamen etiam Sal volatile continet, adeoqve ſi raſuræ C. C. ad miſceantur appropriata flores ſambuci Scordii fumariæ &c. cum Spiritu Vini efficax aliqvis & ſudoriferus, elicietur ſpiritus, ſatis tamen eſt ipſam Gelatinam aqvis & ſpiritibus illis appropriatis ſolutam propinare; violento enim Igne facilè alias glutinoſa pars Gelatina aduritur in qvâ certè nō infima vis alexipharmaca conſiſtit.

PULVERES QVIDAM DIAphoretici è C. C. Philoſophicè uſto qvi loco Bezoardicorum eſſe poſſunt.

R. C. C. Philoſoph. prep.
Terræ Lemniæ ana ℥ß.
Sem. citri
acetoſ. ʒiij.
Salis Carduibend.
abſinthii ana ʒß.
Rad. torment.
Diptamni
Biſtortæ ana ʒij.
Boli Armeni prap.
Margarit. prap. ana Drach. ij.
Oſ. de cord. cerv. no. v.
Lapid. Bezoard. Scrup. iiiß.
Spec. liborant. ſine aloe Drach. iiß.
Fiat Pulvis.

ALI-

ALITER.

R. C. C. Philoſ. præp. Drach. vj.
Succini præp.
Terr. ſigill. Turc. Drach. iß.
Sem. citr. excort.
Cardnibend.
Acetoſ.
Rad. zedoariæ.
Angelicæ in acerrimo aceto per horas xxiiij. macerat. ana Scrup. iiij.
Petaſit. Drach. j.
Salis abſinthii.
Scordii ana Scrup. ij.
Flor. Sulph. ſubtiliſſ. Drach. iß.
Cort. citri Scrup. ij.
Fol. auri fini no. x.
Miſce fiat pulvis.

ALITER.

R. C. C. Philoſoph. præp. Drach. ij.
Lapid. Bezoard. Drach. iß.
Unicornu animal.
Mineral. ana Drach. ß.
Oſ. d. Cord. cervi Scrup. ij.
Terr. ſigill.
Boli Armen. præp. ana Drach. ij.
Smaragd. præp. Drach. iß.
Rubin.
Sapphyr.
Hyacynth.
Cryſtall. ana Scrup. ij.
Margarit. præp.
Corall. rub. præp.
Sem. cort. citri.
Cinamom. ana Drach. j.
Ambræ
Moſchi ana Scrup. j.
Fol. Aur. fini
Lunæ fini ana no. x.
Miſce. Fiat pulvis.

DE LIGNO GUAJACO.

Pertinet & hnc lignum Guajacum, Saſſafras & Saſſapatilla è qvibus tam Dogmatici, qvam Hermetici Medici ſua admiranda Diaphoretica efficere norunt, & apud ipſos ideo in magno pretio ſunt.

Horum lignorum Exoticorum uſus cum non modo freqvens in morbis qvibusdam familiaribus, & iis, qvi per ſudorem curari volunt, verum etiam in curanda lue Gallica ferè cæteris omnibus medicamentis prævaleat, novitiis Studioſis ipſorum deſcriptione prodeſſe, & qvomodo ſingula recta methodo ad uſum transferenda, enarrare libuit.

DE LIGNO GUAJACO ſancto, vel Indico.

Et qvidem primò agemus de *ligno Indico*, qvod & *Guajacum* & Sanctum dicitur, utpote qvòd inter Diaphoretica, & qvæ adverſus luem Veneream multum

valent, remedia principatum obtinet. Cum enim in Indiâ hæc lues feratur eſſe endemia, etiam primarium remedium ex India petitum, qvod lignum Indicum appellant. Eſt autem lignum hujusmodi, ut ex *Conſalvo Oviedo*, Nobili Hiſpano, Indicarum rerum ſcriptore, patet, duplex: unum, qvod vulgo notum *Guajacum* dictum, alterum, qvod *palus ſanctus*, ſeu *lignum ſanctum* appellatur. Etſi enim à plurimis hæc duo ligna pro eodem habentur: tamen nominatus modò autor & notis & locis utrumqve diſcernit, de qva re videatur *Fallopius, de morbo Gallico cap. 39.* Cum tamen utrumqve lignum ad morbum Gallicum expugnandum easdem vires habeat, (etſi ligni ſancti ad arthritidem & alios morbos major vis eſſe feratur, & lignum ſanctum hodiè ad nos raro affertur) ſolum de Guajaco dicemus.

Inter cæteras ſuperioribus ſeculis expertas novas Inſulas eſt etiam una, cui Hiſpani inventores Hiſpaniolæ nomen indiderunt. In ea Hiſpani lue Venerea infecti, ab Incolis edocti decocto ſunt uſi ligni hujus, qvod hodiè Guajacum, ab Incolis cum hiatu *Huajacum* nominatur; Arbor fertur eſſe foliis fraxini ſimilis, color ligni intus nigreſcens eſt, ipſum lignum grave & ponderoſum, in aqva non fluit, ſed mergitur, reſinoſum eſt, & dum accenditur, odorem non ingratum ſpirat: ſapor ejus ſubamarus, cum levi acrimonia linguam vellicante.

Electio ligni Guajaci.

De ejus electione nonnihil dubii apud medicos occurrit. Sunt nonnulli in ea ſententia, qvod albicat, præferendum eſſe, cum qvo minus adoleverit, eò magis albicet: qvo verò magis adoleverit, eò magis nigricet. Siccius autem eſſe, qvod eſt annoſius, qvod vero minus annoſum, humidius, & ſucco magis abundans, & proinde duplex in viventibus humor eſt, qvod obiter addo, unus primigenius, calidi innati, ſeu ſpiritus inſiti ſubjectum, etiam ad flammam concipiendam aptus: alter alimentarius, aqvoſior, & ad inflammationem minus aptus.

Vires & Uſus Ligni Guajaci.

Vires ejus ligni, ut & aliarum plantarum non æſtimandæ ab illo alimentario, & aqvoſiore humore, ſeu à calido illo inſito, & humido primigenio. Qui cum in ætate prima cùm in infantibus, tum

tum in plantis humido multo obruatur & obſuſcetur, multæ actiones in prima ætate infirmæ & imbecilles ſunt, qvæ poſtea humido illo abſumpto nonnihil, ac calore vegetiore reddito, progreſſu ætatis fortiores fiunt, ſoletqve hic calor omnium actionum præcipuum inſtrumentum usqve ad florentem ætatem & ἀκμὴν immutatus conſiſtere. Itaqve etſi in Guajaco etiam idem calidum innatum & humidum radicale ſemper ſit, à qvo vires ejusdem: tamen qvia in tenello ligno adhuc vis iſta à copiâ humoris obruitur & qvaſi cohibetur, minus efficax eſt adoleſcens adhuc lignum & præſtat qvod jam adultæ & confirmatæ ætatis eſt. Ac proinde ad hujus morbi curationem non lignum ſubflavum, vel qvod buxei coloris eſt, & vel ab immatura arbore, vel à ramis deſciſſum, ſed potius nigricans eligendum, utpote, qvod magis reſinoſum eſt, & pingvi illa balſamica ſubſtantia abundat, in qva vis illa Venereæ Virulentiæ adverſa maximè reſidet. Ætatem ergo hujus ligni cognoſcere, utile eſt, ut efficaciſſimum eligatur;

Ætas hujus ligni ut dignoſcenda & diſtinguenda.

Monet etiam hic *L. Septalius* eſſe ſpeciem qvandam Guajaci, qvæ nunqvam in uſum ducenda ſit, ſed eſt coloris ſub obſcuri cum qvadam viriditate, qvæ decoctum facit omnino turbidum, inſuper maxima acredine, & in gulâ & faucibus ardorem excitat; ob craſſas autem & terreſtres partes, majori parte in ſplene, nonnunqvam etiam in epate obſtructiones inducit.

Si etiam cortex ſit craſſus, & ligno ita adhæreat, ut vix avelli & ſeparari poſſit, bonæ notæ lignum eſt. Si verò facilè è ligno ſeparetur, vel vetuſtum eſt, vel aqva marina emarcuit.

Cortex ligni Guajaci.

Cortex ejusdem ligni majore acredine pollet, & propterea validius ſiccat, attenuat, ac digerit, qvam lignum: verum qvia illa vis occulta, qvæ huic morbo adverſatur, eſt potius in humido illo pingui, ac ſubſtantia balſamica, ſemper lignum cortici præfertur; ac propterea cortex calidis & ſiccis corporibus minus commodè adhibetur.

Vires ligni Guajaci.

Vires ligni Guajaci qvod attinet, eſt illud calidum & ſiccum, ut ex ſapore, acrimonia & amaritudine percipitur, & qvidem in ſecundo gradu, ac ſimul eſt tenuiũ partium, unde vim habet craſſa attenuandi, lenta incidendi & deter-

tergendi, obſtructiones aperiendi & ſudores & urinas ciendi, ſuperfluosqve humores frigidos diſſipandi & abſumendi. Verum non ob iſtas qvalitates præcipuè exhibetur lignum Guajacum; (cum hujusmodi qvalitatibus prædita medicamenta etiam in Europa inveniantur: nec ex India ea transportare neceſſe eſſet) ſed inprimis ob vim illam peculiarem & virtutem, qva virulentiæ Venereæ adverſum eſt. Et qvidem inter Alexiteria luis Venereæ lignum Guajacum primas obtinere omnes qvidem Medici ferè conſentiunt. Qvanqvam enim *Fernelius* hanc vim extenuare nonnihil velit, ideo, qvod non omnes hoc morbo affecti ejus uſu curantur: tamen cauſa ſufficiens hæc non eſt; cum nullum omninò reperiatur Alexipharmacum, vel aliud medicamentum, qvod omnes etiam curet morbos, qvos curare alias ſolitum eſt. Ipſi autem Virulentiæ Venereæ occulta qvalitate & proprietate lignum hoc adverſatur ac humido radicali & balſamo naturali, qvod à virulentia hac facultati nutrienti adverſa maximè læditur, amicum eſt, illudqve roborat adeò, ut obſervatum ſit, eorum qvoqve, qvi epar, totumqve corpus ſiccum & calidum habuerunt, & qvi à lue Venerea penè contabuerunt, uſu decocti hujus ligni, licet caliditate & ſiccitate ipſis adverſis, inſtauratos corpulentiores redditos fuiſſe. Nonnulli qvidem ſcribere auſi ſunt, decoctum hujus ligni non minus nutrire, qvam nutriat jus pulli. Verum hi nimii eſſe mihi videntur in laudando hoc ligno. Etſi enim vegetabile eſt, & aliqvid forſan ſucci alimentaris in decoctum deponit: tamen in pullo plus eſſe alimenti homini idonei, qvam in ligno Guajaco, neminem ſane mentis facilè negaturum puto. Qvod vero nonnulli poſt morbum hunc corpulentiores fiunt, id ex accidenti eſt. Nam cum ob virulentiam Veneream nutritio in toto corpore fuerit læſa, ubi illa diſcuſſa & extincta eſt, corpus iterum benè nutriri & augeri incipit. Id qvod & in aliis qvibusdam morbis, inprimis febribus, accidit, ante qvas cum homines ob pravum nutrimentum non eſſent *εὔσαρκοι*, per morbum aſſumtis vitioſis humoribus poſtea benè nutriri incipiunt, & corpulentiores fiunt. Non ſolum au-

An lignum Guajacum nutriat.

tem

tem hoc lignum habet vim alterandi& occulta qvalitate malignitatem illam virulentiæ Venereæ cùm humoribus, tum partibus ſolidis impreſſam, extinguendi, ſed etiam evacuandi, cum ſenſibiliter per ſudores, tum inſenſibiliter, per tranſpirationem. Ac proinde modus per lignum Guajacum, & huic cognata medicamenta curandi morbum Gallicum maximè uſitatus eſt. Etſi enim ob diuturnitatem curationis,& ſudandi labores,ac tenuem diætam moleſtiam afferat: tutior tamen longa eſt illâ, qvæ fit per hydrargyrum,in qvaſi peccetur,non leve periculum ægro imminet. Hydrargyrum enim remotioribus etiam partibus inunctam peculiari veneni ſui proprietate interna ſaucium, corrodit, & exulcerat,unde qvod experientiâ conſtat,qvi ad profligandam ſcabiem *cingulo Mercuriali*,qvod ita audit,uſi ſunt, oris illas exulcerationes ſputamqve copioſius ſibi acqviſiverunt. Præterea Nervis etiam inimicus eſt Mercurius, adeoqve tremor membrorum à Mercurialibus medicamentis fuit inductus. Inſenſibiliter corporis omnes meatus permeat Mercurius, unde etiam aurifabros nonnullos, qvi freqventer Mercurium tractarut, Aurū qvod contrectarunt,protinus dealbarunt, ac inſigni manuum tremore laborarunt.

Parantur autem ex ligno Guajaco varia medicamenta, eaqve vel formâ liqvida, vel ſolida & in ſubſtantia. Verum forma liqvida exhibita efficaciora ſunt; cum facilè ad actum deducantur, & in totum corpus penetrent, & omnium partium facultatum expultricem ad excretionem noxiorum ſtimulent. In ſolida verò forma cum pars illa, in qva vis medicamenti præcipuè reſidet, à terreſtri & craſſa nondum ſeparata ſit,non ita facilè in actū deducitur. Decoctum propterea, ut commodiſſimum,maximè in uſu eſt. Si qvi tamen propter diuturnum hujus medicamenti uſum ejus pertæſi ſint, ac nihilominus ſibi metuant, ne reliqviæ aliqvæ humoris pravi ſuperſint, aut vitæ genus decocti debito modo uſurpandi uſum amplius non admittat,iis etiam alia forma ex hoc ligno medicamenta exhiberi poſſunt. Inter qvæ Extracta & Spiritus,ut dicetur, efficaciſſima ſunt, ac longè pulveribus præſtantiora.

Medicamenta è ligno Guajaco.

Decocti ligni parandi ratio.

Ligni autem hujus decoqvendi ratio varia eſt, tum ratione potiſſimum liqvoris, in qvo fit decoctio.

An ſit in Vino coquendum.

Nonnulli enim in aqva, alii in decocto hordei, alii in aqvis deſtillatis, alii in vino, alii in ſero lactis, alii in jure carnis lignum decoqunt. *L. Septalius lib. 7. animadverſ. n. 104.* eos reprehendit, qvi ſolo vino decoctum lignum fieri poſſe negant: cum nihil aptius ad extrahendum medicamentorum facultates ſit, ipſo vino, & aqva (rectius Spiritu vini dixiſſet.) vini. Ideoqve decoctum ille cum vino parat, qvo in morbo inveterato cum malo habitu & materia frigida prædominante utitur, hoc modo: Facta infuſione Corticis ligni ſancti optimi, craſſo modo contuſi Unc. viij.

In vini albi opt. lib. Medicin. 10. per duos dies calefacto prius vino, & ſemper per duos dies illos in duplici vaſe, vel cineribus calente: Poſt fit lento igne vel in duplici vaſe elixatio ad conſumptionem tertiæ partis; qvo utatur ægrotus, & manè loco Syrupi, & pro potu in cibis, ſumet manè Unc. vij & poſt horam proliciantur ſudores; in prandio autem & in cœna non excedat Unc. xiij. Verum etiam concedendum, Vinum ad extrahendas vegetabilium vires commodiſſimum eſſe: tamen hoc negari non poteſt, qvod coctione vires vini evaneſcant, & ubi ſpiritus exhalavit, phlegma nauſeabundum, & ipſa aqva ſimplici minus commodum relinqvatur. Ideoqve in ea ſunt ſententia, vel lignum in aqva coqvendum, & ſub finem decoctionis vinum addendum eſſe; vel lignum ſaltem in vino diutius infundendum, aut in duplici vaſe coqvendum eſſe, atqve hoc eſt, qvod olim *Sennertus*, maximè verò Zvvölfferus ubiqve ferè in animadverſionibus ſuis annotat, ut nihil pereat, nullo verò modo ad tertiæ partis conſumptionem.

Ergo vulgariſſimè & rectiſſimè decoctio fit in aqva pura, qvæ & medicamenti caliditatem & ſiccitatem nonnihil corrigit, & diſtributionem ac ſudoris provocationem adjuvat. Si tamen corpus & præcipuè Ventriculus ſit frigidior & debilior, ægerqve vino aſſvetus non incommodè vinum admiſcetur ut modo dictum, & poſtea etiam dicetur. Nam Vino admiſto Ventriculus minus

minus læditur, & medicamenti vis ad omnia membra facilius penetrat.

Ligni ad aqvam proportio.

Ligni etiam ad aqvam diverſa obſervatur proportio, pro ætatis, corporis conſtitutionis, anni temporis ratione, ſumunturqve ad aqvæ lb. xij. Ligni Unc. iij. usqve ad Unc. xij. Si enim anni tempus ſit calidius corpuſqve tutuſſimum eſt, minorem ligni qvantitatem ſumere, & longiore tempore curationem tutò perficere, qvam medicamento potentiore damnum aliqvod ægro adferre; principio tribus curationis diebus, & priusqvam humores in corpore ſuperflui imminuantur ac ſudor facilè ac exqviſitè fluere incipiat ægerqve decocto adſueſcat. Poſt ſenſim plus ligni ſumi poteſt, qvod niſi obſervetur æger facilè in periculum conjici poteſt: Refert *Euſtachius Rudius lib. 5. de morbis occultis cap. 13.* ſe vidiſſe ægros, qvi ob hunc errorem, nimiam ſcilicet qvantitatem ligni primis diebus adhibitam, in febrim inciderint, ut poſtea ab uſu ligni abſtinere coacti fuerint magno cum ſuo damno. Ubi verò nihil tale metuendum eſt, in adultis, & communiter, ligni raſpati, vel torno comminuti lb. j. affunduntur aqvæ lb. xij. in olla fictili vitreatâ & horis 24. in loco tepido maceratur. Poſtea vaſe tecto, lento igne coqvitur, donec dimidia vel tertia pars remaneat. Decoctum hoc vaſe adhuc tecto refrigeſcere ſinitur, poſtea colatur.

Qua ratione decoctio instituenda.

Fallopius lib. de morbo Gallico cap. 46. diſputat, an commodius ſit, coqvere igne aperto, vel in vaſe duplici dicto, ſeu in B. M. illosqve reprehendit, qvi ſtatuunt, decoctum in Balneo factum dilutius eſſe, ſeu minus potens, qvodqve decoctum, in Balneo, ſit præſtantius illo, qvod fit in igne aperto, probare hic conatur exemplo aqvarum deſtillatarum, qvæ per balneum præſtantiſſimæ parantur, cum in his nulla aduſtio fiat, ſed major eliqvatio, qvæ fit in calido humido, decoctum præſtantius reddit. Verum aliud docet experientia, qvam ratio confirmat; Etſi enim è qvibusdam plantis humidioribus, ut roſis, violis, liliis convallium, & ſimilibus recentibus, qvarum vis in parte volatili, ut Chymici loqvuntur, conſiſtit optimæ aqvæ fiant, etiam ſine aqvæ affuſione, in balneo: tamen in plantis calidioribus, & præcipuè in radicibus & lignis

lignis, qvorum vis in parte oleoſa conſiſtit, nunqvam earum vis per balnei calorem nimis mitem elici poteſt, id qvod etiam in multis ſeminibus accidit, ſed opus eſt deſtillatione per veſicam, per qvam vehiculo aqvæ partes illæ fixiores reddantur, & elevantur. Cum ergo tota vis ligni Guajaci in parte illa oleoſa & reſinoſa conſiſtat, atqve ut ea eliciatur, forti coctione opus ſit, eam calor B. lentus præſtare non poteſt, ſed coctione in igne aperto opus eſt; qvæ tamen, ſi ſufficiens qvantitas aqvæ addatur, nullam aduſtionem inducit.

Quomodo decoctum ſit condiendum.

Nonnulli ſaporis gratia, & ut amaritudo minuatur, ſub finem coctionis uvarum paſſar. & glycyrrhizæ addunt. ana ℥j. Poteſt & ſaccharum & julepus aliqvis ſaporis gratia addi. *Aurelius Minadous de Virulent. Veneris cap.* 4. inprimis melle decoctum dulcorandum ſtatuit. Mellis enim exiguam qvantitatem, ſi ſimul concoqvatur, & deſpumetur omnem amaritudinem infringere, decoctumqve majorem vim abſtergendi, attenuandi, aperiendi fundendiqve humores, ac membra roborandi, acqvirere exiſtimat. Qvod ut in corporibus pituitoſis, ac inprimis frigido Ventriculo, locum habere concedimus; ita cum mel facilè bileſcat, in corporibus bilioſis, calidis & ſiccis non tuto uſurpari putamus, ſed commodius & tutius paſſulos glycyrrhizam aut etiam ſaccharum adhiberi.

Nonnulli etiam in iis, qvi epar calidius & ſiccius habent, ſub finem decocto unam atqve alteram radicem cichorei, endiviæ, ſonchi Mj. vel ij. addunt. Verum cum decocta talia ſint diu continuanda, cavendum, ne talium admiſtione ingrata reddantur, ægroqve nauſeam pariant. Deinde cum decoctum ad plures dies ſufficiens plerunqve coqvatur una vice, tales autem herbæ faciant, ut decoctum minus diu duret, ut hoc præcaveatur, non toti decocto, ſed ejus ſaltem lb. j herbæ tales addendæ.

Monet qvoqve *Aureolus Minadous*, decoctum illud ligni cum vehiculo eſſe exhibendum, qvod Virtutem medicamenti ad membra præcipuè affecta dirigat, & capite magis laborante cephalica, renibus laborantibus nephritica, epate, epatica, Liene, ſplenetica eſſe admiſcenda. Qvod ut non planè improbamus; ita non ſemper

ſemper neceſſarium putamus; cùm decocti vis facilè per ſe in totum corpus penetret. Inprimis verò cavendum, ne ejusmodi medicamentorum admiſtione decoctum nauſeabundum, & ægro nigratum reddatur. Qvod cum ipſe etiam animadvertat, rectè monet talia medicamenta ſeorſim commodius in pulverem, vel bolum vel aliam formam redacta, ſumi qvam decocto permiſceri. Verum de decoctis compoſitis infra dicetur.

Deſtillatū è ligno ſancto.

Chymici cum metuant, ut longa decoctione qvæ fit vel ad dimidias, vel tertias, ſpirituoſæ ac ſubtiles partes exhalent & diſſipentur, atqve ita virtus medicamenti minuatur, alio modo decoctum hoc parant. Recipiunt ſcobem ligni Guajaci ac Retortæ indunt, & aqva q. ſ. effuſa, Retortam in cineres ponunt, & Recipiens vas applicant, ac igne ſuppoſito primo digeſtionem, deinde deſtillationem perficiunt, ad dimidiæ partis aqvæ conſumptionem. Qvæ deſtillatur aqva, exhibent ad ℥iiij. Commodiſſimum tamen eſt, ſi aqva deſtillata cum reliqvo in decocto in retorta colato miſceatur. Ita enim integræ vires habentur. Supra decoctum in Retorta reliqvum iterum aqva affundi ac per horas 12. digeri, ac poſtea deſtillari poteſt. Liqvorqve deſtillatus potus loco exhibetur. Et cum interdum accidat, ut infantes lue Venerea infecti naſcantur, vel à nutricibus inficiantur, deſtillatum hoc ſaccharo edulcoratum loco julepi ipſis exhiberi poteſt.

Decoctum ſecundum.

Poſtqvam etiam primum decoctum vulgari modo paratum & colatum eſt, ligno poſt coctionem primam reliqvo iterum aqvæ lb xij. vel xviij, prout æger plus minusvè bibere ſolet, affunduntur & coqvuntur ad part. tert. conſumptionem. Colatura pro potu ordinario in prandio & cæna exhibetur.

Electuarium è Guajaco.

Qvidam & aliis modis hoc lignum exhibent, Nonnulli in forma pulveris; alii Electuaria inde conficiunt; Ita *Nicol. Maſſa. lib. de morbo Gallico cap. 6.*

Recip. ligni Indici ſubtiliſſ. pulveriſati lb. j. & cum ſyrup. fumariæ coquit in formam Electuarii: cujus ℥ß vel ℥j exhibet.

Vel R. ligni Guajaci ſubtiliſſ. pulveriſat.
Sarſaparill. ana ℥j.
Spec. diatr. ſantal.

diarrh. Abbat. ana ℥ij.
Conſerv. roſar.
cichor. ana ℥vj
Cum Syrup. de cichoreo
Fiat Electuarium.

Alii cum Syrupo convenienti pilulas inde parant.

Verum alii non ſine cauſa hic monent, talia medicamenta minus efficacia eſſe, multosqve qvi recens fuerant infecti, cum ex talium medicamentorum uſu ſanitatem ſperaſſent, mora & cunctatione iſtâ & medicamenti debilitate in malum graviſſimum incidiſſe; Minus enim, ut dictum talia medicamenta in corpus penetrant: Sub finem tamen curationis, ubi malum benè expugnatum fuit, ac metuitur ſaltem, ne prava aliqva diſpoſitio reliqva ſit, & ægris jam-diu continuatus decocti ligni potus nauſeam pariat, talia medicamenta ad reliqvias omnes abſumendas uſurpari poſſunt.

Extractū ligni Guajaci. Commodius ex hoc ligno Extractum paratur, atqve ex eo pilulæ, vel rotulæ. Verum poſt ejus uſum liqvore aliqvo ſumpto opus eſt, cujus vehiculo Extractum in totum corpus diſtribuatur, & deducatur. Imo Extracta hæc, ita etiam cenſente *Hercule Saxonia*, vix tam validas vires habent, ut poſſint morbum antiqvum & maximum vincere, ſed his meritò decoctum præfertur.

Oleum Guajaci. Fortius eſſe oleum ſcribit *Hercules Saxonia de Lue Venerea, cap. 27.* Et in hoc Oleo totam vim alexipharmacam reſidere, & ſe experientia comprobaſſe refert, hujus olei beneficio morbum antiqvum & maximum fuiſſe ſuperatum. Exhibet autem id variis modis. In corporibus emaciatis in lacte; in aliis temperamenti calidioris cum conſerva roſarum vel lacte caprino; in Melancholicis cum conſerva borraginis, vel bugloſſi; in pituitoſis cum conſerva betonicæ, in tophis cum terebinthina & qvidem pro doſi ℈ij. Verum procul dubio non oleum fuit, qvod exhibuit Saxonia, ſed Extractum liqvidum, ſeu Tinctura, ut appellant. Oleum enim nullum ex hoc ligno deſtillatur. Qvod vero per retortam, igne aperto deſtillatur, ita comparatum eſt, ut intra corpus non commodè, imò vix tuto exhiberi poſſit.

Spiritus Guajaci. Ego plus tribuo Spiritui Guajaci, qvem tamen paraſſe non eſt cujusvis.

Sunt

Sunt qvidam, qvi folia & fructus hujus arboris, in conſervas & Electuaria redacta uſurpanda cenſent, referuntqve. Indos etiam hac lue infectos, ea loco medicamenti uſurpare. Verum etſi folia & fructus in lue levi præſtare poſſint: tamen in veterata & magna non ſufficiunt, nec idem qvod lignum præſtare valent. Fructus etiam hujus arboris, etiam vim habere alvum vehementer movendi obſervatum eſt. Et cum interdum levis ac recens lues ſolis purgantibus curetur: non mirum eſt, Indos per purgantes hos fructus, curari poſſe; imprimis cum omnis vis alexipharmaca contra hunc morbum ei non ſit deneganda.

DE SARSAPARILLA.

Sarſaparilla.

Poſt lignum Guajacum primas in movendo ſudore, & curando eo modo Luem Veneream, aliosqve morbos, qvi per ſudorem curari volunt, obtinet radix, qvam alii *ſpartam parillam*, alii *falſam parillam*, *Hiſpani Sarſaparillam* nominant, ob ſimilitudinem, qvam cum ſmilace aſpera planta habet. Ob ſpinas qvidem (dumus enim Hiſpanis ſarſa eſt) ſarſa, ob folia verò & ramos, parilla, qvaſi vitis ſpinoſa nominatur. Imo *Fallopius de Morb. Gall. cap.* 65. in ea eſt ſententia, revera eſſe ſmilacem aſperam, qvæ & in Italia paſſim creſcit, & ſe ejus uſu plures felici ſucceſſu curaſſe, à lue Gallica, ſcribit. Verum ſit ſane, ut Italica ſmilax aſpera contra hunc morbum, ſicut & alia venena qvid poſſet, tamen ipſe concedit, qvod non levis ſit inter hanc & Indicam differentia.

Locus natalis ſarſaparillæ.

Naſcitur vero ſarſaparilla in Peru in ſepibus, ut in Europa ſmilax aſpera, vitis alba & nigra, & lupulus ſalictarius, radix per terram longè lateqve ſerpit, ut ſæpe ſex cubitorum longitudinem ſuperet, qvæ in faſciculos ligata ad nos advehitur. Bona & recens eſt alba, ſolida; qvæ verò craſſa eſt, & ruffa, & cum frangitur pulverulenta, minus efficax.

Vires.

Ejus vis, ut dixi, maxima eſt in promovendo ſudore, & curanda lue Venerea, atqve experientia compertum eſt, & ejus uſu ſine Guajaco, multos curatos eſſe. Et qvia temperatior eſt, & moderatè calida, ac nullius acrimoniæ, amaroris, aut adſtrictionis, ut & odoris particeps, ſed obſcuram qvandam dulcedinem habet, o-

mni corporis conſtitutioni, & ætati tutò adhiberi poteſt.

Partium præterea eſt tenuium, ſudores provocat, inſigniter exſiccat, putredini reſiſtit, nimiam humiditatem abſumit, corpus non nihil laxat, & propterea ventriculum aliqvo modo confortat. Etſi verò valentius, & efficacius ſit lignum Guajacum: Sarſa tamen in eo lignum ſuperat, qvod inſignem vim habet, dolores Gallicos ſanandi, eosqve acutiſſimos & pertinaciſſimos, ob inſignem tenuitatem, vim penetrandi & laxandi: nullumqve dolorem tam contumacem, tamqve diuturnum occurrere ſcribit *Jul. Palmarius*, qvem non tandem aliqvando ſopiat & ſuperet, ſi qvis decocto ejus diutius & conſtanter utatur, Imò omnes tumores luis modo oſſe, non ſint, qvacunqve in parte conſiſtunt, extirpantur ejus uſu, liqvefacta & ſudoribus profuſa, aut minus conſumpta, & inſenſibili tranſpiratione vacuatâ eorum materia. Scribitqve allegato loco *Fallopius*, qvod, ſi poſt ſuperatum morbum reſtant ulcera, rhagades circa anum duplo citius ſanare ſarſaparillam, qvam lignum Indicum & brevi qvoqve temporis ſpacio tophos duriſſimos eo diſcuti. Monent hic tamen nonnulli, Guajaco eqvidem hunc morbum perfectè curari poſſe & in Guajaco omnia, qvæ ad hunc luem curandam neceſſaria ſunt, reperiri, ſarſam verò rarò ſolam, ſed cum ligno Guajaco. rad. Chinæ, & ligno ſaſſafras mixtam, hunc curare morbum: idqve ideo, qvod Ventriculum laxet, minus calefaciat, omni acrimonia careat, & propterea non ita abſtergat, & cum odore careat, ſpiritus reficiendi vim habeat. Verum accuſationes hæ, à qvalitatibus manifeſtis petitæ, non videntur ſufficientes. Eqvidem qvod Guajacum primas in hoc morbo obtineat, negandum non eſt. Interim à plurimis etiam obſervatum, ſolius hujus radicis uſu interdum luem hanc curatam fuiſſe. Et ſi forſan Ventriculum nimis laxet, ei facilè occurri poteſt.

Modus exhibendi. Exhibetur autem & ipſa variis modis. Plerumqve, ut lignum Guajacum, in decocto. De qvo notandum, qvi ſumptui parcere nolunt, & decoctum efficacius expetunt, eos ſolum corticem, ut qvi efficacior radicis pars eſt, ſumere, medullam verò interiorem abjicere debere, utpote qvæ minus,

nus efficax eſt, imò,ut à non nullis perhibetur, frigidior & qvandam vim adſtringendi habet.

Decoctio. Sumitur autem radix ſarſaparillæ nimirum conciſæ,ejusqve ℥j affunduntur aqvæ lb. ij. ſeu rad. ℥iiß, aqv. lb. iiij nonnulli rad. ℥iiij. aqv, lb. vij alii ℥iij. lb. x. affundunt

Neqve ita ſtictè aqvæ ad radicem proportio præſcribi, ſed ea pro morbi natura,& ægri ac anni temporis conditione variari poteſt. In lue enim inveterata potentiori decocto opus eſt, in recenti nimis potenti.

Maceratur autem primò horis 15. vel 20, & poſtea coqvitur ad dimidiæ partis conſumptionem. Decocto Glycyrrhiza, paſſulæ, vel alia, prout opus, ſicut in decocto Guajaco,adduntur. Et qvia decoctum ſarſaparillæ ventriculum nonnihil laxat, potiſſimum mentha betonica, vel aliud Ventriculum confortans,addendum, aut qvod commodius videtur ipſum lignumGuajacum, aut ne variorum mixtio nauſeam pariat,poſt ſumptum Sarſaparillæ decoctum aliqvod Ventriculum roborans ſumendum.

Decoctum secundum. Poſtqvam decoctum primum paratum eſt, reliqvis iterum aqvæ lb. xv. affunduntur,& ad tertias decoqvuntur, decoctumqve in prandio & cæna uſurpatur.

Nonnulli etiam ſub finem decoctionis vini lb. iij. addunt. Id tamen non ſolum faciendum cenſet *Fallopius*, cum vel æger domo egreditur ut vires conſerventur, vel qvando ventriculus debilis eſt.

DE RADICE CHINÆ.

Mercatores Luſitaniæ è Chinarum regione radicem qvandam ad ſudores promovendos & ita morbum Gallicum curandum ſuperiori ſæculo advexerunt; qvem radicem Chinæ appellarunt. *Radix Chinæ.* Cum enim ad eam regionem lues Venerea in vaſiſſet, ſicut Americani Guajaci uſum, ad hunc morbum profligandum monſtrarunt; ita Chinenſes ad hunc morbum curandum hanc radicem uſurparunt, ejusqve uſum alios docuerunt.

Eſt verò radix palmi longitudine, interdum craſſa ſatis, interdum tenuior,tuberoſa, ſubruffa, ponderis mediocris,qvam recens effoſſam adeo tenellam eſſe ferunt,ut cruda & elixa mandi poſſit,ut apud nos rapi,aut napi radices. Qvod ita tamen credibile

vix videtur; cum apud nos napi,& rapi radices exſiccatæ tantam duritiem nunqvam acqvirant.

Vires ejus qvod attinet,nec ſapore,nec odore pollet, & propterea in caliditate & frigiditate nullus ejus eſt exceſſus, ſed potius temperata eſt,aut ſi qvis ejus eſt exceſſus,potius eſt in frigiditate.

In ſiccitate tamen ad ſecundum extenditur, tenuis eſt ſubſtantiæ, cum aliqva tamen adſtringendi vi, & eſſentiali humiditate, ita ut ejus uſu pingueſcat, unde & ejus decoctum facile aceſcit.

Cum primum à Luſitanis in Galliam & vicinas Provincias eſſet allata, mirè à Mercatoribus laudata eſt, ut qvæ tenuium partium,digerendi vim habeat, urinas & ſudores moveat,omnis generis excrementa abſumat, viſcera abſtergat, obſtructiones liberet,ſanguinem a corruptione vindicet,articulorum dolores tollat, lui Venereæ proſit, & qvia temperata eſt,omni ætati, ſexui, qvocunqve tempore anni, ipſisqve adeo febricitantibus tutò adhiberi poſſit.

Qvæ facultates qvando in ligno non ſint, à nonnullis tum temporis non ſolum ad alios morbos curandos adhibita,ſed & ad Gallicum curandum ligno Guajaco prælata eſt. Qvæ res ipſa fecit, ut *Carolus V. Imperator* graviſſima arthritide laborans, primus ferè radicis hujus uſum, de qvorundam Medicamentorum conſilio experiri voluerit. Verùm experientia illam famam poſtea minuit, ſcribitqve hac de re *Julius Palmarius, de lue Vener. capit. 14.* multos magno ſuo incommodo radicem hanc ligno Guajaco prætuliſſe, ſibiqve experientia conſtare, qvod etiam in magna victus parſimonia adverſus hanc luem inefficax fuerit, ſæpè etiam ejus decocto ita humeſcere ventriculus viſus ſit, & calor nativus opprimi,ut lienteria gravis,magnaqve cruditas non raro ſubſecuta fuerit,qvibus imbecillus inſiti caloris fomes inerat. Præter has incommoditates & vitia non raro etiam lienis tumores atqve duritiem diutius utentibus inducere ſcribit. Neqve etiam tota ſubſtantia vel occulta qvalitate adverſus luem hanc præcellentes vires habere concedit: cùm poſt ejus uſum in morbi recidivam, qvi ſibi jam

benè

Digitized by Google

benè eſſe crediderunt, qvotidiè velabantur. Qvod etiam confirmat *Gabriel Fallopius lib. de morb. Gallico cap. 60.* qvi & ter vel qvater ſe iſta radice ad hunc morbum curandum uſum eſſe, nihil verò ea efficere potuiſſe, ſcribit: Interim ſe feliciter ea ad hydropem, ad contemperandam humorum mobilitatem, in lippitudinibus oculorum calidis, & intemperie calida Ventriculi ac Epatis uſum eſſe ſcribit. Et conſentiunt in eo alii Medici, qvod radix hæc in morbo Gallico curando ligno Guajaco & ſarſaparilla inferior ſit, qvanqvam ad calorem corporis noſtri conſervandum & roborandum ac propterea ad alios morbos, utilis ſit; Etſi forſan unus aliqvis, qvi neqve Guajaci decocto, nec hydrargyri inunctione ſervari potuit, Chinæ decocto ad ſanitatem rediit, ejus rei hanc cauſam eſſe putat *Julius Palmarius*, qvod natura varietate remediorum gaudens, & fortiorum pertæſa, tandem minus efficacibus alleviata fuerit. De recenti tamen radice refert *Garzias ab Horto*, etiam inſigniter ideo calefacere, ut ſi qvis ejus decocto paulum meraciore utatur, aut calidum hauriat, ob nimium medicamenti calorem in maximos Epatis calores, in eryſipelata, in phlegmonas atqve alia graviſſima ſymptomata incidat. Verum cum ad nos inſipida, interdum etiam in pulverulenta advehatur, non eſt, ut tale qvid metuamus. Neqve enim hoc ſolum in hac planta, ſed & in multis aliis accidit, ut ſuccus ille alimentarius longè alias vires habeat, qvàm plantæ exſiccatæ. Ideoqve etſi forſan magnas ad luem Veneream curandam recens in China hæc radix vires habeat: non tamen neceſſarium eſt, ut eaſdem apud nos obtineat.

Decoctum China. Paratur autem decoctum ex hac radice ab aliis aliter, *Jul. Palmarius* vulgarem parandi rationem hanc eſſe ſcribit, ut Radicis ℥iiß. in orbiculos ſectæ in olla fictili aqvæ lb. iiij. affundantur, & horis xij macerentur, poſtea lento igne ad dimidiæ partis conſumptionem coqvantur. *Fallopius* rad. ℥ij. in aqv. xij coqvit ad dimidiæ partis conſumptionem. Sed pro morbi ratione proportio rad. & aqvæ variari poteſt & rad. ab Unc. j ad Unc. iij in lb. aqv. xij. coqvi.

Mo-

Digitized by Google

Monet tamen hic *Septalius*, commodiſſimè hoc decoctum parari, ſi rad. recentior. non carioſar. Unc. j. coqvantur in lb. x. aqv. & Unc. ij in aqv. xij.

Scribit enim: Etſi multi Medici, ut ſumptuum rationem habeant, cum multi totum decoctum unica die abſumere neqveant, vereantur autem, ſi in alterum diem aſſervent, ne aceſcat, dimidiam Chinæ portionem in dimidia aqvæ proportione, excoqvunt, & aut dimidias, aut duas ternas conſumunt, ſic cenſentes & indamnitati crumenæ conſuluiſſe, & decoctum æqvè validum paraſſe; tamen maximè decipiuntur, & ſi guſtus judicium non ſubtraxerint, facilè cognoſcent, potentius eſſe multo primum illud decoctum, qvam ſecundum; & ratio eſt in promptu, qvia non ſatis eſt dari proportionem radicis ad aqvam, ſed ſpectandum maximè tempus coctionis, & actionis caloris ignis, & reactionis aqvæ. Ad extrahendam enim facultatem, ex duriſſima radice, & ſicciſſima, & aqvæ communicandam, cum qvatuor puta horarum ſpatium intercedere debeat, qvantum conſumetur in abſumendis per elixationem ſex, octo, libris aqvæ ſi dimidiata qvantitate impoſita, Chinæ puta Unc. ß lb. vj. aqvæ dimidium conſumere ſinamus; aut duæ tertiæ partes, minori ſpatio, qvam duarum horarum abſumentur, minus aqva actioni ignis reſiſtere valente? Neqve verò qvis dicere audeat, datâ minori ignis qvantitate, & magis lento igne ſi fiat coctio, poſſe nos huic incommodo, contra venire, nam ad extrahendam vim hanc ex ſolidiori ſubſtantia, debita qvoqve ignis qvantitas concurrere debet.

Ex reliqvis alius potus pro prandio & cæna, ut ex ligno Guajaco, à nonnullis paratur. *Talmarius* tamen prima concoctione totam facultatem iſtius radicis in juſculum transfundi exiſtimat, ideoqve pro potu ordinario radicis alias Unc. iij in aqv. lb. viij. coqvit, dum lb. ij. diſcuſſæ fuerint, additqve paſſulos, & glycyrrhizam. Imò nonnulli etiam primum decoctum in prandio & cæna propinant, cum guſtui non ingratum ſit. *Decoctum ſecundum.*

Monent qvoqve nonnulli, ut non plus decocti ſemel paretur, qvam una die abſumi poſſit, cum refrigeratum facilè aceſcat. Ideo etiam id in cineribus tepidis aſſervari

aſſervari jubent. Sed experientia docuit, etiam ad qvatuor dies durare. Qvia tamen aceſcit, id ipſum docet, radicem hanc aliqvid ſpirituoſi & alimentarii, qvod fermentationis, & hinc aciditatis, cauſa eſt, in ſe habere. Videatur etiam de hac *Amatus Luſitanus, centur. 1. curat. 98. & im primis cent. ſecund. curat. 31.*

DE LIGNO SASSAFRAS.

Lignum ſaſſafras. Ad ſudorem promovendum etiam uſurpatur lignum *ſaſſafras* vulgò appellatum, qvod ex Inſula *Florida* dicta adportatur. Saporis eſt aromatici inſtar fœniculi. *Vires ejus.* Calidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu, tenuis ſubſtantiæ & vi aperiendi, diſcutiendi atqve attenuandi præditum: ac propterea ab iis, qvi in Indiam navigarunt, commendatur ad Febres tertianas diuturnas, cachexiam, & hydropem, & ventriculum roborandum, doloresqve Nephriticos. Laudatur ad arthritidem, menſes aperiendos, & plures morbos alios, de qvibus dicere hujus loci non eſt.

Uſurpatur & ad morbum Gallicum curandum. Minus tamen efficax eſſe, qvam Guajacum, & Saſſaparillam, pleriqve Medici conſentiunt. Paratuqve ex eo decoctum ferè, ut ex Sarſaparilla.

DE MODO UTENDI HIS MEDICAMENTIS.

Modus utendi his medicamentis. Modum utendi his Medicamentis Exoticis qvod attinet, primò decoctum Guajaci exhibetur plerunqve manè & poſt meridiem horis duabus ante cœnam. *Doſis decocti.* Manè qvidem datur ab Unc. v. ad Unc. viij vel Unc. viiij. Ante veſperam ab Unc. iij. ad Unc. vj. Pulvis ad Drach. ij. Extracti Scrup. j. vel Scrup. ij.

Hauſtus qvidem veſpertinus interdum omittitur, inprimis in principio, donec æger decocto aſſveſcat. Qvod enim ſupra de qvalitate decocti moderanda dictum, id etiam de decocti qvantitate exhibenda obſervandum, ne nimia ejus copia æger abruatur, & offendatur. Qvod niſi obſervetur, accidit interdum, ut ægri in febres incidant, cruditates contrahant, atqve inde diarrhæa & hydrops excitetur. Eadem vero ratione eſt exhibendum decoctum Sarſaparilla, radicis Chinæ & decoctorum compoſitorum. Etſi hic qvidem non-

Digitized by Google

nonnulli varias doſes præſcribunt; tamen non peccabit, qvi ad dictum jam modum exhibuerit.

Sudor. Et qvidem poſt matutinum hauſtum danda eſt opera, ut æger ſudet. Experientia enim docet, eos, qvi ſumptis his medicamentis non ſudant, vix integrè ab hoc morbo liberari. Ut verò ſudor facilius fluat, æger ſumpto medicamento horam unam dormiat; Ita enim medicamentum in actum deducitur.

Tempus ſudandi. Tempus ſudandi qvod attinet, primum ſatis eſt, qvando æger ſudet horam unam, poſt ſenſim ad plures adſcendat.

Modi ſudandi. Modi vero ſudandi varii ſunt. Pleriqve ægros in lecto ſudare permittunt, qvod ut facilius fiat, lagenæ aqvâ calidâ plenæ, vel lateres calidi panno involuti ſub axillas, & lateribus ægri apponenda ſunt. Nonnulli mantellum ligneum parant, qvale deſcripſit & depinxit in *Exegeſi Chymiatrica Andreas Tenzelius*, qvi tamen ſudandi modus non parum moleſtus eſt.

Balneum. Non verò ſine cauſa omnibus ſudandi modis in hoc morbo præferunt pleriqve eum, qvi fit in balneo & æſtuario, utpote qvi minorem moleſtiam ægris affert, cum debiles ægri etiam in lecto ſudantes, balneo & æſtuario uti poſſint, calorqve balnei qveat intendi & remitti pro libitu, ſiccum & humidum parari, ut ægri conditio poſtulat. Humidum tamen balneum, & aqvæ calidæ vapore lentè calefactum, commodiſſimum eſt; cum vapor ille calidus aqvæ poros cutis aperiat, atqve laxet, ut ſudor facilius, & absqve ægri moleſtia fluat. Sicca verò balnea planè laborioſa ſunt, & in corporibus ſiccis & Melancholicis uſurpari non debent.

Balnea duplicia. Balnea autem illa æſtuaria ſunt duplicia.

Primo magna illa, in qvibus ambulatur, qvalia ſunt noſtra vulgo balnea dicta, in qvibus ſimul multi ſudare & lavari poſſunt. Talia licet ad hunc morbum curandum in Italia barbitonſoribus ſint uſitata, meritò tamen vitantur; cum, ſi qvis leviter affectus illud, qvod ex alio graviter laborante exhalat, excipiat, magis infici poſſit, ſed commodius eſt, ut qvilibet æger ſeorſim ſudet; Deinde ſunt balnea ſeu æſtuaria parva, in qvibus unus ſolus ſudet. Talia parantur è ligneis tabulis compactis, qvæ rurſum ſunt duplicia; alia

qvæ

Digitized by Google

qvæ recta hominem, ſine corporis inflexione, tectum capere poſſunt; qvale deſcribit *Palmarius de lue Venereâ, cap. xvij.* formâ qvadrata ſeptem pedes alta, qvatuor vero longa & lata &c. videatur citato loco Autor.

Apud nos alii ſunt in uſu, etiam ex aſſeribus mutuis proceſſibus & ſinibus ſeſe excipientibus, compacta, qvadrata, ſed oblonga, latitudine ea, ut homo ſine impedimento ſedere, & brachia dilatare poſſit; altitudine verò duplici, una ubi æger ſedet, tanta, ut ſedens caput, qvod arctè tabulis concluditur, in collo, exſerere poſſit: reliqva verò parte humiliore longitudo tanta eſt, ut ſi æger ſedens pedes extendat, tabulam ultimam non extingat. Habet autem & oſtiolum, per qvod æger ingredi poteſt, & à tergo feneſtram, qvæ pro uſus neceſſitate aperiri poteſt. Habet & aliud oſtiolum verſus pedes, per qvod vas ferreum vel aheneum lapidibus vel ſcoriis ferri ignitis plenum immittitur. Tubulum verò in parte ſuperiore è directo vaſis, per qvem vel ſimplex aqva calida, vel decoctum aliqvod conveniens in lapides vel ſcorias ſenſim, qvantum æger ferre poteſt, infunditur, unde vapor exhalans, per corpus usqve diffuſus, ſudorem prolicit. Et qvamvis in hoc modo caput exſeratur; id tamen non nocet, nec inutile eſt, etiam cum caput afficitur.

Etſi enim prominet, tamen & ipſum ſudore ſatis copioſo perfunditur. Interim æger non illos pravos halitus è corpore evaporantes iterum inſpiratione attrahit, ſed liberum & purum aërem, unde refocillatur, ut ſudorem facilius & felicius tolerare poſſit. Qvocunqve autem in balneo ſudor provocetur, poſt ſudationem peractam balneum aperiri debet, ut ab aëre libero perflari, & pravi illi vapores diſcuti poſſint.

Tempus ſudandi. Tempus ſudandi eſt commodiſſimum matutinum. Interdum tamen & poſt meridiem ſudare licet. Qva in re ægri vires conſiderandæ. Reperiuntur enim, qvi ſudores etiam bis de die facilè ferunt, alii qvi ſemel ſaltem; alii qvi nec ſingulis diebus ſemel ſudationem tolerare poſſunt. Medicamenta autem ſudorem cientia jejuno Ventriculo ſumenda, & hora una vel altera poſt medicamentum ſumptum ſudor ciendus.

Qvamdiu ſudandum.

Sudandum autem tamdiu, qvamdiu vires ferant, & ſi æger in balneo vel æſtuario ſudet, caloremqve balnei amplius tolerare non poſſit, in lectum componendꝯ, in qvo poſtea ſudor ſponte & ſine virium jactura amplius fluit. Sudor poſtea detergendus, ac poſt ſudorem aër frigidus nullo modo admittendus.

Qvoties ſudandum.

Qvoties autem ſudandum, & qvandiu horum medicamentorum uſus continuandus ſit, in genere definire non poteſt. Vulgo docent, decocta hæc ad dies qvadraginta continuanda: interdum tamen dies viginti qvinqve, aut triginta ſufficiunt, interdum & in graviore morbo ad dies ſexaginta, & ultra in horum medicamentorum uſu perſiſtendum. Toties nimirum & tamdiu ſudandum, donec morbi malignitas victa, & vitioſi ac virulenti humores per ſudores diſcuſſi ſunt, & omnia ſymptomata ceſſent, inprimis Gonorrhæa & cicatrices calloſæ. Qvamdiu enim hæc durant, in uſu horum medicamentorum ſubſiſtendum; Imo licet etiam omnia ſymptomata evaneſcunt; tamen per dies aliqvot medicamenta ita continuare utile eſt, ut etiam partium diſpoſitio maligna tollatur, nec recidiva metuenda ſit.

Poſt meridiem verò etſi ſudor non moveatur; tamen idem decoctum exhibitum vitioſos humores inſenſibiliter diſcutere, & virulentam diſpoſitionem cum partibus, tum humoribus impreſſam expugnare poteſt.

VARIÆ MEDICAMENTOrum hujus generis Formulæ.

DECOCTIO LIGNORUM.

R. Raſur. ligni ſancti lb. j.
Cort. ejusdem ℥iiij.
Saſſaparill.
Saſſafras ana ℥j.
Radic. Chinæ ℥ij.
Aqv. fontan. opt. & claræ lb. xvj.

Infunde per 24. horas, & coqve in olla nova vitreata benè cooperta ad conſumptionem medietatis, pro ſudorifero. Poſtea iterum coqve in lb. xij. aqv. hordei ad medietatem pro potu qvotidiano, & huic ultimæ concoctioni pro libitu adde paſſular. Uvas & cum pauco cinamomo aromaticetur.

VIRES, USUS, DOSIS.

In uſu hujus decoctionis ligni Guajaci ineſt mirabilis Vis & proprietas contra morbum Venereum,

reum, maximè in illis, qvi nimis ulceribus implentur. Horrendam enim hanc luem fundamentaliter curat; Primæ decoctionis eſt doſis hauſtus vel Cyathus unus calidè aſſumendus; Item poſt meridiem 2. vel 3. horas ante cœnam; de ſecunda autem concoctione patiens ad libitum bibat.

ALIUD EXEMPLUM.

R. Ligni Guajaci lb. j.
Cortic. ejusdem ℥iij.
Saſſafras ℥j.
Saſſaparill. ℥ij.
Aqvæ fumariæ lb. xij.

Digerantur per xxiiij horas; poſtea per Alembicum deſtill. In liqvore deſtillato coqvantur:

Herb. betonicæ
cichorei ana Mj.
Sem. aniſi
feniculi ana Unc. ß.
Radic. Chinæ
Liqviriz. ana Unc. j.
Uvar. paſſar. Unc. iiij.

Colentur & uſui reſerventur.

DE THERIACA ET MIthridatio.

Huc qvoqve referenda ſunt Theriaca & Mithridatium, nec non ejus generis medicamenta alia, ob eorum eximiam in promovendo ſudore qvalitatem, qva ratione qvoqve præterea contra omnis generis venena auxilio ſunt. Siqvidem nullum unqvam à feris (unde etiam Theriaca nomen adepta, θὴρ enim Latinis fera eſt) qvæ hominem ſolent interimere, commorſum, hoc ſtatim epota antidoto & non longe poſt ſubſecuto ſudore, periiſſe, memoria eſt proditum. In peſtifera etiam lue, ſolum hoc antidotum malo correptis promoto ſudore prodeſſe, adeo hactenus viſum eſt, ut nullum aliud præſidium tanto malo reſiſtere fuit idoneum. Hæc duo ſalutaria Antidota parum differunt, ita qvalitate & efficacia, niſi forte qvod Theriaca paulò calidior & contra venena ſerpentum potentior ſit.

Mithridatium nomen habet à magno illo Bellatore Mithridate, non modo qvod ipſe hujus medicamenti compoſitionis autor ſit, verum etiam qvod hoc medicamentum ipſi contra venena in freqventi uſu fuerit. De qvo vide *Galenum lib. de Theriacâ ad Piſonem* C. 2. 8. & 28. & alibi. Deſcriptiones horum magnorum remediorum, ut verè

ita audiunt, addere nolui, cum in omnibus ferè libris medicis extent, Uſus inſuper notiſſimus eſt. Modo auctiore paululum doſi aſſumatur, Zvvölfferus ad Unc. ß. ſe Theriacam propinaſſe optato cum ſucceſſu dicit. Qvi vult, poteſt cum Spiritu Vini ex Theriaca Extractum conficere, qvod verè eſſentiale eſt; ſiqvidem particulas oleoſas & reſinoſas, qvæ craſin qvaſi conſtituunt, ingredientium continet cum Sale viperarum volatili aſſumptum, ſummum adeoqve Alexipharmacum eſt.

DE VARIIS SUDORIFERORUM FORMULIS.

R. Mithridatii ʒß.
Extr. ligni ſancti ℈ß.
Salis abſinthii gr. vij.
Miſce.

VEL:

R. Raſur. ligni Guajac. ʒij.
Saſſafr. ʒj.
Radic. chinæ ʒß.
Sem. cardbend.
Fraxini.
Viticis ana Scrup. ij.
Coque in aqv. ad ℥vj. adde Salis fumar ʒß.
Miſce pro duabus doſibus.

R. Aqv. Carduibend. ℥iiiß.
Sambuci Unc. iiß.
Rob. ſambuci ʒj.
Antimonii Diaphoret. gr. vj.
Spiritus ſalis gut. vj.
Miſce pro Doſi.

R. Aqv. fumariæ Unc. iij.
Carduibend.
Scabioſ.
Sambuci ana Unc. j.
Spiritus ſambuci Unc. ß.
Rob. ſambuci Drach. ij.
Salis fumariæ Scrup. j.
Miſce pro tribus doſibus.

ALIUD.

R. Tartari Vitriolati Scrup. iiij.
Salis abſinth.
Carduibend. ana Scrup. iiß.
Sacch. candi albi Scrup. j.
Miſce, & da tribus vicibus.

ALIUD.

R. Aqv. carduibend. Unc. ij.
acetoſ. Unc. j.
Spiritus Tartari gut. x.
Salis abſinthii Scrup. j.
Carduibend. Scrup. ß.
C. C. uſt. præpar. gr. vij.
Syrup. acetoſ. citri Unc. j.
Fiat potio ſudorifera.

ALIUD.

R. Aqv. acetoſ.
Scordii ana Unc. iß.
Salis cardbend.

Ab-

Digitized by Google

Abſinthii ana Scrup. j.
Chamom. Scrup. ß.
Syrup. d. Cardbend. ℥j.
Miſce. Eſt præſtans ſudoriferum ad omnia febrium genera.

ALIUD.

℞. *Aqv. Veronicæ.*
acetoſæ ana Unc. ß.
Spir. theriacal. camph. Scrup. ij.
Cardbend.
Abſinthii ana Scrup. ß.
Mercurii Diaphoret. ſolar. gr. ij.
Miſce. Eſt potio ſudorifera ad febres, Scabiem & Pleuriſin.

ALIUD.

℞. *Extract. Theriac. Scrup. ij.*
Radic. angel.
Cardbendict. ana Scrup. j.
C. C. uſt. præp.
Spec. liberanti ana Scrup. ß.
Fiant pilul. inſtar. piſor. Doſis Scrup. j.

ALIUD.

℞. *Tartari Vitriolati Scrup. iiß.*
Salis abſinthii
Chamomill.
Carduibend. ana Drach. ß
Spec. liberant. Scrup. ß.
Miſce & da Drach. ß. in aqv. fumar. vel carduibendict. Unc. iß.

ALIUD.

℞. *Rob. ſambuci Unc. ß.*
Extract. theriac.
Carduibend. ana Scrup. j.
Salis abſinthii
Chamomill. ana Scrup. ß.
Turpet. mineral. Diaphor. gr. iiij.
Miſce, & da vel per ſe vel in aqva ſudoriferâ ad Scrup. iiß.

ALIUD.

℞. *Aqv. Artemiſiæ*
Chamomill. ana Unc. iß.
Spir. theriacal. camphor. Drach. iß.
Salis abſinthii Scrup. j.
Chamomill.
Artemiſiæ ana Scrup. ß.
Fiat ſudoriferum ad retenta menſtrua commovenda.

ALIUD.

℞. *Extract. theriac. Scrup. j.*
Salis abſinthii
Carduibend. ana Scrup. ß.
Syrup. acetoſ. citri Unc. j.
Aqv. acetoſ. Unc. iß.
Aceti ſcordii Drach. j.
Miſce ſ. a.

ALIUD.

℞. *Extract. Mithridatii*
Salis Chamomill.
Abſinthii
Pulver. diaphor. noſtr. ana Scrup. ß.
Mer-

Digitized by Google

Mercurii Diaphoreti Solar. gr. ij.
Magiſter. coral.
Perlar. ana gr iiij.
Sacch. roſar.
Syrup. acetoſ. citri
Fiat mixtura ſudorifera.

ALIUD.

R. Extract. juniper. Drach. iij.
Rob. ſambuci Unc. ß.
Extract. Mithridat.
Theriacæ ana Scrup. ß.
Salis abſinthii
Juniper.
Chamomill.
Carduibend. ana gr. vj.
Spir. ſambuci
Rotul. manus Chriſt. perlat. ana Scrup. iij.
Conſerv. Citri Drach. ij.
Syrup. acet. citri q.ſ.
Eſt ad promovendos menſes & ſcabiem curandam utile ſudoriferum.

ALIUD.

R. Aqv. Carduibend.
Scabioſ.
Fumariæ ana Unc. j.
Extract. Theriacæ
Salis abſinthii
juniper.
Tartari Vitriolati ana Scrup. ß.
Spir. Tartari gut. v.
Syrup. de corticibus citri
Rotul. manus Chriſti perlat. ana Unc. ß.
Invicem miſceantur & dentur una vice ſcabie laboranti.

ALIUD.

R. Aqv. Carduibend Unc. iiiß.
Sambuci Unc. iß.
Rob. ſambuci Drach. iß.
Antimonii Diaphoret. gr. vij.
Miſce.

VEL:

R. Aqv. fumariæ Unc. iij.
Carduibend.
Scabioſ.
Sambuci ana Unc. j.
Spir. ſambuci Drach. ß.
Tartari gut. x.
Rob. ſambuci Drach. iß.
Salis fumariæ Scrup. ß.
Miſce.

ALITER.

R. Sem. Carduibend.
Carduibend. pulveriſat. ana Scrup. ß.
Antimonii Diaphor. gr. vij.
Salis Cardbend.
Fumariæ ana gr. vj.
Sacchari Candi Drach. j.
Fiat pulvis.

VEL.

R. Ligni Guajaci Drach. ij.
Salſafras Drach. j.
Radic. Chinæ Drach. ß.
Sem. Cardbenidict. ſcrup. j.
Fraxini

Digitized by Google

Fraxini
Viticis ana Scrup. ij.
Coque in q. ſ. aqva ad ℥vj *adde*
Salis fumariæ Drach. ß.
Miſce pro ſudorifero duabus vicibus.

VEL:

R. Theriacæ Drach. ß.
Extracti ligni ſancti Scrup. ß.
Salis abſinthii gr. vj.
Miſce.

VEL:

R. Extract. ligni ſancti gr. xxiiij.
Conſerv. bugloſſ.
borragin. ana ℥ij.
Theriacæ Drach. j
Ol. citri gut. ij.
Sacchari candi albi parum.

VEL:

R. Salis abſinthii
Carduibend.
Centaur. minor. ana ℈ß.
Syrup. d. ſcordio
d. Carduibend. ana ℥j.
Magiſter. C. C.
Lapidis bezoardici gr. xj.
Spiritus ſambuci Drach. iß.
Vitrioli gut. iiij.
Miſce pro tribus doſibus.

VEL:

R. Corn C philoſoph. præp. Drach. j.
Bezoard. mineral. gr. ix.
Salis abſinthii Scrup. j.
Fiat pulvis dividatur in 3. partes.

R. ♌ *Flor. ſambuci,*
cochleariæ
Mixtur. ſ. in peracutis ana
Drach. j.
M. Detur in Vitro S. Wäſſerlein zum Schweiſe darvon zu nehmen 50 Tropffen/in *cochleari aqvæ ſambuci.*

R. Aceti ſambuci ℥iß.
Spiritus theriacalis Camphorat.
Tartari ana ℥ß.
Eſſentiæ opii cum Spiritu Vini ſtacha Drach. iß.
Miſce.

Singularis efficaciæ hæc mixtura in malignis febribus omnibus eſt, non tantum ob acetum idqve ſambucinum, qvod majori diaphoreticâ virtute pollet, nec propter camphoram ſolum & num Tartari qvibus unanimi conſenſu alexipharmacam vim adſcribunt omnes, ſed potiſſimum propter opium, qvod debita doſi aſſumptum venenatum miaſma extinguit, ferocientes ſpiritus ſopit, ut non ſine causâ periti Medici cenſeant, à viperis & opio Theriacæ potiſſimam virtutem eſſe.

DE BALNEIS NATURALIBUS.

Ex iis, qvæ in genere evacuant eſſe etiam balnea, nemo eſt, qvi neſciat.

Balnea duplicia naturalia.

Sunt autem hæc ipſa duplicia; qvædam enim ſunt *naturalia*, qvædam verò arte confecta, ſeu *artificialia* dicuntur. Naturalia, de qvibus in hoc capite diſſeremus, ſunt, qvæ per ſe vel ſponte ſuâ naſcuntur, naturaliterve proveniunt & ſcaturiunt. Hæc uſitato nomine, qvod omnia propemodum calefaciendi vim obtinent, Thermæ vocantur. Horum certè multa ſunt genera, & *Paulo* qvidem *Æginetæ lib. 1. octo* præcipua recenſentur: alia videlicet nitri, alia Salis, qvædam aluminis, qvædam ſulphuris nonnulla bituminis, aliqva ferri, aliqva æris, alia auri naturam & qvalitatem referunt. Nec temerè præcipua diximus, ſunt enim aliqvi fontes medicati, qvi ex nullo horum fiunt. Nam alias ſponte natas miſtas atramento ſutorio, chalcitide miſy & id genus aliis recenſet *Galenus*. Sunt igitur aqvæ atramentoſæ ærugine foſſili infectæ & auripigmento, item cadmia foſſili, chryſocolla & melanteria. Præterea qvæ argenti vivi venas lambunt, qvas omnes *Georgius Agricola* ſingulare Germaniæ ornamentum, & qvi in iis rebus deſcribendis omnem antiqvitatem longè ſuperavit, in libris *de natura eorum qvæ ex terra fluunt*, percenſuit. Qvædam ex plurimis eorum miſtis conſtant. Eſt autem in univerſum omnium aqvarum, qvæ medicam præ ſe ferunt vim, *Galeno lib. 1. de tuendâ ſanitate cap. 6.* atteſtante, facultas exſiccatoria: atqvi ſunt ex iis, qvæ cum exiccatione egregiè calefaciunt, qvædam exiccando, conſtringunt. Et idcirco proſunt frigidæ intemperiei, & humidæ & morbis ex pituita natis.

Balnearũ naturaliũ genera.

Nitroſa.

Speciatim verò qvæ nitroſæ ſunt, alvum turbant, & pituitam trahunt. Strumarum tumores minuunt. Eadem balnea malum corporis habitum, qvi eſt ex pituita, emendant. Proſunt nervorum Vitiis, thoraci, qvi deſtillationibus infeſtatur: omninoqve eaſdem facultates habent, qvas ſalſæ, ſed multò efficaciores. Attamen non adſtringunt, ſed abſtergunt. Qvapropter cutem emendant, & ſcabiem ſanant. Adhæc inſtillatæ medentur purulentis auribus, earumqve inflammationibus & tinnitibus.

Salſa.

Salſæ multum, potæ itidem; ut priores alvum turbant, pituitam trahunt & ſanguinem concretum. Corpus præterea minuunt, & ad maciem ducunt.

Digitized by Google

Sed pituita conſumta, ſtomachum lædunt inteſtina corrodunt, & exulcerant, pruritum & ſcabiem, qvia ſua ſalſedine inficiunt ſanguinem, gignunt. Sin parum fuerint ſalſæ, & tardius eadem efficiunt, & non adeo offendunt Ventriculum & Inteſtina atqve omnino minus totius corporis Valetudinem perturbant. Tepidæ verò injectæ pituitam extenuant: calidæ tollunt tormina. At balnea earum malum habitum, qvi eſt ex pituita, emendant: proſunt nervorum Vitiis, thoraci, qvi deſtillationibus infeſtatur, Ventriculo frigido & humido, ſcabiem ex pituita natā ſanant. Ferventium Vapor, capitis gravitatem & aurium dolores corrigit: ſed infuſæ, tumores tàm eos, qvi ex morbis remanſerunt, qvàm ex pituita ortos, diſcutiunt. Proſunt Hydropicis, liventia reducunt ad calorem.

Aluminoſæ. Aluminoſæ adſtringunt in univerſum omnes. Potæ Ventriculum vomère ſolitum, reficiunt, Ulcera Veſicæ curant. Proſunt mulieribus, qvæ nullo ordine, aut immodicè purgantur, & iis, qvæ non concipiunt, & ſine manifeſta cauſa crebrò abortire ſolent. Parum etiam tenacem uterum roborant & claudunt. Ore retentæ ſanant ejus ulcera, & tumorem gingivarum ſedant. Gargarizatæ, tonſillarum inflammationem tollunt. Sed earum balnea etiam Vigiliis ſupra dictis medentur, inprimis vero externis ulceribus qvæ fluxionibus abundant. Sanguinis eruptiones ex thorace & ano compeſcunt, nimium ſudorem reprimunt. Veruntamen noxiæ ſunt propenſis ad febrem.

Sulphureæ. Sulphureæ nervos molliunt, & calefaciunt, itaq; reſolutis, tenſis contractis, tremulis, perqvam utiles ſunt, & eorum dolores ſedant. Artuum dolores evocant & diſcutiunt. Medentur ergò Podagræ, chiragræ, coxendicum aliorumqve articulorum morbis. Pellunt etiam dolores jecoris, lienis, uteri & eorundem tumorem diſcutiunt. Sed Ventriculum evertunt. Scabiem inſuper & ulcera ſanant, lentigines tollunt, impetigines & vitiligines emendant.

Bituminoſæ. Bituminoſæ potæ interioribus corporum Vitiis medentur. Earum balnea nervos calefaciunt, & brevi temporis ſpacio emolliunt. Sed caput implent & ſenſuum inſtrumen-

ſtrumenta, oculos potiſſimum lædunt.

Ærata. Æratæ utiles ſunt ventriculo, lieni, renibus. Proſunt colicis dolores articulorum pellunt. Repurgant enim, qvæ obſtruunt.

Ferrata. Ferratæ qvoqve utiles ſunt Ventriculo, lieni & renibus.

Atramentoſa. Atramentoſæ, ſeu qvæ ipſum atramentum ſutorium conbiberunt, ſive miſy, ſive chalcitida, ſive ſorus, ſive melanteriam, easdem vires habent, qvas aluminoſæ, multo tamen efficaciores, qvod multa acrimonia cum adſtringendi vi conjuncta ſit. Qva de re ulceribus, qvæ paſcendo ſerpunt, proſunt. Sed ſi nimium fuerint acres, necant.

Cærulea ærugine & chryſocolla infecta. Cæruleo, ærugine, & chryſocolla infectæ potæ Vomitiones movent. Earum balnea medentur ulceribus, qvæ paſcendo ſerpunt.

Auripigmento infecta. Auripigmento infectæ calefaciunt & adſtringunt. Item ſandaracha, ſed hæ ipſæ vocis organa purgant, & ſuſpirioſis proſunt.

Plumbea. Plumbeæ lædunt nervos & artus. Hos enim pituita implent, & inflant, illos autem indurant, & contrahunt.

Acidæ ſive acidulæ, qvæ etiam ignem ſenſerunt, urinam potæ movent, & calculoſis medentur, ebrietatemqve diſcutiunt. Earum balnea idem præſtant, febresqve, qvod calorem reſtinguant, diſcutiunt. Aqvæ aurum argentumve lambentes, cor reficere traduntur. Atqve hactenus de aqvis & balneis unius rei qvalitate imbutis diximus.

Nunc ad eas progrediemur, qvæ duabus tribus pluribusve rebus permiſtæ ſunt. Hæ omninò certè earum rerum, ex qvibus ſunt compoſitæ, vires habent.

Verbi gratia: Et aqva miſtura ſalis & aluminis, ea pota calefacit & exſiccat: id enim utrisqve commune eſt. Qvod ſi plus in ea ſalis ineſt, qvam aluminis, alvum qvidem turbat, ſed nec eam, nec inteſtina multum lædit, qvod alumen ejus vim reprimat. Sin plus aluminis, adſtringit & alvum ſiſtit. Ad eum modum de reliqvis miſtis judicandum erit. Jam facillimum erit cuivis omnium thermarum, ut vocant, modò miſturas earum cognitas habeat, vires dijudicare, qvæ qvidem in orbe terrarum multæ ſunt. Nos in ſtudioſorum gratiam eas tantum, qvæ Germanis noſtris ſunt hodie cognitæ & ab omnibus valetudinis tuendæ aut conſeqvendæ cauſa petuntur, nominatim per-

percenſebimus, ac earundem tum miſturas, tum facultates breviter perſtringemus. Principio autem, qvæ in Lotharingia ſunt calidæ plumbariæ nobis occurrunt, ita à copioſa plumbi miſtura appellatæ. Qvo reſpicientes Germani noſtri, Plumbers-Badt vocant. Fertur eas plumbi, aluminis & ſulphuris miſtura conſtare. Qvapropter malignis ulceribus, Cancro, phagædenis, fiſtulis elephantiaſi recens cæptæ, & omnibus cutis vitiis opitulatur. Qvippe ulcerum curatio omnibus tribus, è qvarum miſtura conſtat, communis eſt. In Curienſi diœceſi, nec longè à Curia Rheciæ ſitæ balnea ſecundum ſibi vendicant locum, à Germanis noſtris Pfeffer-Badt / hoc eſt piperinæ nominantur. Hæ qvidem auro ſulphure & nitro infectæ dicuntur. Capitis doloribus mirificè conferunt, memoriam confirmant, viſum auditumqve acuunt, cerebri, nervorum aliarumq; partium obſtructiones nitri ratione, qvod abſtergit, auferunt, articulorum doloribus, ulceribus fracturisqve oſſium ſulphuris cauſa opitulantur. Harum aqva non continuò & perpetuò, ut aliarum, manat, ſed certo tempore, nempe tertio Maii, qvotannis erumpit, ac ſubinde iterum ſtato tempore, nimirum decimo qvarto Septembris die ſeſe recondit, & in penetralia terræ ſubducit. Haud procul ab arce qvam Helvetii Badenſem vocant, aliæ ſalubres thermæ habentur; qvæ ob id Badeniæ appellantur. Hæ copioſi ſulphuris, & exigui aluminis miſtura conſtant. Qvapropter frigidis ac humidis capitis ac cerebri vitiis, lethargo nimirum, amiſſæ memoriæ, & id genus aliis proſunt. Calefaciunt & exiccant ventriculum, ejusqve concoctionem aluminis ratione juvant, jecoris & lienis obſtructiones tollunt, detentos menſes evocant, & ſterilitatem adimunt. Mulieribus magis qvam viris, qvod ſulphuris copia calidiores ſint conveniunt; è ferventium enim ſunt numero. Qvippe earum aqva non modo coqvit ova, ſed etiam de alitum cute plumas eximit, de ſuilla ſetas, ſive immergantur animantes, ſive ea perfundantur. In finibus lacus Podamici, ſupra Conſtantiam thermæ ſunt Embſebadæ dictæ, aluminis & nitri miſtura participantes. Qvocirca capitis doloribus, deſtillationibus in thoracem, & ſuſpirioſis, item nervorum reſolu-

tionibus, à coli cruciatibus factis & ulceribus malignis conferunt. In Alſatia propè Geberſveilum balnea ſunt aluminoſa, nitroſa & ferrata: qvod maxime alumen repræſentent, deinde nitrum poſtremò ferrum. Succurrunt lienoſis, qvartana laborantibus, ulceribus ſordidis, & omnibus cutis vitiis. In ditionis Marchionis oppido Bada, qvod ab ipſis nomen duxit, balnea miræ ſunt efficaciæ, qvæ olim M. Antonii Aurelii dictæ, qvarum miſtura ex ſulphure, ſale & alumine exiſtit. Conducunt difficile ſpirantibus, & aſthmaticis doloribus articulorum, anaſarcæ, ictero & podagræ à frigidis humoribus enatis uteri morbis, albo potiſſimum fluori. Conceptionē juvant, qvod ſalis gratia uterum abſtergant ac ſterilitatem removent, & in ſumma uteri vitiis frigidis & humidis, præ cæteris ferè omnibus balneis, conveniunt. Ulceribus deniqve & cutis vitiis mirificè medentur. In ditione & ducatu Wirtenbergenſi, non longè, ad unum lapidem nimirum à Chalbo oppidò, thermæ ſunt, qvæ Latinè Bildebade Germ. Wild-Badt/ hoc eſt ferinæ balneæ, & à Martiana ſylva, (ſic autem Romani ſuperiorem Hercinii nemoris partem vocant) Germ. Schwartzwald-Badt/ id eſt, nigræ ſylvæ balneæ nominantur. Harum miſtura ex copioſo ſulphure, & exiguo alumine conſtare fertur. Sunt tamen, qvi æris, ſalis & nitri miſturam accedere priori cenſent atq; hi rectè judicant. Nam qvum plurimum balneæ hæ oculis proſint, ut æris aliqvid habeant eſt neceſſe. Unice capitis frigidis, reſolutioni nimirum nervorum convulſioni, ſtupori & ſimilibus auxiliantur. Inſtrumenta ſenſum roborant, ea, qvæ oculorum claritati officiunt, repurgant, tinnitum aurium, jecoris & lienis obſtructiones tollunt, malo habitu corporis & ictero laborantibus, item anaſarca leucophlegmatica correptis renum & veſicæ calculis ventriculoqve frigido ſuccurrunt. Appetentiam deniqve excitant, & propemodum omnia, qvæ Badeniæ Marchionis, præſtant, niſi qvod viris magis qvam mulieribus, qvod non ita ferventes ſint, competant. In ditione Marchionis Badenſis, non ita procul à Phorcena appellata oppido, ſitæ ſunt Balneæ Cellenſes, ab oppidulo Cella paucis paſſibus ab illis diſtante, dictæ, qvarum

rum miſtura ex alumine, & ære, & exiguo ſulphure, vel, ut qvidam cenſent, ex alumine & ære tantum, conſtat. Succurrunt ulceribus diuturnis & malignis, articulorum doloribus & caninæ appetentiæ. Proſunt qvoqve febribus ex pituitoſis ſimul & bilioſis humoribus natis, adeoqve iis, qvi calido & ſicco temperamento ſunt præditi, conveniunt: id qvod mirum non eſt. Qvippe ex illis effectibus intelligitur eſſe acidulas. Nam hæ calorem reſtinguere poſſunt, qvod in acidis calore exhalato frigiditas tanqvam victrix permanet. Qvum verò acida non tantum in profundum penetrent, ſed etiam abſtergant & mordicent, nihil mirum has balneas calculorum qvoqve vitia diſcutere. Similis fuit aqva fontis Tungrorum, cujus meminit *Plin. l.31. cap. 2.* ferruginei ſaporis, qvæ corpora purgabat, tertianas febres diſcutiebat, & calculorum vitia. In ditione Wirtenbergenſi prope Geppingam urbem ad fluvium Vilſû, fons eſt alter acidus, qvem Germani etiam Saur-Brunnen vocant, qvod aciditate jam dictum longe ſuperet, & ob acidum ſuum ſaporem, in potum hominum illic degentium, magno ſtudio hauritur & expetitur. Ut plurimum errant, qvi fontem illum chalcanti ſive atramenti ſutorii venam habere putant. Aqvæ enim ſic infectæ, magnam acrimoniam habent, nec potui hoc nomine aptæ ſunt. Ventriculum & jecur propter inſignem adſtrictionem juvant & corroborant, hocqve nomine luxatis corporis partibus proſunt. Cum vero acidulis penetrandi & abſtergendi vis inſit, jecoris, lieniſqve obſtructiones ſolvunt, adeoqve ictericis & malo corporis habitu laborantibus ſuccurrunt. Febres tertianas, propter cauſam paulò ante expoſitam partim refrigerant & extingvunt, partim diſcutiunt, & calculos frangunt. Vomitum bilioſum reſtringunt, & ulceribus medentur. Fons acidus tertius ad unum fermè lapidem *Rotenburgum ad Nicerum* ſitum in pago Hu reperitur, qvi certè plus ſulphuris obtinet, ideoqve minus eſt acidus ac magis calidus. Efficaciori vi ea, qvæ in partium cavitatibus deliteſcunt, exiccat, & ad ſananda ulcera utilis eſt. Propè Tubingam ad torrentem Stainachium balnea ſunt Blaſiana, à miſſariis ſacrificiis

ciis extructa, & divo Blaſio dicata appellata, ob præclaras virtutes nobis ſilentio non prætereunda, qvarum miſtura haud dubiè ex alumine, ferro exiguo, ſulphure & nitro, aut certè calcario lapide conſiſtit.

Nam earum aqva igni admota, turbida fit, poſtremò rubeſcit, qvod de fonte ferruginei saporis Plin. qvoqve ſcriptum reliqvit, unde aluminoſam & ferratam eſſe conjicimus. Alias miſturas ex facultatibus deprehendimus. Deſtillationibus namqve in thoracem & aſthmaticis, articulorum item doloribus, & tumoribus mirificè proſunt. Scabiem & ulcera curatu difficilia ſanant; & ea, qvæ fluxionibus infeſtantur, facilè exiccant, ut hic partim aluminis partim nitri & ſulphuris miſtura eluceat. Ad Venetum lacum in ſuburbio Uberlingo balneæ ſunt, qvarum mixtura è plumbo, ære & ſulphure eſt. Sunt, qvi ſulphur omittunt. Ventriculum roborant, & artus labore admodum debilitatos confirmant. Renum & veſicæ vitia calculosqve pellunt. In ipſa Martiana ſylva juxta Oppenavam oppidulum balnea ſunt, qvæ nominantur Anthegaſta aluminis, nitri & ſulphuris miſtura conſtantes. Cerebrum, nervos & renes purgant, corpusqve univerſum excrementis vacuum reddunt. Ulceribus ſordidis ac diuturnis præ cæteris balneis medentur. Appetentiam tamen dejiciunt. In Germania porro ſunt Viſebadæ ferventes admodum, à veteribus *Plinio* præſertim *lib. 32. cap. 2.* Mattiaci fontes appellati, qvorum hauſtus triduo fervere tradit. Harum balnearum miſtura è ſulphure, alumine, & exiguo nitro exiſtit. Easdem cum Badenſibus Marchionis obtinent vires. In Norico ſive Bojoaria ſunt thermæ *Gaſtenia* nominatæ, qvibus vehemens adſtrictoria & exiccatoria ineſt facultas, qvo nomine corporis excrementa diſſipant & abſumunt, qvod partim exprimendo, partim exiccando efficiunt. Uterum humidum plurimum juvant, ideoqve mulieribus imprægnandi facilitatem conciliant, atqve ne gravidæ abortiant, efficiunt. Ut harum miſturam alumine copioſo & exiguo ſulphure conſtare ſit veriſimile. In Vindelicia ad Abudiacum caſtellum Danubianum ſupra Rheginoburgū balneæ ſunt Abudiacæ vocatæ,

vocatæ qvæ ſulphuris copioſi, aluminis, & ut qvidam volunt, nitri miſtura conſtant. Odorem enim inſignem ſulphuris efflant, adeò ut ferè ova frixa referunt. Nervorum vitiis, articulorum doloribus, podagræ & chiragræ medentur. Hinc eſt qvod Carolus qvintus Romanorum Imperator ſuperioribus annis hujus uſum expertus ſit. Scabiem & ulcera ſanant. In Elboga Sliconum oppido acidula eſt, qvam furioſam appellant, qvod tanto ſonitu feratur, ut ad paſſus centum aut amplius reſonet, non ſecus ac tonitru aliqvod remotum. Sulphure, alumine & pauco nitro conſtat. Sunt qvi nitrum ſilentio involvant. Idem qvod Cellenſes ferè balneæ poteſt, calefacit enim, exiccat, & robur partibus corporis conciliat. Cæterum, qvod ad uſum thermarum, & aqvarum ſponte n. tarum attinet, eas certè ſenſim & paulatim ingredi oportet, nec niſi corpore prius vacuato. Cujus rei cauſæ ex ſuperioribus patent. Nec certum & ſtatutum tempus qvantiſper illis utendum ſit omnibus ex æqvo eſt conſtituendũ, imò virtutis maximè habenda hîc, ut in omnibus vacuationibus, eſt ratio. Tantiſper enim iis utendum, donec virtus ferre commodè poteſt. Nec nobis probatur qvod horis certis dimetiuntur medici balneandi moram. Nam ita ut pleriqve properent, nòn ſine maximo corporis & virtutis incommodo, præſcriptas ſibi horas abſolvere. Præſtat enim dierum aliqvem intra qvẽ balneandi finem faciant, numerum præſcribere, nempe vigeſimum qvintum aut trigeſimum qvintum, aut ad ſummum qvadrageſimum diem. Ita enim paulatim ac ſenſim vis balnearum laxo & ſoluto corpori occurrere poteſt.

DE BALNEIS ARTE confectis.

Hactenus qvâ potuimus brevitate ſponte natarum balnearũ miſturas, ac vires enarravimus. Nunc reliqvum eſt, ut earum etiam, qvæ arte parantur, rationem exponamus. Ut autem veteres balnearum ſummum uſum habebant (qvotidiè enim, qvo vel pulverem ſordesqve abluerent, vel ſudorem provocarent, valetudinis voluptatiſqve cauſa ſe lavabant) ſic qvoqve qvinqve ordine poſitas partes. Prima Græcè

λυτο-

ἀποδυτήριον, ἀπὸ τοῦ ἀποδύειν, qvod eſt exuere, dicebatur. In ea enim balneaturi ſe exuebant, atqve nudabant. Latinè tepidarium vocabatur, tepebat enim hac in parte aer vel ex calidis & ſiccis vaporibus ab igne delatis: vel calidis ac humidis ab herbis & ſtirpibus decoctis tranſmiſſis: vel ab aqva in ignitos lapides, aut candentes laminas infuſa excitatis. Altera balnei pars Græcis, πυριατήριον & ὑπόκαυστον, Romanis calidarium, Senecæ ſudatorium, aliis Laconicum, à Laconibus & Spartanis, qvibus in uſu freqvens fuit, appellabatur. Qvod indicat *lib. 6. Epigrammatum* de Hetruſci thermis *Martialis* iis verſibus:

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, martiaq; mergi,
Qvæ tam candida, tam ſerena lucet,
Et credas vacuam nitere Lygdon.

Cæterum virgo appellata eſt, ut obiter id etiam dicamus, qvod qværentibus aqvam militibus puella virguncula venas qvasdam monſtraverit, qvas ſecuti qvi foderunt, ingentem aqvæ modum invenerunt. Martia verò ab Anco Martio Rege, qvi primus omnium eam in urbem ducere eſt auſpicatus, nominata eſt. Galenus hanc partem multis in locis ξηρὸν θόλον, hoc eſt ſiccam teſtudinem vocat. Siqvidem fornicem habuit concameratum, ſeu locum in ſe recurvum, in qvo ſuccenſus ignis calidos atqve ſiccos vapores emittebat, ad ſudorem eliciendum. Tales certè fornices & teſtudines hodiernis etiam temporibus in noſtris balneis conſpicimus, è qvibus vapor ſiccus ad ciendos ſudores egreditur, corporibus interim in tabulam qvandam ſudorem illum excipientem poſtratis. Eandem certè partem *lib. 3 de Tuend: ſanit.* *idem Galenus* βαλανεῖον vocavit. Hodiè facientes medicinam, aerium nominant balneum; qvod eo utentes in aere degant calefacto. Tertia pars erat ſolium calidum. Solium autem nihil aliud fuit, niſi ciſterna aut piſcina, aut vas aut cupa, in qva homines conſidentes abluebantur. Unde Latinis & labrum & lavacrum, vulgo etiam tina vocatur. *Galenus* ab inſcenſu & deſcenſu ἔμβασιν κολυμβήθραν, καὶ δεξαμένην nuncupare ſolet. Poſterior appellatio *Homero* qvoqve familiaris fuit. Qvarta pars frigidum

ſolium erat, in qvo corpus prioribus balnei partibus exhauſtum, minusqve laxatum&calefactum, refrigerabatur, denſabatur, ac firmabatur. Veteribus Græcis *λύτρον* ſimpliciter vocabatur. Qvinta ac noviſſima pars, detergendo corpori dedicata fuit. Nam poſtqvam cuncta jam ritè peracta eſſent, poſt frigidi ſolidi uſum iterum ſudabant, ut omnia excrementa citra refrigerationis noxam vacuarentur. Proinde ut tandem ſudorem iterum detergerent, opus fuit, qvod qvidem in poſtrema hac parte factum eſt. Cœterum *Galenus lib. 10 Therap. metho. cap. 10.* qvatuor duntaxat balnei partes, apodyterio præterito recenſet. *Plinius* tamen *lib. 5. Epiſt. 6.* hujus & etiam aliarum omnium diſertè meminit. Noſtra qvidem balnea aliqva ex parte antiqvorum referrent, ſi prima & ultima partes diſtinctæ ac aliis continuæ eſſent. Tepidarii enim vicem ſupplet ea pars, modo continua alteri ſit, in qvâ nos nudamus, & veſtes exuimus. Calidarium, in qvo ſudamus, veterum propemodum per omnia refert. Non deſunt nobis ſolia, calida maximè. Frigidis enim hodiè uti deſierunt. Æſtivo tamen tempore Germani noſtri non tantum ſe in frigida mergunt, ſed multas horas fluviis innatantes conſumunt. Pars ultima itidem deſideratur, cui tamen, ubi continuum eſt, tepidarium, in qvo denuò veſtimur, aliqvo modo reſpondet. Atqve hactenus balnei arte parati partes enarravimus, nunc qvæ ſit earundem facultas breviter commemorabimus. Prima qvaſi qvædam eſt ad alteram præparatio. Neqve enim ſatis tutum eſt, à frigido aëre ſtatim in calidum admodum ſe transferre. Secunda, materias per totum corpus tum calefacit, tum fundit liqvatve, & qvæ inæqvalia ſunt æqvat, & cutem laxat, & ſub ea detenta vacuat.

Qvare nobis non rarò exercitii neglecti vices ſupplet. Tertia, qvâ in aqvam calidam deſcenditur, *Galeno librô tertio de Tuenda ſanitate, c. 3.* teſte, ſi media temperie ſit, calefacit & humectat: ſin tepida fuerit, humectat & refrigerat. Utraqve igitur in ſicco corporis affectu madorem utilem ſolidis partibus immittit. Qvod ſi verò juſto calidior ſit, calefacit qvidem, ſed non perinde humectat: qvippe horrere corpora, contrahiqve & denſari exi-

les eorum meatus cogit, ita ut nec madeſcere ab extrinſecus accedente humore qveant, nec excrementi, qvod intus latet, qvicqvam vacuare& emittere. Qvæ itaqve moderatè calida fuerit, madorem utilem ſolidis partibus, uti diximus, immittere poteſt, fatigationem ac laſſitudinem ſolvere, plenitudinem diſcutere, dolorem mitigare, diſcutere, duras tenſasqve partes mollire, excrementum liqvamentumve, ſi qvod intus ad cutem hæret, evocare, flatus diffundere, ſomnumqve allicere. Tepidum verò febribus exiccantibus, & præſertim iis, qvæ immodicam ſitim excitant vehementibus ſolis exuſtionibus, & ſcabioſis piſtulis confert. Ut rectiſſimè dixerit Galenus, nihil eſſe qvod valido æſtu occupatos præſentius refrigeret, aut magna affectos frigiditate promptius calefacere qveat, qvam balneum aqvæ dulcis moderatè calidum. Porrò inutile eſt qvibuscunqve vel crudi humoris multitudo in primis venis continetur, vel viſcus aliqvod, ut jecur, ventriculus, pulmo, renes, meſenterium, colum imbecille eſt; adde pedes, manus, coxas, artus, & qvamlibet, ſine vitæ tamen pari periculo; ſimiliter infirmam particulam, vel deniqve qvibuscunqve horrorem aut cutis denſitatem adfert, ut fit in iis, qvæ acribus humoribus abundant, maximè ſi cutis etiam alicunde denſata eſt. Nam & liqvata balneo excrementa in membra qvaliacunqve infirma decumbunt, & cum impetu qvodam irruunt, & cruda in corpus diſtribuuntur, deniqve horror vel præſentem febrem intendit, vel ſæpè, qvæ ante fuit, magis incendit. Qvarta balnei pars, qva in frigidam immerguntur, univerſum corpus firmat, ac robuſtum reddit, cutem denſat, & vires firmat. Qvod ſanè optimum ad externa nocumenta arcenda præſidium eſt. Qvare ſi qvis ſtagnis, atq; fluminibus uti conſuevit, minus habet periculi, præſertim ſi non intempeſtivè adhibeatur. Sane tempeſtivum fuerit, *Galeno lib. 3. de Tuend. val. teſte* ſi iis aſſuefactus, firmisqve viribus præditus, ubi in ſole fervente fecerit iter, vel diu ſub eo verſatus fuerit, jam aridus & ſqualore obſitus, vel in frigidum ſolium deſcendat vel in flumen aliqvod ſe præcipitet. Nam is dicto citius omnem tum cum æſtu ariditatem extinxerit. Si verò qvis minus aſſuevit, jam multi-

multiplici cautione ſummâqve prudentiâ opus erit. Qvippe non omnibus conveniunt, neqve enim iis, qvorum corpora adhuc augentur, qvod horum incremento adverſentur: ſed iis, qvi inculpatè ſani ſunt, & qvi exacta victus ratione, ac laboribus, cibisqve commodiſſimè utuntur. Non ſit etiam eorum corpus eo die, nec nocte ea, qvæ præceſſit, ulla re vires debilitate commutatum, non venere, non vigilia, non crapula, non fatigatione, non inedia, non deniqve ullo excretionis genere; ſed priſtinam integritatem ad unguem habeat, & bonis ac ſalutaribus cibis utatur, ſit in venis, animo præſente, tum plane hilaro eo præcipuè die. Prius etiam frictionibus præcalefaciendum corpus erit, ut fuſius *Galen.* & *lib. 3. cap. 178. Aetius* docent. Solis itaqve juvenibus ac robuſtis, non mulieribus, & mediocriter carnoſis, aſſuetis, nec omni tempore, ſed æſtivo tantum, & die ab omnibus ventis ſilente & qvoad tempus fert calidiſſimo, atqve meridie. Cum itaqve tanta cura ac cautione, ut qvis tutò frigida ſe lavet, opus ſit, nihil mirum, hodie innumeros lædi, qvi ſine conſilio & diſcrimine ſeſe in flumina conjiciunt ac toto illic die ſe lavant. Porrò poteſt interdum medicus conjectis nonnullis in aqvam dulcem rebus, verbi cauſa, ſale, nitro, ſulphure, alumine: aut in ea decoctis herbis, balnea, qvibus diſcutiendi vis inſit, parare. Qvorum tum præcipuè uſus erit, ubi habitum corporis attenuare nobis conſilium eſt, ut in pinguibus & obeſis: vel ubi totum corpus vel pars ejus aliqva in tumorem attollitur: Item ubi humores in coxam, aliaſqve corporis partes decubuerunt. Sed præſtat horum formulam aliqvam ſubjicere, ad cujus præſcriptum alia parari poſſunt. Ad coxæ dolores hoc uti licebit balneo qvod habet meliloti, chamæmeli, anethi herbarum ſeminum fœnigræci, lini, ſingulorum manipulos duos. Abſinthii vulgaris, menthæ, pulegii, calaminthæ, abrotani, chamæpitos, ſtichadis arabicè vocatæ betonicæ, ſampſychi, verbaſculi odorati, ſalviæ, chamædryos, ſingulorum manipulum unum cum dimidio. Bulliant in cacabo aqvæ fontanæ, qvoad tertia ejusdem pars diſſipetur, dein colentur. Aqvæ colatæ adjiciatur ſulphuris vivi lib. ſemis. Nitri unc. 4. ſalis com-

Digitized by Google

munis unc. 6. Iterum ferveant unica duntaxat ebullitione, ac colentur, & colata aqva uſui ſerventur.

DE EVACUATIONE PER FONTICULOS ET VESICATORIA.

PRoximum nunc eſt, qvod primâ pagina operis hujus promiſi, ut de evacuatione per *fontanellas inſenſibilem transſpirationem* &c. nunc agam. Hic qvidem qværere qvis poſſet, an evacuationis genera hæc univerſalia dici debeant, de qvibus alioqvin à me in hoc opere actum eſt, fontanellæ præcipuè & ſeminis evacuatio particularia cenſeri poſſent. De inſenſibili vero tranſpiratione dubium non eſt univerſalem eam eſſe, ſiqvidem illam ex toto ac per totum (corpus hic innuo qvod *perſpirabile & confluxile Hippocrati* audit) fieri nemo negabit, adeoqve Fontanellæ cupreæqve excretiones ordine indendæ ſunt. Facilè autem innoteſcet Fontanellas univerſaliter non minus evacuare, ſi modo attendamus *qvid per eas effluat ac unde?* Serum verò illud eſſe qvod effluit utut corruptum nemini ignotum eſt, illud enim intra cutem ex ſanguineis vaſis & à ſanguine cujus, *nutrimenti* ſcilicet *vehiculum Hippocrati* audit ſeperatum ad apertum fontanellæ locum confluit, jam verò ſerum univerſalis totius corporis humor eſt, undiqvaqve enim, ut ex *Hippocrate* jam innui maſſam ſanguinis, ambit, & cum eâ modernâ circulationis lege in toto corpore circumfertur, idem eſt ſecundum *Galenum* cum *bibito humore*, qvem univerſaliter & per urinam evacuari antea diximus, adeoqve univerſalis ejus etiam evacuatio per fontanellas dici debet. Non audiendi adeoqve ſunt illi, qvi ſeram ſeu ichor qvem fontanellæ reddunt, non evacuoſi ex corpore ogganniunt, ſed fieri à vulnere qveunt Colliqvativa purgantium vis ex hauſto ex venis meſaraicis ſanguine putridum liqvamen, qvod antea in corpore non extitit facere illis creditur ſi hoc cur ergò præſidium aliqvod eſt in fontanellis? cur adhibitis illis ceſſat morbus, id qvod experientia teſtatur. Atqve hoc eſt, qvod hic explicandum venit, à remotioribus ſc. partibus evacuari ſerum qvotidianâ enim praxi conſtat. Oculorum ſuf-

ſuffuſiones, ingentes capitis dolores & Hemicraniam paralyſin, ſtuporem & omnes illos adfectus, qvos ad *Catarrhos* hodiè referunt, podagram & articulorum dolores &c. hac per fontanellas evacuatione curari vel ab iis ægros etiam præſervari, ut adeò huc ſpectet *Hippocratis* illud: *Qvod ferro & igne non curatur, illud curari non poteſt*; ſed prolixius hæc explicata videbimus in *ſeqq.* Adeoqve cum ex Cheſie, qvæ dicta ſunt à remotioribus partibus capite &c. evacuari materiam per fonticulos inter univerſalia etiam remedia locum habebunt. Adde qvod hâc in parte Naturam imitetur ſiqvidem illa natura ſcilicet eodem modo fonticulos ſpontè aperit, plurimis vidi ſtato tempore remotiore ac ignobiliore in parte intra oculos apertum fuiſſe foramen, ex qvo vitioſa materia continuò ac ſenſim effluxit cum ſublevatione, donec per ſe non adhibitis aliis iterum coaluerit. Ita natura abſceſſus facit *tubercula in extremis* ut Hippocrati audiunt, per qvæ critica materiæ evacuatio fieri ſolet, ut fonticuli artificiales iſtiusmodi abſceſſus vocari poſſent, qvicqvid etiam in contrarium proferat *Martianus* in comment. in librum *Hippocrat. de tumoribus*. Eſt utiqve in applicatione fonticulorum proportio ſeu convenientia inter abſceſſum & morbum qvoad ſc. partes, integrum enim corpus confluxile ex *Hippocrate* vocavi & fluit materia intra ſpacia maſculorum. Sic & in iis locis, qvi fonticulos recipiunt natura provida mater excitat abſceſſus, brachii hoc anthraces & carbunculi ſatis innuunt, monendum tamen eas potiſſimum partes eligere naturam, ubi in glandulis excrementorum officinis colligitur humoris colluvies. Adeoq; qvod ante innuit reqviſita ab *Hippocrate* bonæ notæ abſceſſus habent communes cum iis fonticuli, qvi inſuper tantum abeſt, ut maciem ſeu tabem inducant partibus vel extremam etiam perniciem, ut vult *cit.* libro *Martianus* ut potius ſummè ſalutares exiſtant, & à morbis plurimis liberent, uſqve adeò ut ſi contingat claudi & inhiberi illos, malè iterum habeant ægri, fontemqve illum aperire denuò cogantur. Adeoqve jam etiam ſalutarem fonticulorum uſum & applicationem expliciabimus. Qviaqve attendi debent. 1. *Materia fonticulorum.*

culorum. 2. *Tempus applicandi illos.* 3. Modus applicationis. 4. Locus. 5. Uſus. De ſingulis ordine.

Qvoad primum qvemadmodum cauteria ita& fonticuli vel *actuales* vel *potentiales* ſunt. Actuales dicuntur illi, qvi ignito ferro fiunt actuqve exurunt. Ad qvod commodiſſimum eſt *occultum* nonnullis dictum ferrum in vaſculo ſc. κρυφιπυρεῖῳ ignitum illud, ubi magnitudine apicem digiti minimi non excedit ex improviſo carni intruditur nec altius penetrat, qvam par eſt, ſed ſtatim remittit, ejus ſtructura ad oculum potius demonſtrari poteſt. Ferrum oblongum (qvale vetuſtioribus fuit in uſu non adeò ab arbitrio artificis dependet. Sed altius ſæpè penetrat, non ſine periculo inflammationis. Atqve hoc eſt actuale ad fonticulos cauterium. Potentiale ſic dictum qvod potentia ignem contineat conſtituunt Salia corroſiva acida pariter & *Alkalia*. Ad alkalia refertur vulgare capitellum dictum ex lixivio calcis vivæ, qvo ſaponarii utuntur; calx viva enim ignem qvaſi imprimit, unde Spiritus vini & vel Salis ammoniaci è Calce vivâ abſtractus calidior qvaſi eſt. Hac ratione Alkali qvodcunq; cineres clavellati igniuntur qvaſi cum calce viva, cui addunt nonnulli Corpus, m[illegible] qvaſi majorem per hoc illis accedere. Ex acidis eſt *butyrum Antimonii*, qvod ex Vitriolo & Sale conſtat. communiter tamen & hodie ſolutum argentum in Aqva fort. (das Silber Corroſiv) vocant adhibent chirurgi, illud verò vix aliter agit, qvam ratione Salium acidorum Aqvæ fortis qvæ ei adhærent; eſtqve hoc omnium optimum freqventi ac tuto ſatis uſu commendatum. Hoc [illegible]it mat eria Seqvitur tempus applicationis; qvod eſt vel *Univerſale* vel *particulare*. Univerſale eſt qvodlibet anni tempus præſervationis gratia vernum, ut in aliis medicationibus omnibus eligitur extra illud, & ſi inſtat morbus ac defluxio, neceſſitas legem non habet. Speciale tempus reqvirit, ut poſt univerſalem evacuationem, qvā communiter ita vocant, adhibeantur, de qvo *Guido tr. 7. c. 3.* hæc habet. *Cum ignis medicinæ ultimum ſit inſtrumentum, & non ultimitate finis ſeu terminationis, ſed ordinis, evidens eſt, quod poſt diætam pharmaciam* (intelligit purgationem) *& phlebotomiam demum*

demum fieri debeat. Omninò non niſi & fruſtra adhibitis univerſalibus etiam ſpecificis, prout ea morbi exigunt ad fonticulos qvorum moleſtus admodum eſt uſus, deveniendum. Tertio hi modi applicandi obſervandum locum fonticuli notari debere, circumcirca defenſivum aliqvod emplaſtrum apponitur, ut inflammatio arceatur, qvam ſæpè inſeqvi fonticulos cum gangræna experientia conſtat. Foramini jam inuſto imponitur globulus ex igu̇us & ligneus, ut apertum maneat, deinde circumvolvantur linteola, qvæ tamen ſtrictè adeò ligari non debent; hanc enim cauſam cenſent nonnulli, cur ob conſtricta vaſa brachii ſæpè atrophia fuerit excitata, videatur *Sennertus lib. 3. praxeos part. 9. ſect. 2. c. 1. qvæſt. 1.* ſingulis diebus ligaturæ renovandæ ſunt, occludi poteſt foramen, ubi morbus remittit, nec eò amplius fert Natura. 4. Locus applicationis poteſt itidem Univerſalis & particularis conſtitui. Univerſalem vocamus, qvi præſervationi in genere inſervit nititurqve fundamento antiqvioris doctrinæ, omnem defluxionem à capite ſub cute ad extrema fieri, unde locus in brachio inter muſculos deltoidem & bicipitem vel brachiæos in pedibꝰ internè infra genu eligitur aptisſimus, obſervandum ſaltem eum commodiſſimum eſſe, ubi deſinunt muſculi fibris ſtrictioribus, ad qvas facilè confluunt humores Hic eſt univerſalis locus, qvi inſimul univerſalem uſum fonticulorum comprobat, eſtqve is *evacuatorius* tum ſeri, ut in antecedentibus dictum, tum excrementorum tertiæ concoctionis. *Claudinus* & alii addunt etiam vapores, idqve in morbis jecoris & uteri ex vaporibus ortis obſervari autumant, ſic enim inuſto cauterio in femoribus retrahitur vapor adſcendens ad caput. *vide eum reſpon. 43. 2. revulſorius* non verò vapores tantum, ut jam diximus, revellit, ſed fluxũ etiam humorum derivat ac in via qvaſi dum ad partem affectam fluit, intercipit. Locus & (5) Uſus particularis ſeqvens annotatur ab Autoribus. In concurſu ſuturæ coronalis & ſagittalis applicantur fonticuli, ut exeant mali ſpiritus ſeu vapores, qvibus potiſſimum afficitur cerebrum, qvanqvam negari etiam neqveat attractos & attenuatos humores exſpirare ſimul, adeoq; capitis dolori in tenſiſſimo à retẽtis vaporibus opem ferri. Setaceum, qvod duplicem qvaſi fonticulum conſtituere

Digitized by Google

ſtituere videtur Collo applicatum plurimis in epilepſia vertigine capitis itidem dolore inſigniter profuiſſe experientiâ conſtat præſertim incipiente oculorum ſuffuſione. Poſt aures in fovea, ubi articulatio maxillæ eſt, fonticulus inuſtus, defluxionem à capite ad oculos aures & ſubjectas partes alias divertit. In ſcroto ſetaceum aqvam hydropicorum exhaurit. Et hæc de uſu fonticulorum dicta ſufficiant. Spectant huc etiam *Veſicantia*, qvæ ſerum non minus & ſenſibiliter, à ſanguine evacuant, unde hoc commune habent cum fonticulis, ut univerſaliter ſimul, qvamvis non adeò copiosè evacuent. Dicuntur autem veſicantia ab effectu, qvia veſicas in cute excitant. Dioſcoridi *διὰ κανθαρίδος ἐκδορία* excoriantia per cantharides vocantur, adhibentur enim ad hoc, ut paulo poſt videbimus cantharides. Ubi primo qvidem in dubium vocari poteſt, an etiam ſeroſos humores eliciant veſicatoria, cum extremam tantũ cutem attollant, pro funda non attingant. Sed de eo dubitandum non eſt, etenim oscula vaſorum capillarium ſub cuticula hiant aperta, adeoqve ex iis ſeroſus & diverſus à ſanguine humor etiam ſeparari poteſt, experientiâ adeoqve conſtat fluxus humorum per veſicatoria fuiſſe cohibitos, qvod pauló poſt ex uſu eorum innoteſcet. Veſicantium itaqve ſpectari poteſt 1. *Materia.* 2. *Applicatio.* 3. Uſus. Materiam conſtituunt illa, qvæ ignea ſua vi excitant veſiculas tolluntqve cutem, ut ſub puſtulis qvaſi confluat ſerum vitioſum, ſuntqve rubificantia, qvæ ve ad una, piſmum & picationem ſimul ſpectant; calida in 4. gradu omnia, potiſſimum Cantharides, qvorum vis inſuper venenata & exulceratoria eſt, miſcentur abjectis alis & capite miſcentur *cum euphorbio ſinapi conqvaſſato ſemine ammeos fermento acerrimo melle inſpiſſato pice ſpiritu vini* ex qvibus omnibus maſſa conficitur. Hæc materia eſt applicatio modum reſpicit & locum, qvi ex uſu veſicantium innoteſcit. Modus itaqve non obſervatur alius, qvam ut partes, qvibus applicari debent fortius fricetur, tunc emplaſtro magnitudine thaleri vel minori vel parte etiam tantâ maſſæ inunguntur, ac relinqvuntur donec veſicæ excitatæ ſunt, poſtea removentur. Uſus, cum loco veſicantium innoteſcit, eſtqve capitis in dolore uſus e oculorum, ubi fonticuli applicati ſunt, ac poſt aures in oculorum defluxionibus

in

in brachiis in regione muſculorum bicipitis & deltoidis itemqve in cruribus adhibentur, qvando ardens ac maligna febris adeſt ad aqvam tamen etiam hydropicorum educendam ea recipiunt pedes.

DE INSENSIBILI TRANSPIRATIONE.

Jam ſupra & in antecedentibus innui jure merito ad univerſalem evacuationem inſenſibilem tranſpirationem referri, cum ex toto corpore fiat jam qvi per eam evacuetur, & qvantum illud ſit, videndum eſt. Non eqvidem tranſpiratio hæc in arbitrio medici poſita eſt, non indicatur nec indicata reqvirit adeo, ſed merum naturæ opus cenſeri debet, nihilominus cum inſimul materiã vitioſam ex corpore & maſsâ ſangvinis eliciat, uſum qvaſi qvendam medicum præſtat, & à nobis conſideratur. Merum dixi naturæ opus eſſe transpirationem ex antiqvioribus enim decretis Artificum & præceptorum Artis noſtræ ſatis ſuperq; conſtat, reſpirationem per pulmones ad vitam non ſufficere, ſed accedere etiam debere tranſpirationem, qva ſanguis in vaſis jam exiſtens ventilatur, proindè rythmo cordis pulſuq; ſimili fertur effertur, ut fuligines exſpirari qveant. Neqve verò ſufficiunt fuligines illi, ut omnem tranſpirationem conſtituant, ſed evacuantur inſimul & maxima ſui parte excrementa tertiæ concoctionis qvæ plura ſunt, qvò plures dantur ſtomachi, qvos particulariter cuivis membro attribuit *Hippocrates*. Veſica & inteſtina publicis regionibus inſerviunt pori cutis inſenſibili tranſpirationi. Per qvas autem vias plus excerni credis! Conſule Sanctorii experimenta ſtatica, & deprehendes duplo plus inſenſibiliter evacuari, qvam per vias ſenſibiles modò dictas. O ergò verè univerſalem evacuationem, qvæ inſenſibilis tranſpiratio eſt. Ut autem jam dictum qvamdiu ritè rectèqve ſe habet adeoqve merè naturalis illa tranſpiratio eſt, in arbitrio medici non exiſtit aut ejus etiam opem reqvirit, ubi verò deflectit à naturali conſtitutione, hoc eſt obſtructi & conſtipati ſunt pori à lentis humoribus vel externe à frigore in febribus Medicum utiqve reqvirunt. Sed illi nihil aliud adhibet tunc qvam ſudorifera, qvorum uſus in antecedentibus jam eſt expoſitus, ut eam hic repetere haud neceſſe ſit. Sudor enim & transpiratio hæc non adeò differunt, vapores ſc. qvi inſenſibiliter exhalant ſub cute condenſantur in ſudorem, qvi manifeſto

nifeſto ſe exerit eliciturq; ſudoriferis ſuo loco traditis. Unicum tamen hocce & ſummè neceſſarium inſenſibilis tranſpirationis remedium præſidium commendari hic debet Motus ſc. ille qvippe concitando partes fluxiles ut Hippocrati audit, extendendoqve poros Cutis prout ad ſudorem ita ad inſenſibilem tranſpirationem illam adigit, ut jam conſtet cur ſudor & motus digeſtionem promoveat; tollunt ſc. ſordes digeſtionum privatarum, ut eæ eò magis alimentum ſuum iterum appetant. Facit itaqve ad vitam ſanam motus, moderatus à cibo inſtitutus.

DE EVACUATIONE PER ſomnum.

Evacuationem per ſomnum inſenſibili tranſpirationi adjungim9, ſiqvidem hæc per illum excitatur & adjuvatur. *A ſomno ſudor bonus* eſt dicit Hippocrates *ſomnumq; digeſtionem promovere* vulgò credimus. Qvâ ratione hoc? Non aliâ qvam, ut dictum, qvod ſomnus ad tranſpirationem & ſudorem adigat, qvid verò & qvantum per ea evacuetur, ex antecedenti capite notum eſt. Ceſſat in ſomno actio ſpirituum & vigor ſopitus à blandis vaporibus ſic calor internè auctus fortius agit, digerit, qvi digeſtionibus præeſt, expellit inſenſibiliter & ſenſibiliter privatarum digeſtionum ſordes & vapores. Hinc pueri tempore ſomni acidum ſudore reddunt vaporem, ii qvi largiter ſudant, de nocte potiſſimum ſudant, non ita diurno tempore, & communiter largiorem ſudorem emittimus nocturno, qvam ullo alio tempore, atqve ſic cum ſomnus augeat, acceleret inſenſibilem tranſpirationem ad largiſſimos usqve ſudores per ſomnum etiam fieri univerſalem evacuationem notum eſt, nec ulteriori explicatione indiget.

DE EXERCITATIONE VENERIS.

Intelligo hic evacuationem per venerem ſeu ſemen qvam eodem titulo ac jure univerſalem voco., ſiqvidem totum corpus non minus reſpicit. Apud *Hippocratem* dictum extat ſemen a toto decidere, ſc. partibus omnibus, adeoqve ſi criticè cum ſemine qvid moveatur, à toto illud non minus profluit. Semen hic vero concipi debet, non utile, hoc eſt fæcundum ſpiritibus architectonicis, nimia enim illius evacuatio haud univerſale aliqvod remedium dici debet, ſiqvidem ſummam virium vitæq; diſpendium inducit qvemadmodum notante Zacuto Luſitano, cuidam à nimio Veneris uſu proſtratæ adeò fuerunt vires, ut vix ſubſiſtere potuerit alteri cuidam ſubſtantiam cerebri fuiſſe abſumptam. Semen hocce Qvinta qvaſi Eſſentia ſanguinis, qvam ita vocare poſſumus, hic non intelligitur ſed vitioſæ materiæ cum ſemine copioſa ejectio qvæ Critica ac cum ſublevatione virium eſt, Qvemadmodum ſc. ſpontanea Diarrhæa ſæpè fluit alvus, id qvod bonum eſſe, ut in ſuperioribus notatum cenſuit Cornelius Celſus, ita ſæpe etiam fieri ſolet, ut calidioribus præſertim in Regionibus ſpontaneus ſuboriatur iſtiusmodi ſeminis fluxus, qvo vitioſa humorum colluvies ſimul & hac via, qvam eligit, natura evacuetur. Et hæc verè univerſalis evacuatio eſt, neq; tamen hic qvidqvam agit Medicus, ſed eſt hoc ipſius Naturæ opus, qvod attendere ſaltem valet medicus imo cum ſine aliqva virium jactura critica hæc evacuatio fieri neqveat (qvemadmodum in VSectione ſpiritus & ſangvis laudabilis aliqvâ parte amittuntur) ita proſpicere ei potius tenemur medici corrigentiū & adſtringentium uſu, alias ſi cum *εὐφορίᾳ* fiat curſus Naturæ inhibendus, non eſt. Fert ille eo ergò eò etiam duci debet.

F I N I S.

A01
1460969

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D. 85:

Google

Digitized by Google